si pater.ergo,&c.Secundo,quia& ab intestato ingratus,ut pote nō vocatus non succedit: & fratri,vel alij proximiori tota hæreditas defertur.vt ī.de suis,& legi.l.si defunctus. versi.nisi. & in Auth. de nup.§.ingratitudinem.& ibi gl.notabilis.ergo sicut ad hæreditatē non vocatur:ita nec ad legitimam portionem,& ex his insurgit regula iuris,quæ vult quod qui non vocatur ad partem, nec in futurum speratur vocari,non facit partem.ut ī.de ca.tol l.j.§.j.& ibi no per gl,& doc.facit.l.si duobus.§.fi.de le.i.& §.quod si legitimorum. quem Dyn.allegauit,benè facit pro hac parte. Nam licèt patri detur ibi potestas distribuendi inter liberos, tamen ei tollitur facultas relinquendi extraneo,quasi ad liberos sit peruenturum. & potestatem illam distribuendi inter liberos fortè intelligere debem' de eo,quod est supra legitimam iure naturæ debitam, non de rata iure naturæ debita:quia illa non potest minui. ut ī.eo. l. quoniam in prioribus.Opi.igitur Dy.sequor pro qua dico fore gl.si subtiliter intuetur ī cor.vnde hæc auth.sumitur.ver.licebit ergo. & est signata super verbo,optantium,ex qua infertur determinatio ad aliam quæstionem,videlicet,quòd si vnus ex filijs sit frater minor, ita, q omnino est incapax,& ipso iure,& nedum ex persona sua,sed etiam ex persona monasterij, quod talis filius non facit alijs partem quia non vocatur ad partem,& pro mortuo habetur.argu.ff. đ bo.
7 lib.l.si necesse.§.si deportatus.†Quæro 8.quid si erant quinque liberi,quorum vnus est exhęredatus,vel frater minor,an legitima aliorum quatuor erit triens,vel semis.Dy.ponit istam quæstionem in d.l.planè.§.si duobus.de le.j.& dicit ipse,quòd hæc quæstio dubitabilior est præcedenti,quia si partem non facit,ergo cæteri ad integrum semissem vocantur.In contrarium, quia ideo partem nō facit,quia ad nihilum vocatur, cum in numero liberorum non cōputetur,ut pote mortuus,vt in præcedenti dixi,& sic tanquā quatuor tantum existentes ad triērē ,p eorū legitima vocanī. & hanc partē puto verā.& sicut ltīmā alijs ñ minuit,qa ,p mortuo habeī,vt in p̄cedēti q̄stione dixi,sic nec augeat,cū in numero non computetur,& hoc in iuste & rite exhæredato.aliàs si nō iuste,non habereī ,p mortuo, & sic ɔputareī in numero.ar.ff.eo.l. q repudiātis.et
8 l.si non mortis.§.fi.† Quæro 9.filius instituit matrem in decē. fratrem vtrinq; coniunctū præterijt: & extraneū non turpem seu nō notatum infamia instituit,ita q querela locum nō habet, agit mater ad supplementum ltīmæ,q paratus est hæres facere.sed dubitatur,quota debet esse legitima.Nam hæres dicit,quod est tertia eius q habitura fuisset ab intestato,vt hic.Sed ab intestato fuisset habitura dimidiam:& aliā dimidiam frater.vt in auth. defuncto infra ad tertul.ergo triens dimidiæ est eius legitima.econtra dicit mater quod est tertia totius substantiæ hæreditatis,quia frater ad nullam portionem legitimæ vocatur,ergo mater suo iure trientem totius substantiæ debet habere,ut hic,& argu.eorum quæ in præcedentibus dixi.Item quod non mutatur,stare non prohibetur.sed tempore huius auth.hæc pars erat vera,& potissimè per tex. in corpo.q. dicit totius substantiæ,ergo & hodie licet additum sit, quod frater succedat pariter cum matre. hanc partem videtur tenuisse Iac. Butri.in quadam sua disputatione,potissime ista ratione,quia si isti fratres essent exclusi abintestato per legem, legitima matris esset tertia omnium,vt erat tempore huius auth.ergo idem si excludātur propter causam testati,& sic testatoris iudicio, quod vim legis habet,vt in Auth.de nup.§.disponat.Item quia liberi, qui non succedunt,habenī ac si non essent,ut probatur in l.pater filiū.& ibi gl. ff.eod.tit.facit.ff.de contrata.l.post mortem.§.liberi.Sed Bar. in e.ti. l.pater filium.tenet contra,quia mater suo iure ad trientem totius non potest venire.cum triens sit eius portio, quæ debetur ab intestato,vt ī.eo.l.parentibus.& ff eo.l.Papi.§.si quis mortis.nec iure accrescendi,quia sunt coniuncti coniunctione legali.& de particulari successione tractatur,quia legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum.& sic non hēt onera.vt l.Papi.§.quarta.ff.eo.at ī successione particulari inter cōiūctos coniunctione legali non est locus iuri accrescendi.vt l.& procul.de leg.2.ergo,&c.Item nec q̄ do succedunt iure diuerso,seu diuersis dispositionibus, vt l. cum patrono.ff.de bo.pos.& ff.qui mo.vsufruc.amit. l. sub conditione. in fi.sed matri pro legitima defertur triens,fratri vero quarta, vt in 3. q.dixi.Sed attende,quòd ista ratio modicū valet, quia fateor, q iure accrescendi non potest petere: quia in hac legitima nulla est coniunctio: nec hominis, nec legis, cum frater ad nullam quartam vocetur, nec teneatur frater ei quartam relinquere, nec cum vult frater turpem personam instituere, vt. infra eo.l. fratres. & ibi dicam,igitur de iure accrescendi, & coniunctione legali in vanum disputat Bar. sed an suo iure veniat, dicendum est, quod sic, & modo stat dubium in hoc solo, an ad trientem totius veniat. & dicit Ia. But, quòd sic,per rationes supra positas. & hanc partem tenuit Bald. de Perusio qui dicta. l. pater filium, repetijt in hoc studio, & motus fuit per notata in d l. pater filiam. ad obiectum aliter non respondet, dum dicit Barto quod legitima est eius portio, quod habiturus est ab intestato, &c. Sed tu responde concedendo, & quod subiungit. ergo totius, scilicet dimidiæ hæreditatis. hoc habes declarare, cum dimidiam in casu in quo frater esset exclusus. ut in casu nostro,nō fuisset habitura,sed totum.& sic est triens totius hæreditatis. & hoc ē quod dicere voluit Iac. But.& istam partem sequor, quia fortioribus,& conuenientiori-

conuenientioribus rationibus fundatur. Et ex prædictis habes notabilem limitationē ad ll. dicentes, quòd legitima est tertia, vel dimidia portionis, quā quis ẽt habiturus ab intestato, vt intelligātur rebus sic se habentibus ab intestato, sicut nunc se habent ex testamento. quod no. & pro hoc facit gl. quæ est in cor. eo. in ver. licebit.

9 a † Quæro. 10 [a] propter id, quod tetigit Bart. an in legitima sit locus iuri accrescendi. & fertur, quòd Dyn. dixit, ꝙ sic, per text. in Auth. de natura. li. ca. de pu. §. ꝙ si legitimorū. colla. 4. sed modicū aut nihil facit, quia ibi filij grauati ex expressa patris dispositione recipiunt, nec portio quæ aliàs fuisset exhæredati eis accrescit, sed suo iure habent. vt dixi in 6. quæstio. Barto. vero dixit, ꝙ in ea non est locus iuri accrescendi, quia in conuentione legali locū nō habet, ut superius allegata l. & Proculo. Mihi videtur, qđ casus euēturi sint considerādi. Nā interdum pater vnum, vel plures ex liberis exhæredat, aliquem uero eorum in legitima, vel re certa instituit & extraneum vniuersalem hæredem facit. tunc portio exhæredatis debenda, institutis in legitima non accrescit, sed suo iure solidam habent, vt s. dixi. Interdum pater vnicum filium, vel plures hæredes instituit in legitima, extraneum uero vniuersalem facit hæredem, tūc vno liberorū repudiante, non video cur portio fratri adiuncti, vel agnoscentis nō accrescat cum in hac legitima sint cōiuncti à testatore, & realiter, & verbaliter, ergo, vt in certis legatis locus est iuri accrescendi. vt ī. de ca. tol. l. j. §. pro secūdo, & supra in nouissimo. ver. sin autem. & §. vbi autem. & ff. de leg. 3. l. re coniuncti. nec obst. l. & Proculo, quia ibi nulla testatoris erat cōiūctio. Interdum testator dicit dimidietatem trientis lego Titio filio meo, aliam dimidietatem trientis Sempronio filio meo lego, extraneum hæredem instituit, Vel dixit. Titium filium meum in tali re instituo, et Sempronium in tali re, extraneum vniuersalē hæredem fecit tūc vno filio repudiante, non est locus iuri accrescēdi, quia nulla ē testatoris coniunctio, licèt a lege sint coniuncti ī legitima, talis enim coniunctio non sufficit. vt d. l. & Proculo. imo forsan non est cōsiderāda propter disiunctionē testatoris. p q̄ recessum videatur ab ea ar. ī. de pac. conuen. l. fi. Interdum pater moritur ab intestato, codicillis factis, in quibus multa legata relinquit, adeo, quod legitima eis solutis non remanet filijs, alter repudiat hæreditatem, alter adit, cum beneficio inuentarij. & vult trientem totius substantiæ detrahere, in quo non potuit grauari. legatarij uero dicunt, ꝙ non potest quia locus non est iuri accrescēdi. sed solum duas vncias debet habere iure suo ſm opi. Bar. quid dicendum. Ego puto, quòd triētem totius substantiæ possit detrahere, quia sicut ex testamento portio hæreditatis repudiata accrescit portioni agnitæ, ita & ab intestato. ut infra quādo nō pe. par. l. 1. & ff. de suis, & legi. l. si ex pluribus. In hæreditate igitur adita reperitur portio legitimæ debita filio repudianti, q̄ facta est vnū aceruum, & vnus triens inclusus in ea, quæ debetur illi adeunti ēt extante voluntate repudiantis, cum repudiando uideatur uelle, vt eius portio accrescat ei, qui adiuit, cū alteri non possit accrescere, uel deberi. & sic transit cum vniuersitate arg. l. in modicis. ff. de contrahen. emp. & quia defunctus videt ī hæreditate eos ab intestato cōiunxisse. argu. l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. & p consequens in ipsa legitima, & sic locus est iuri accrescēdi, & cessat, l. & Proculo. ut in alio casu supra dixi. Quinimo ex quo testator non disiunxit, non tam ad legitimā venit iure accrescendi, quā iure non decrescendi. quia cuilibet solida debetur à lege, vbi alii fratres non concurrant, ut probatur ex notatis in cor. e. ver. licebit. in gl. signata sup verbo, cæterum. & sic ēt isto respectu cessat. d. l. & proculo.

10 b † Quæro 11. an p statutum [b] possit minui legitima liberorū. Et hanc q. ponit Cy. infra de nup. l. sancimus. & Dyn. in c. indultum. de re. iur. lib. 6 & licèt Cy. videat dubitasse, tamē Dyn. dicit se tenere, quòd possit minui, & tolli in totū. & motiua sunt ista, quia vnū ius ciuile potest tollere aliud. inst. de iure natura. §. i. ff. de legi. l. de quibus. & ibi nota, quòd consuetudo tollit legē infra quæ sit long. consue. l. 2. & similiter statutum, ꝙ est ius ciuile. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. tanquam habens autoritatem à lege, vel à principe statuta fieri permittente potest legem tollere. vt ibi no. Et si sic, sequitur quod per statutum potest legitima tolli, et minui, cū legitima debeatur de iure ciuili positiuo à lege. ut infra. de legi. hær. l. lex 12. tabu. & in Auth. de trien. & semis. §. i. & nō de iure naturali, quo omnia erant communia. ut l. i. §. ius naturale. ff. de iustitia. & iure. & sic non obstat, quod iura naturalia sunt inconmutabilia. ut inst. de iure natura. §. penul. & ff. de capi. di. l. eas. qa ut dixi, non est verum, quod iure naturali debeatur, licet coniunctio naturalis, & ratio naturalis quæ est in homine. suadeat legitimā filios in bonis patris habere debere, ut l. scripto. ff. vñ liberi. & l. cum ratio. ff. de bo. dam. & ita debent illæ. ll. intelligi, & exponi. facit, ꝙ no. glo. in fini. in l. pronunciatio. §. familiæ. in gl. signata super uerbo, uam. ff. de uerb. significatio. Item, quod legitima iure ciuili debeatur, probatur in Auth. de hæred. & fal. §. primum. & §. si quis autem ubi dicitur, ꝙ l. imponit necessitatem parentibus, ut relinquat filiis legitimam, sed constat legem esse ius ciuile. ff. de iusti. & iure l. ius autem ciuile. legitima nomen sumpsit, & quota fuerit, & postea a iure ciuili est aucta, ut hic, & in corpore unde sumitur. vnde nomine, origine, quotitate, & necessitate de iure ciuili dicenda est. Item ius ciuile olim ex infinitis causis liberos à legitima excludebat. hodie ex paucioribus, in Auth. ut cum de appel. cogn. §. causas. & sic habemus, quòd ius ciuile illam quādoque tollit in totum. Item remedia, per quæ petitur, vel ad ipsam peruenitur, sunt omnia de iure ciuili, ut querela inofficiosi. peti. hære. actio per quā supplementum petitur, siuè agatur ex testamento, siue condictione ex lege, ergo, ipsa de iure ciuili est iudicanda, cum de alterius iuris remedio non sit prouisum. Præterea nemini dubium est, quod illa remedia per statutum possunt tolli, ergo, & ipsa legitima. Nā sublato medio, sine quo ad extremū perueniri nō potest, & ipsum extremum in effectu videtur sublatum, ut infra e. l. sancimus. §. fi. & s. ex qui. cau. ma. l. fi. Ista sunt in effectu verba Dy. quæ cōmuniter omnes doc. tenent siue sequuntur. Sed duo videntur mihi obstare. Vnum: quia hæc legitima succedit loco alimētorum, ut probatur in Auth. de semis. §. prohibemus. ver. vnde enim. Sed educatio liberorum est de iure naturali, vt l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. ergo tolli non debet, cum iura naturalia non tollantur, vt d. §. pe. & d. l. eas. facit, quia alimenta nec filiis debent denegari. ar. ī. de patri. po l. filium. & l. abdicatio. ff. de libe. agnos. & l. si quis à liberis. §. j. Aliud, quod uidetur obstare, est, quia text. in d. Auth. de trien. & semi. uidetur habere clausulam derogatoriam ad quācunque consuetudinem, & legem cuiuscunque inferioris, ex quo ratio sic disponendi est uniformis ubique locorum, per quam statueretur cōtrarium. & sic leges municipales non dicunt valere auth. nauigia. infra. de furt. & auth. omnes peregrini. infra, eodem. de succ. Quod clausulam istam videatur haberet patet, quia imperator ibi dicit, ꝙ male fuit prouisum, ut hec legitima fuerit quarta pars substantiæ parentis, licet talis prouisio diutius fuisset seruata, & ab alia prouisione sicut diuturnitate temporis roborata recedit, & eam corrigit. & disponit, quòd sit triens, vel semis. & prohibet priorem prouisionem seruari, ut ex illa correctione patet, & probatur. in §. phibemus. in princ. Ex quo sequitur, ꝙ ipse phibere vī populos subditos disponendi, ut solum quarta antiqua debeatur. & fortius si disponant, vt minor quarta, uel nihil debeatur. Et pro hoc vide simile in l. 3. §. diuus. ff. de sepul. vio. vbi lex corrigens consuetudinem, seu quandā obseruantiam factam corpora humana sepeliendi in ciuitatibus, derogat omni consuetudini in contrarium postea disponenti. Sed tenendo opi. Dyn. possum respondere, quod in d. §. Diuus. consuetudo illa erat euidenter contra publicam vtilitatē etiam cuiuslibet ciuitatis, sed in casu nostro secus. Ad primum nō possum negare, quòd legitima succedat loco alimentorum, cum & filio diuiti, & etiam sibi alimenta quærere valenti legitima debeatur. Cogito tamen iure dici posse, quod statutum possit ex causa minuere legitimam, & in diminutione causa satis est præsumēda in mulieribus, sed in totum tollere non puto posse, nisi de aliquo prouideatur per statutum, quod loco legitimæ habet succedere, sicut videmus quotidie statuta fieri, quæ prohibent fœminas succedere cum masculis, & legitimam petere, sed prouident ut dotentur arbitrio propinquorum. dos enim ista succedit loco legitimæ, licet forte diminutæ. Et si statutum non prouideret in aliquo, putarem illud non tenere tanquam irrationabile, & contra omnem legem tam naturæ, quàm diuinam, canonicam, & ciuilem.

11 c † Quæro 11. an si lex municipalis [c] simpliciter prohibet filiam cum masculis succedere, vel matrem extantibus certis agnatis, intelligatur prohibita legitimam petere. Et videtur quod sic, quia cum legitima sit triēs eius quod habitura est ab intestato, vt dixi in prima & septima quæstione & per statutum nihil est habitura ab intestato, ergo legitima nulla debetur, nec peti potest, cum de nihilo non sit dare partem. l. actor. ī. de probat. Confirmatur, quia lex corrigens in vno, dicitur corrigere in alio cōsecutiuo, & necessario

ADDITIONES.

a Quæro decimo. De hoc quæsito tetigit allegatus Bar. multum notabiliter distinguendo in l. planè. in §. si duobus. nu. i. in apo. in ver. exhæredatus. & in l. re coniuncti. nu. 46. ver. & ibi inducuntur in arg. in apo. in vers. duob. ff. de le. 3. & Bal. in l. i. q. 4. C. quando non peten. par.

b An per statutum. Adde Soc. consi. 150. inci. & nos introducere. ver. prima igitur radix. in 1. par. char. 226. & ver. confirmatur prædicta. & ver. ponderamus. char. 227. & consi. 275. inci. in causa fratris Andreæ. ver. 2. quod ubi. in 2. parte. char. 193. & consi. 288. inci. cir. 1. q. ver. præterea. Et quo in d. parte. char. 207. & ver. primam probatur. char. 209. ubi hoc idem allegat, declarat, & limitat, cum cōmunis opi. sit in contrarium.
† Adde Ro. fin. suo. doc. inci. quidam card. no. Bar. in Auth. de hær. & fal. num. 6. & ibi posui in apo. ad ipsum post Bened. Vadū, in ver. legitima. col. 1. dixi post Bal. in l. cum lego. nu. 2. in apo. in ver. vtrum. per statutum. C. de epis. & cle. post Ia. Rebuff. in rubric. ī. de decre. decu. lib. 10 nume. 8. & in apost. in versicu. prætextu statuti municipalis post Dynum. in regu. indultum. in versicu. posit auferri, uel minui. & ibi dom. Boerii. post collect. in c. quintauallis. nume. 5. in uer. quartam debitam iure naturæ. extra. da iureiuran. post Pan. in c. Raynutius. nu. 12. in ver. statutum. extra. de testa. no. Fely. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. in v. col. 13. ver. cæterum quęritur communiter. extra. de consti. Oldra. consi. 160. Fede. de Senis. consi. 75. Lu. Roma. consi. 321 & consi. 132. Paulus de Castro. consi. 76. & consi. 118. & Alexan. consi. 66. volu. 1. & consi. 294. secundum maiorem numerum. volu. 2.

c Si lex municipalis. Adde Soc. consi. 30. incip. quamuis ex his. versi. 16. pro hoc in 1. par. char. 60. ubi hoc idem inducit, allegat & firmat. item uide hic d. Ias. May. in vlt. col. ubi plenè & hic idem allegat.

necessario patet in auth. ingressi. s. de sac. san. eccl. & in cor. de mo. §. illud, vbi patet, quòd ingressi monasterium olim testabāt, quia bona remanebāt. hoc est correctum. Et ex hoc sequitur qđ hodie non testantur, vt dicta auth. ingressi. & ibi vide similia, quæ ibi scripsi in notabilib. pro hoc etiā facit, quia sublata materia ex qua, tollitur materiādum ex ea, vt patet ad sensum. & probatur in l. q̄situ. §. illud fortasse. de leg. 3. Quarto ad idem ille admittit ad petitionē legitimæ, qui testū præteritus, vel exhæredatus posset querelare, vel rumpere. vt l. oīmodo. & l. si quis filium. ī. eo. sed stante dicto statuto, prædicti non possent testū querelare, vel rumpere, cū nulla esset per testatorem iniuria facta, cum ad eius successionem nō essent vocati ab intestato. & tū ratione huiusmodi iniuriæ ad querelandum admittunt & vocantur; vt ī. eo. l. omnimodo. ver. si tū. & ff. e. l. 2. 3. & 4. Et hæc pars est de mente Cyni, vt patet in q. p eū formata in d. l. sancimus. ī. de nuptijs. vbi dr, ꝙ hæc qō deciditur ex illa, qua queritur, an per statutum possit auferri legitima, de qua pxime dixi. Sed in oppositum facit ratio generalis, quia quod non mutatur stare non prohibetur, vt l. præcipimꝰ. ī. de app. cum si. Sed de facili responderet non vlterius meditatus. s. ꝙ hic non mutatur per hominem; sed per l. & consuetudinem: vt dixi. & ita in fi. not. in l. si quis seruo. & ī. de fur. & in l. quod vero contra. ff. de leg. Sed responsio non est bona, vt colligere potes ex sequentibus. Item in oppositum facit, quia correctio in uno de correlatiuis non extenditur ad aliud, nisi quatenus expressim appareat: vt l. fi. in prin. ī. de indi. vid. facit, ꝙ no. gl. antepe. in l. fi. ī. de rescin. ven.

12 † Item pro hac parte facit, quia legitima est tertia totius substantiæ testatoris, vt in corpore vndè hæc auth. sumitur. nec ibi dr portiones ab intestato, & hoc est ius nouissimum, quod fortè cum ministerio sic disponit, & sic argu. in oppositum facta non habent obstare. Item p hac parte facit, quia supposito quòd tex. in corpore debeat intelligi de triente eius, quod ab intestato esset habitura, cum legitima portio, & sic triens non sit inuenta per statutum; sed per ius cōmune. igitur relata est ad trientem eius, ꝙ habitura est de iure cōi, & pro huius declaratione accedat. l. iubemus. in fi. ī. de testa. & quod no. gl. in fi. & Ia. Bu. ibidem in Auth. qui rem huiusmodi. s. de sacrosc. eccl. Item pro hac parte facit, quia talis correctio procedit nō ex uerbis mēte expressis, sed ex mente, & interpretatione extensiua, & in casu odioso, quia ꝯ ius cōe, & ius naturale. Sed interpretationes tales in statutis non sunt fiendæ, vt no. doc. in l. Celsus ff. de pub. & potissimè qū sunt odiosæ, vt l. cum quidā. ff. de lib. & posthu. Et p hoc bñ facit qđ no. Dy. & Ia. Bu. in Auth. sed hodie. ī. de adulter. vbi dicunt, ꝙ pœna illa ex iure nouo procedens, videlicet ꝙ mulier adultera hodie retrudatur in monasterio, habet locū in marito, qui vxorē accusauit, & nō probauit. & sic similitudine supplicij debet affici; vt in Auth. vt liceat matri, & auiæ. §. qa vero plurima. & hoc ex æquitate vt minor pœna imponatur, vt l. interpretationem. ff. de pœnis, & ut odia restringantur, vt d. l. cum quidam. sed in casu nostro, & æquitas, & rigor, & odij euitatio suadent, ut tale statutum non extendat a petitione legitimæ, quæ quotitatur, & quantitatur, & respectu successionis debendæ ab intestato de iure cōi, & non ſm prohibitionem statuti. Quinto, quia mater, vel filia, filio, vel fratre, vel quouis alio hærede instituto, non prohibetur legitimam, siue supplementum eius petere, vt ī. eo. l. fi. & l. scimus. §. repletionem, vt tamen per ius testati excludatur a successione ab intestato, vt l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. Ex quo sequitur, quòd nouum ius eas excludens ab intestato, non excludit eas a legitima, quæ debetur respectu portionis, quam essent habituræ si possent ab intestato succedere. Sexto, quia in legitima mater, vel filia, vt creditrix est iudicanda, cum illa censeatur, ut æs alienum, vt l. Pap. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & condictione ex l. petitum, cū ab intestato non succeditur, vt ff. de colla. l. j. §. sed impuberi. & ff. si quid in frau. patro. l. fi. facit quod no. glo. in l. cum antiquioribus. ī. de iure deliber. Septimo pro ista parte videtur quasi casus in auth. si qua mulier. in fi. s. de sac. san. eccl. & in corpore unde sumitur. Et pro hoc etiam bene facit tex. in authē. hoc amplius. ī. de fideicom. & in corpore de hære. & fal. §. si quis autem non implens. Octauo tex. hoc probat. ī. de crim. læsæ maie. l. quisquis. vbi filia a mr̄is successione exclusa, nō excluditur a petitione legitimæ, & si dicas, ibi in filio dicitur secus. Et ego respondeo, quòd filius suo facto præsumpto, & sic ex eius delicto præsumpto priuatur a successione, & legitima, vt ibi probat litera. Nono pro hac parte facit, ꝙ impubes arrogatus, qui non admittitur ad successionem patris arrogatoris, non repellitur a petitione legitimæ suæ. vt l. si arrogator. ff. de ado. & l. j. §. si impubere. ff. de coll. bo. Decimo, quia si aliter dicatur, statutum fortè non valebit, si de aliquo non mandat filiæ prouidere. vt dixi in fi. præcedentis quęstionis, vt igitur valeat, & non pereat arg. l. quoties. ff. de reb. dub. videtur etiam vtilius, vt dicamus per tale statutum filiam, & matrem non excludi a petitione suæ legitimæ, & quia hæc pars multum nititur æquitati, ne matera luctuosa filij hæreditate sine eius facto reperiatur in totum exclusa, contra l. fi. ī. de instit. & subst. & similiter filia a patris bonis, ideo eam sequor. Et ex rationibus pro ista parte factis patet responsio ad allegata in contrarium. Vel distingue, aut lex ciuilis, vel municipalis excludit fœminas a successione, agnatorum, vel aliquorum aliorum fauore, & tūc nisi expressim dicatur a petitione legitimæ, exclusa non intelſr, vt in themate nostro per iura. s. alle. Aut propter eius delictū verū, vel fictū excludit, & a petitione legitimæ exclusa intelligit. vt ī. ad l. Iul. ma. l. quisquis. in ea parte in qua đ filio masculo loquit pp eius delictū præsumptū, vel fictū, ēt a legitima priuatur, & pro hoc auth. si captiui. s. de epis. & cle. & hoc qū ratio delicti est vniformis ad priuationē vtriusq; alias secus. vt d. auth. hoc amplius. Non omitto tū, ꝙ per Auditores dñi Cardinalis Albanēsis fratris olim Vrbani Quinti, fuit pro ista parte pronūciatū in Bonon. Sed quia quæstio est dubia, ideo non pro decisione, sed vt dē materiam cogitandi, & subtilius speculādi p̄dicta dixi.

13 a † Sed scias, qđ si statutum [a] diceret, ꝙ filia fæmina non succedat ab intestato cum masculis, & pater fuerit testatus filio vniuersali hærede scripto, & filia in decem, & dotib. suis instituta, nō prohibetur filia petere supplemētum legitimæ. Et pro hoc possunt induci multa ex rōnibus suprascriptis. & pōt addi, qa statutū non prohibet eā succedere ex testō. ergo nec supplemētum legitimæ, & quod sibi debetur ex causa testati prohibetur petere, vt sic legum correctio uitetur, & casus omissus remaneat in dispōne iuris cōis, & pro hoc, quia cā intestati, & testati inuicem contrariantur, vt l. gñaliter. ī. de condi. insti. Simile est qđ multi dicunt, ꝙ edictum de coniūg. cum eman. lib. non est correctum, vel ex testō, per auth. de hr̄. ab intest. vt per Cy. in auth. de successione. ī. de suis, & leg. facit quod no. gl. in auth. ex cā. ī. de lib. prete. Item probat, ꝙ statutum dicit a successione. & sic a successione iu. quia illa proprie est successio, vt ff. de eden. l. quædam. §. is autem. Sed qui succedit in legitima nō succedit in iure. l. Papi. §. quarta. ff. de inoffi. test. ergo, &c. Item quia in legitima non successit cum masculo, & sic cum alio. ergo omnibus verbis ponderatis statutum non vendicat sibi in isto casu locum, quia alio iure succedit masculus, quia tit. vniuersali; alio. iure fœmina, quia titulo singulari, & ita consului in ciuitate Mantuæ, & idem fecit dominus Bald. existens in Papia. Idem fecit dominus Ioan. de Ricijs in Florentia. Idem aliqui doc. Paduani. Vlterius potes addere, quæ dicam in auth. sequenti. in q. pe. & quæ dicam. ī. e. l. quoniam nouella. in vltima. q.

ADDITIO.

a Quod si statutum. Adde Soci. consi. 84. incip. uisa prædicta fac. circa fi. consi. in 1. par. char. 142. vbi hoc idem alleg. & firmat; & uide hic in fi. do. Iaso. Mayn. qui idem allegat, & tenet ac firmat, & refert etiam tenere Fulg. in auth. res quę, per illum tex. ī. communia de leg. & ibi per eum Sali. & do. Alex. in consi. 149. in 3. col. Ang. in consi. 311. incip. do. Gre. & Bal. in consil. incipien. in Christi nomine amen. Antonius plures filios masculos habens. sequitur etiam do. Alex. in cōsi. 69. incip. super primo dubio quæritur, an dicta Agnes. & in consi. 150. inci. visis & diligenter animaduersis. in 3. col. quod multum no.

AVTHENTICA.

1 *Falcidia quid sit.*
2 *Donatio facta filio in potestate quando ualeat.*
3 *Merita an dicantur pręcessisse, patre dicente, dono tibi, ut benemerito.*
4 *Testamentum, an ualeat testatore centum pro falcidia relinquente &c.*
5 *Filius repudians hæreditatem patris, an possit eius emphyteusim tenere.*

a **Vnde, & si parens.** [a] Immensa donatio in unū ex liberis collata, per alios vsque ad legitimam reuocatur. h. d.

1 † Nota, ꝙ debita iure naturę hic falcidia appellat. sed impropriè, vt in gl. Itē no. ꝙ donatarius pōt se abstinere ab hr̄ditate donatoris. Itē ꝙ donatio collata a patre in filium emancipatum statim valet. vt hic scd̄m vnā lect. Et idē si sit collata in filiū in potestate, sed non vt in filium, sed vt in benemeritum, & sic in eum, velut in quemlibet extraneum, qui hoc meruisset hr̄e propter præcedētia merita, vt in alia lect. & de hoc vide

2 quod no. ī. de coll. l. si donatione. † Item no. quod donatio collata in filium in potestate, vt in filium, nō valet a principio: sed morte patris confirmatur, vt in alia lect. quod intellige si processum fuit ad traditionem l. secunda. infra, de inoffic. donatio. & l. Papin. ff. de donatio. inter vir. & vxorem. Item not. quòd liberi, qui sunt patris hæredes, possunt impugnare patris cōtractum ratione suæ legitimæ, aliàs non possent, vt l. cum a matre. infra. de rei ven. Op. quòd ineptè dicat falcidiæ, qa falcidia est quarta debita iure institutionis. & detrahitur de leg. vt l. j. in prin. & ibi no. ff. ad l. falc. Sol. confitendo, ut in gloss. & dic, vt in ead. Oppo. 2. quòd donatio non valeat, & p ꝯñs non tū ltīma portio reuocetur, imo tota donatio tanq̄ remanens in hr̄ditate iudicio fami. her. diuidatur, vt ī. de inoff. dona. l. 2. & ī. de coll. l. filiæ licèt in sacris. Sol. vt in ea. glo. ver. sed cū nō valuit. Et sol. est qđ iste filius hic erat emācipatus. & hæc in se vera. Alia est sol. qđ hic, & ibi erat ī ptāte. & hoc subdiuiditur in duas. Primo, ꝙ hęc donatio morte patris fuit confirmata, in ꝯrio secus. & ratio ibi est, quia vel non fuit donatio, sed simplex cōcessio in peculio, vt d. l. filiæ licèt in sacris, vel si fuit simplex donatio, ideo hic confirmatur morte, qa non fuit institutus donatarius in dicta

ADDITIO.

a Vnde, & si parens. Pondera ex isto tex. intelligendo ꝙ loquatur, tam ex testamento, quā ab intestato, prout in specie intelligit Pau. de Ca. hic istū tex. facere p eo, qđ tenet Bar. in l. Titia Sæio. §. Imperator. 2. col. ff. de leg. 2. ꝙ si filius, cuius legitima fuit extenuata per immensam donationem patris, sit hæres institutus a patre, & hæreditatem simpliciter acceptauerit, nihilominus potest agere ad reuocandum donationem. idem sequuntur Imo. & Rapha. Cuma. ibi & Imol. in c. si. in 8. colum. de don.

in dicta l. ii. fuit donatarius institutus, & hæreditatem adijt. ideo morte nō confirmatur.& secus si repudiasset, vt in fi.huius.l,& ita declarat gl.in ɔ̃rio.hoc vr̃ mihi falsum,qa non video, cur existētia hr̃dis impediat ɔfirmationē dōnis:licèt reuoceť vsq; ad debitū bonorū subsidiū,vt hic in princi.vbi casus vr̃ ɔ̃ istā solu. imo tāto fortius confirmari dēt qn̄ instituiť a pr̄e.licèt secus, qn̄ exhæredať mala mente;vt ff.pro dona.l.si pr̄.& ibi no. licèt forte diuersitas sit in actione,ꝑ q̄ reuocatur.iō dicēdū,qđ simplex dō facta ī filiū ī ptāte ɔfirmeť morte pr̄is ad istar dōnis inter vi.& vxo.vt l.cū hic status. ff.de dona.inter vir.& vxo.& l.donōnes.s̄.in eo.ti.ſm Cy.& idē tenet Bar.qđ cōfirmať emācipatione.vt l.donationes.§.pr̄. ff. de dona.ergo & morte,qa vtroque casu sui iuris efficitur, & nihil refert quo fiat,&c.vt l.3.j.de instit.& substi.sub ɔdi.fac. & l.mulier.in prīci.ff.ad trebel.licèt ergo morte ɔfirmetur,tn̄ ltīma alteri fratri debita,qn̄q; iudicio fa.erc.reuocatur,vt in ɔ̃rio.qđ locū hēt, si ambo sint hr̃des,vt ibidē.qn̄q; simplici q̄rela,vel ɔdōne ex lege, qn̄ non sunt hr̃des,vt hic.in fin.Alia solutio est, qđ hic donatio fuit collata in filiū,vt in benemeritū,& sic,vt in quēlibet extraneū,ideo statim valuit donatio,licèt reuoceť vsq; ad debitū bonorū subsidiū. Nec obst.qđ filius nō possit ēt hodie stipulari a patre,vt insti. de inuti.stipu.§.itē inutilis.quia.R.vt in gl. qa illud,qn̄ stipulať,vt filius,nō qn̄ vt extraneus, igitur. Non obst. qđ in profectitijs non sit innouatū, vt l.cum oportet.in prin.j.de bo.q̄ lib.qa hoc,qđ dať filio, vt bene merito,non censeť ꝓfectitiū,sed aduentitiū,tanq̄ a quolibet extraneo proueniens.ideo hodie statim valet donatio, qđ non erat olī ſm tpa, ſm q̄ aduētitia q̄rebanť pr̄i.iō filius,cui erat donatū a pr̄e vt bn̄merito,non vsucapiebat rē.donatā.ti.pro donato, vt l.j.§.j. ff. de vsuca.pro dona.Sed pro quasi legato, qa cōfirmabať morte, & magis accedebat legato.l.in donationib⁹.j.ad l. fal. nec propterea est legatū.vt l.sequēs q̄stio.ff.de leg.2.& l.res.j.de dona.inter vi. &
3 vxo.& ita intellige qđ not.ff.pro hr̃de.l.2 §.filium.† Sed iuxta hoc q̄ro,si pr̄ dixit dono tibi,vt benemerito,an p̄sumanť merita p̄cessisse.dic,qđ nō,nisi ꝓbentur.l.si forte.ff.de castren.pecu. alias daretur occasio fraudandi,& si pr̄ nihil dixit de meritis,an poterit probare filius merita p̄cessisse,vt sic ob eam causam præsumať donatio facta.tenet glo.ꝙ sic,in l.si donatione.j.de colla. & ibi latius dicam, aut in l.filiæ.j.fam.erc.Op.3.cum gl.qđ in totum debeat reuocari. vt l.Titia Sæio.§.Imperator.de leg.2.Sol.vt in gl.vsque ad fi.Quæro q̄bus modis reuoceť.dic,vt s̄.in gl.& latius.j.dicā.de inoff. don.
4 l.2.† Quæro ab extra,testator dixit,relinquo centū pro falcidia filijs meis,nō adiecit titulo instōnis,vel non dixit in quibus instituo eos hr̃des,an valeat testm̄?Et vr̃,ꝙ non, qa hodie iure instōnis dēt
a hr̄e,vt in Auth.vt cū de app.cog.§. aliud quoque. ɔ̃riū tenet Bart.[a] qa iure instōnis reliq̄sse vr̃. Nā cū hoc verbū falcidia,accipiať ꝓ legitima,vt hic,vr̃ testōr ꝓ legitima reliq̄sse.Et cū legitima nō possit relinqui nisi iure instōnis,vr̃.iure instōnis reliquisse ar. l. sciendū.ff. de verb.obli.& insti.de fi.§.fi.& instit.de inut.stip.§. itē si scriptum, vr̃ eū ex illo verbo pro legitima sua solemniter testari. secus esset si illud verbū nō adiecisset,vt in ɔ̃rio. & hoc est notabile dictū.sed non puto ipsum verum dicere,qa si expressim reliq̄t legitimā suā, & aliū vniuersalē hr̃dē faciat,testm̄ dico nō valere,casus est nō cauillando tex.in d.§.aliud quoque.ꝑ quē apparet,qđ tit. institutiōis est exp̄ssandus.Et pro hoc bn̄ facit glo.ff.de inoffic.testa.l. Pap.§.si mortis.& sic cum expressio sit de forma,eius omissio vitiat,vt j.de dona.l.fi.& ff.de verbo.obli.l.j.Et idē si dicatur,de subiecti, vel substituti suba.ff.de eo qđ certo lo.l.3.§.si quis insulā. Sinautem aliū vniuersalē hr̃dē nō fecisset, & dispō esset solemnis ad testm̄, tunc forte haberetur pro hr̃de instituto argu.eius,quod no.glo. in l. his verbis.ff.de hær.inst.& arg.ff.de testa.mil.l.diuus.& j.de secū.nupt. l.hac edictali.& j.de testa.l.quoniam indignum.& pro huius declaratione, vide, quod ibi dixi post Guil. de Cug.& Cyn.s̄. de sacrosan.eccl.l.j.& adde q̄ post hoc scripsi in l.si adulta. j. de hær. actio.
5 & qđ scripsi in l.quoties.in fi.j.de hær. instituen.† Quæro pr̄ recepit fundū in emphyteusim pro se,& filijs,an si filij repudiant hr̃ditatē patris,poterunt emphyteusim tenere.dic,qđ sic,ꝑ hanc l.nam iure ɔ̃ctus,& suo iure venit,& ita tenet Spe.in ti.de loca.in §.nunc aliqua.ver.cuiuslibet,& ibi allegat istā l. & pro hoc facit ff.de ope. li.l.si quis operas,& l.iusiurandi.§.si liberi.hoc tenēt doc. cōiter tā in l.liberti.j.de ope.lib.q̄ in l. si nō sortem.§.libertus.ff.de cond.inde.& hoc propter notata ibi in gloss. magna, vltra medium, & ita teneo, licet gloss.in x.col.in ti.an mater vel filius defun.re.hær.c.1. tenet contrarium,& male,vt post hoc scripsi.j. de iure emphyteu. l.in emphyteuticarijs.xvj. q.j.Saly.

ADDITIO.

a Contrarium tenet Bar,adde ꝙ idē tenet Bal.per illū tex.in l. humanitatis.in 4. co. infra de impu.& hic,& vide Bar.hic,& in l.i.§.j.ad l.fal. licet ipse relinquit sub dubio in l.filium.§.sed etiam si portio.de leg. præstan.

LEX VII.

Neptem. Neptis exhæredata,licet ex filio emancipato, non habet querelam.h.d.quære de rationibus dubitandi.& dic,vt in gloss.

LEX VIII.

1 *Legitima quid sit.*
2 *Querela filio competit minus legitima habenti.*

Parentibus. Debita portio, uel uoluntatis defuncti agnitio à minori facta excludit querelam h.d. uel sic. Pater potest hr̃ditatem diuidere inter liberos, dummodo minus legitima non det alicui.& qui iudicium defuncti
1 probauit querelam perdit.h.d.† Not.quod legitima est quarta eius portionis,q̄ dētur ab intestato.hæc hodie est aucta ad triētē,vel semissem,vt s̄.in auth.nouissima.& an sit totius substātiæ, vel solum portionis debitæ ab intestato,qn̄ alius adijceret, an legitima nō đ
2 bereť.vide,qđ ibi scripsi in vij.q.† Itē no.ꝙ iure isto si filius hēbat minus legitima,ei ɔpetebat q̄rela.qđ postea fuit innouatū, & agit ad supplementū ut j.eod.l.oī mō.& l.scimus.§.repletionem.Item
a no.qđ approbatio testamēti excludit à q̄rela, [a] & licet hic loquať đ approbatione postea facta,idē puto de facta tpe testamēti.Not. gn̄alius,qđ semel approbaui postea reprobare n̄ possum.Item no. qđ hæc simplex solutio debiti nō debiti,nō inducit hāc agnitionē voluntatis,sed solutio qualificata.s.qa pro rata assignationis, & diuisionis,quam defunctus fecit.Item no.quòd contra inofficiosam diuisionem habet locum querela.gl.uide.per te.

ADDITIO.

a Excludit à querela.& sic no.quòd agnoscens iudiciū defuncti, non pōt amplius illud querelare.facit l.cū donationibus.& ibi gl.j.ti.j.& tex.no. quem vide in l. si proponas.§.si hæreditatem.ff.eod.similiter qui acceptat relictum factum sibi vel filio suo aut seruo,non potest querelare testamentum.l.nihil. in prin. & ibi Bar.& l.si pars.§.j.ff.eo.& adde,quòd secus esset in querela inofficiosæ donationis,nā q agnouit iudicium defuncti,potest tamē intentare querelā inofficiosæ donationis,vt plenè dixit,d.Ia.may.in authen.vnde,& si parēs.sup.eo.& ratio ē, quia illa nō expugnat testamentū,quod probať,sed aliū actū factū inter viuos.

LEX IX.

De inofficioso. Testamentum militis non subiicitur querelæ inofficiosi.hoc d.Op.de l.Papi.ff.e. Sol. ut in gl. in cuius fine adde.& est rō, qa licèt filius familias fiat ueteranus.& sic priuilegiū militare perdat, ut qlibet paterfamilias,militis tamē peculiū castrēse durat,ratione cuius datur ei priuilegiū testādi.vbi aliàs filiusfami.nō pōt.Vnde testari debet ſm ius commune,ut ibi ſm Iac.But. Opp.de l. sicut certi.j.de militari test.Sol.ut in gloss.

LEX X.

Si hæredum. Etiam contra fiscum qui successit ī bonis hæredis scripti potest querela proponi. hoc dicit.Not.quod exhæredatus non admittitur ad bona uacan. facit.j.de fide.auth.hoc amplius.

LEX XI.

1 *Arenarij ius habent succedendi.*
2 *Infamis testis infamiam opponere non potest.*

a
1 In arenam. [a]† Arenarij spontanei retinēt ius succedendi tā ex testō,quam ab intestato,sed nō contra testamentum, nisi testator sit arenarius, hoc dicit. Not.quod mores,quos qs ī se approbat,nō pōt in alio reprobare. Ex quo collige,quod primo quis dēt se corrigere.Ideo in versu scribitur, Tollere festucā si vis de fratris ocello,Quæ tua conturbat lumina tolle
2 trabē.† Et est hęc lex ar.ꝙ infamis [b] nō possit opponere testi infami,ꝙ sit infamis, licet iudex officio suo possit eū repellere.vt l. quos prohibet.ff.de postu.secundum Guil.de Cu.& Barto.sed alij tenent,quòd exceptio procedat,quia per eam concluditur iudici, cui fides dēt fieri,vt l.quinquaginta.ff.de probatio.

ADDITIONES.

a In arenam.limita vt per Bald. in l.filium.j. eod. & adde, quod per istum text. in fin.dicunt Bar.Bal.& Fulgo.hic, quòd mater meretrix non potest propter meretricium filiæ eā exhæredare.Adde Bal.in l.si filiam.j.eo.vbi limitat, nisi ea esset emendata,& ad honestam vitam reducta, quia ultima cōsuetudo attēdi dēt l.mea.§.pe.ff.de adi.leg.adde,quod idem tenet Raph.Ful.hic,licèt de Bal. nō faciat mentionem,sed alleg.meliorem tex.in l.imperialis.ī princip.j. de nup.vbi Bartol.& Bald.no.quòd q deliquit,post peractam pœnitentiam, & indulgētiā habetur proinde ac si nō deliquisset.quod facit ꝓ teste periuro,qui peracta pœnitentia poterit admitti in testem,nec obstabit exceptio periurii. pro certo mirandum est de hoc vltimo,quia tex.est de hoc in contrarium in c.testimoniū.đ testibus.nisi dixeris, quod Bar.istud vltimum non firmat ex quo remittit se ad Inn.vide hic præfa.d.Iac.qui sequitur limitationem Bald.& Ful.ad quod adducit plures no.remissiones.pro,& contra.de quibus plene hic per eum.

b Quod sit infamis. Cōtrarium tenuit Bar. & melius in l. cum mulier.ff. solu.ma. vbi vide per.d. Ale.& per eum ibi habes concordantias.vide per Moder.& glo. & doc.in c.testimonium.de test.

LEX XII.

1 *Donatio reciproca inter uirum,& uxorem valet.*

Si pater. Propter fideicommissum uicissitudinarium non potest dici filijs grauamen inductum, ideo querelā non habet locum, hoc dicit. Vel sic. Si grauamen dubium pariter se habet ad commodum sicut ad incommodum, querelā non inducit.hoc dicit.& notabiliter facit.sup. de transa.l. de fidei
1 commisso.† Et hoc facit in arg.vt reciproca donatio inter ui & vxo. valeat,quasi non sit meræ liberalitatis. Quærit glos. nunquid hodie istud debet dici grauamen, & dicit, quod sic. Ideo hæredes primo morientis detraherent legitimam eius, & trebellianicā,qa in veritate est grauamen, licet nō quo ad inductionem querelæ

querelæ per quā testamentū rumperetur,ut hic,& ita uidemus de facto seruari.& ita communiter tenēt doc.& vide no.gl.& Bar.in alio tamen casu.ff.de vulg.& pup.l.cum ex filio.in prin.Bar.

1 *Testamentum per querelam rumpitur pro parte.*

1 Cum duobus. †Testamentum per querelam potest rumpi pro parte,& legata diuidua ꝓ parte præstantur.Indiuidua verò integraliter soluuntur.h.d.No.ꝙ
a ex postfacto quis decedit pro parte intestatus. [a] Contra quod facit inst.de hær.inst.§ non tamen.So.vt in gl. quia illud verum ab initio.Quæro,an isti libertate donati debeant xx.aureos præstare. & dic,vt in gl.verum hodie nihil prestatur auth. ex causa.j. de lib. præte.vel exhęre.aliàs libertates essent deterioris conditionis, q̄ alia legata.

ADDITIO.

a Pro parte intestatus.Tu vide de hoc Bar.Soci.facientem regulam negatiuam, q̄ limitat 22.fallen.in suo tract.fallen.reg.400.Bar.in l.i.nu.12.& ibi dixi ī apost. ad ipsum in uer.Ia.de Ra.sup.de sum.trini.dixi post eundem in l.si filius. nu.1. in uer.pro parte testatus.post Bal.in l.habeat.nu.61.ver.concludo.sup.de sacrosan.eccl.post d.Boerij.in addi.ad Dy.in re.actus legitimi.in uer.testatus pro parte decedere.& post Bart.consi.156.incip.Lucius fecit testamentum, de quo no. Pet.Philip.Cor.consi.35.incip.in casu in litera t.vol. 2. & omnino consi.5.incip.plur.in litera.g.vel.3.

LEX XIIII.

1 *Eligens alteram ex duabus vijs contrariis,in alia sibi non præiudicat, & numero.5.*
2 *Exceptio rei iudicatæ quando noceat.*
3 *Patronus,an possit contratab.intentare,si libertus nihil ei reliquit.*
4 *Filia quando possit testamentum rumpere.& nu.5.*

1 Eum qui. Succumbens in querela non prohibetur accusare de falso,& econtra.h.d.† Not.ꝙ eligens unam de duab.vijs contrariis,non præiudicat sibi in alia.Itē no.ꝙ absolutoria lata in querela inofficiosi non parit exceptionē, rei iudicatę in querela falsi.nec econtra.Pro recitatione glo.opponitur.ab extra primò contra hoc notabile.s.ꝙ una intentata, alia non possit intentari,obstante exceptione rei iudi.ut l.cum quæritur.& l.cum de hoc.ff.de exce.rei iud.Solu.ibi cā est eadem,hic diuersa.Op.2.ꝙ imo cā hic sit eadem,quia qui proponit querelam ī officiosi,proponit petitionem hr̃ditatis,vt sup.eo.l.j. & ff.eo.l.q de inoffi.sed qui proponit petitionē hr̃ditatis,uř omne ius suū in iudicio deduxisse,& sic ex quacunque cā sibi debeať,egisse.sicut q agit rei ven.ut ff.de exhi.re.in l.si mater.§.eadem.& l.an eādē.§.actiones,& similitudo est bona.quia & petitio hr̃ditatis est in rē,& cōtra possessorē cōpetit.vt j.de pe.hær.l.hæreditatis,& in qui.ca. cess. lon.tēp.p̄scri.l.hr̃ditatē.So.primo secūdū Hug.qui fuit in opi.ꝙ ꝓ ponendo querelam dicať proposita peti.hær.vt no.s̄.eo.l.j.qđ spāle sit in peti.hære.vt omne ius suum non dicať in iudicium deduxisse.vt hic in prin.glo.Vel 2.ꝙ hic fuit proposita cā adiecta. ideo exce.rei iu.non obst.agenti eadem actione,ex cā diuersa,sicut nec in rei ven.vt eo.l.si mater.§.j.& hoc vult gl.dū dicit,alij dn̄t.Sđ,qa hæc.Sol.& præcedens supponit vnū falsum.s.ꝙ proponens querelam proponere dicať pet.hære.vt dixi.s̄.eo.l.j.iō gl.negat,qđ hic, fuit proposita pet.hær.sed querela sic, & benè,cum querela nō sit actio realis,nec mixta,sed beneficium rescindens præparatorium & qua tenēte postea puenitur ad pe.hær.vt plenè dixi in.l.j.s̄.cod.
2 & ibi vide quod scripsi pro solut.obiectorum.† Op.3.ꝙ si exce.rei iu.non nocet,tamen ex alio capite debeat sibi præiudicasse.qa ius pet.hære.vr̃ amisisse.quia in q̄ōne falsi succubuit.vt l.patronus.ff. de bo.lib.sol.vt in gl.j.ꝙ ibi in patrono,hic in filio.& ratio est,quia propter naturam,& productionem in esse, magis ē debita hæreditas patris filio,q̄ liberti patrono.hinc est ꝙ patronus per contrara. irritaret testm̄ liberti pro parte tm̄, vt j. de bo. pos.contratabu.l.1. & insti.de succes.lib.§.sed nostra.filius vero in totū. ut j.de bo.pos. quam prætor lib.l.i.& ff.de contrara. l. si duobus.§. cum emancipatus,alias.l.cum emancipatus.Hæc so.non uř multum tuta,qa licèt tota non sit patrono debita,tamen pro ea rata,quæ est ei debita,uidetur idem iudicandum,quod de tota,quę est filio debita argum.l.quæ de tota.ff.de rei vend. Sed defende,ꝙ nec illa pars sic est debita patrono,vt est tota filio,vt probatur in tex.& glo.ff.ad l. cor.de fal.l.si quis legatum.§ fin.& idem no.j.de his qui sibi ascri. in test.l.2.sed licèt,sit magis debita,tn̄ ista nō fuit ratio in isto tex. vt patebit ex j.dicendis.Alia sol.ē gl.quod ibi patronus erat in aliqua parte licèt minus legitima institutus in illo testamento, ideo contratabulare non potest,hic filius erat exhæredatus in illo testamento.Hæc sol.non est tuta.Nam & hic potuit euenisse,quòd filio erat quid relictum,sed minus legitima, quo casu olim agebat, querela.vt s̄.eod.l.cum quæritur. licet hodie agat ad supplementū,vt ibi no.quo casu so.ꝓcedit vt j.dicā, præterea ratio,quæ ponitur in d.l.si patronus. est, quia per accusationem falsi se priuauit, hęreditate,si ɔ̃tabularet,hoc solū faceret,vt supplemētū hēret, & sic integrā legitimā,sed suppleri n̄ p̄t,qa nō ē, ar.l.actor.j.de ꝓba. cū ergo illā partē ꝑdiderit,ergo,& supplemētū.Aliā so.dat hic Bar
a tol. [a] quòd ibi,qui succubuit in falso,vtebatur postea ex eodem testamento,hic vero agebat extrinsecus.quia querela inofficiosi hic nihil valet, quia,qui agit per contratabul.non agit ꝑ extensionē, sed nititur illud impugnare, & rumpere, vt lege, filium.ff. de leg.ꝑstā.& l.vulgo.ff.de ɔ̃tab.& idē est in eo q̄ agit querela inofficiosi.Or.Dyn.dedit aliā sol.videlicet, ꝙ ibi ideo ɔ̃tabulare non pōt,qa succubuit in falso,quia iura illa sunt ɔ̃ria in origine,& ī effectu.iō vnum eligēdo,sibi p̄iudicat in alio.l.fi.j.de codi. Hæc sūt ɔ̃ria ī origine,sed nō in effectu, qa vtrūque deducit rem ad cām intestati,& sic in effectu cōueniut,nō in origine,qa falsum supponit nullū,& nō factū,q̄rela supponit aliquod,& factū. vbi autem essent contraria in effectu,sed non in origine,habet locum.l.2.j.đ fur.Et de materia ista dic,ut plenius dixi,& ibi scribā. Tamen hic, solu.Dy.nō ꝓcedit de mente.d.l.si ꝓponis, quæ rōnem assignat ex eo,qđ facto suo perdidit hr̃ditatem. Vn̄ ibi verum in electione, scilicet,quia ꝑ ɔ̃riā sn̄iam perdidit hr̃ditatem,quam nō perdidisset si sententiam non expectasset.ut l.alia.j.de his qui.vt indi. Vnde verior solu.uidetur ista.s.ꝙ ibi qui succubuit in falso se priuauit cōmodo sibi in testamento relicto,& debetur fisco,vt l. alia.j.de iu. & l.qui falsas.j.de fal.Et ideo ius contratabulādi ꝑdidit,cū emolumentum relictum sibi amiserit,& sic etiam supplementum eius, qa nō suppletur ei quod non habet.Idem dicerem in filio, qui in aliquo esset institutus,vt solum petere posset supplementū secundum iura noua.vt si succubuisset in accusatione falsi nō posset petere id,in quo ē institutus.vt l.Polla.j.de his qui. vt indig. & ff. de inoffic.testa.l.Papi.§.meminisse.nec aliqđ supplementū, ut d l. si ꝓpon⁹.Sed vbi alio remedio venire vellet,ꝑ qđ totū testm̄ ipugnaret,& ab ītestato ꝓsus succederet,tunc posset,vt hic. & forte hoc
3 voluit Bar.in j.sol.sua.† Et ꝓ maiori eorum declaratione q̄ro,pone qđ libertus exneū īstituit,& nihil patrono reliquit.vn̄ p̄tonus ꝑ ɔ̃tabulas terminum potest annotare, vt insti. de suc.l.b.§.sed nr̄a. ipe aūt dixit testm̄ falsum,& succubuit.an contratab.intentare poterit,diceret qs,ꝙ nō,vt d.l.si libertus.tn̄ veritas est in oppositum, quia solum amittit cōmodū qđ ē percepturus ex testamento,qđ ipse est nisus impugnare,& quod ei accedit:vt d.l.Polla.& d.l.alia. & j.de fal.l.qui falsas.& ff.de inoffic.testa.l.Papi.§.meminisse.facit l pe.j.de legi.& ita loquitur.d.l.si libertus. nam ibi volebat petere contratabu.allegans,ꝙ ex testamento poterat hæreditatem ī qua erat institutus,habere,& sic perinde esset acsi nihil fuisset ei relictū. sed replicať, ꝙ hic non facto,uel neglecto testatoris, sed suo primo facto,& culpa,idem contratabu.intentare nō pōt.Si ergo nihil ei fuisset relictum,contratabulare posset,vt ibi a sensu contrario,sicut & sic querela agere potest ubi nihil est ei relictum,& idē dixit quod erat olim,si aliud fuisset relictum minus legitima,qa n̄ agebatur ad supplementum.sed querela,ut haberetur totum. hodie vero,quia ad supplementum ageretur,& cessaret querela, fili⁹ qui falsum dixisset,ex testamento agere non posset,nec supplemētū petere. d.l.patronus.Et ex his patet,ꝙ non est differentia inter filium,& patronum.Et sic prima solutio,hic posita non est bona, secundum iura antiqua,nec secundum tempus huius legis.Sed secundum iura noua,puta,l.omnimodo,& l.scimus.§.repletionem.
4 j.eodem solu.procedit,& ita tene.† Ex his deciditur alia qō. Statuto cauetur,ut filia non possit vllo modo infringere test.paternum. sed sit contenta sibi relicto quouis titu.& si nihil ei sit relictum percipiat alimēta,& doteť arbitrio ꝓpinquorū.Pone qđ filia pr̄is testm̄ dixit falsum,& succubuit,certe legatum perdidit, nec supplementū ltīmæ ꝑdidit,nec ltīmam,nec p̄t ɔ̃ testm̄ venire obstante statuto,nec petere se dotari,quia ius illud sibi cōpetit,vbi ei nihil fuit relictum.& sic omni remedio est destituta in casu, in quo ei fuit aliquid relictum.In casu vero in quo nihil ei fuisset relictū, dotari se
5 petere posset,quia ius illud non perdidisset.† Oppo.4.cum gloss.de l.fi.j.de codi.ubi electione vnius iuris præiudicatur sibi in alio. Et similiter oppo.glo.d.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tuto.Sol. extra glo.Et primo ad §.eligere. dic. ꝙ hæ actiones sunt contrariæ,nec ueniunt ex eodem facto,uel causa.Ibi vero sunt diuersæ, & ex eadem causa proueniunt.ideo ibi sn̄ia lata in vna parit exceptionem rei iud.in alia.vt l.duobus.§.colonus.ff. de iureiu. Et ex hoc sequitur,quod ibi tenetur eligere,& non potest cumulare,qa cui obstat sententia lata,obstat iudicij pendentia. vt l. fundi. ff. de ex.Ad l.vero fi.j. de codi.respon. ꝙ ibi actiones sunt contrariæ in origine,& in effectu,ideo vna electa præiudicat in alia.& idem si non essent contrariæ in origine,sed in effectu sic. vt l.j.j de fur.hic vero sunt contrariæ in origine, sed non in effectu, quod declaraui sup.ideo vna electa non præiudicatur in alia vi electionis,licèt quandoque ad aliam non potest transire, sed ob aliam cām.vt l.si patronus.ff.de bo.lib.quod declara.ut sup.dixi.

ADDITIO.

debeat teneri de percipiendis à se possessore,vt dicit hęc litera, sed
c de percipiendis à petitore c vt l.si nauis.in fin.ff. eodem.Petr. quẽ
sequi uidetur Cy.in 1.quęstio.ĩ.eod.l.certum.dicit, quod malęfi-
dei possessor post interpellationem,& sic post moram tenetur de
percipiendis à petitore,ut dicta l.si nauis. Ante uero interpellatio
nem,& sic ante moram,tenetur de percipiendis à se, ut in hac l.
Hęc solu.non placet Barto.Nam ille,qui non iure occupat, ut hic
fuit,semper dicitur in mora,vt l.1.s̃.quod metus causa. Item quia
post litis contesta.tenetur de percipiendis à se.ut l.1.in fin. s̃. tit. 1.
&c.

ADDITIONES.

a De fructibus.Sed an titulus sententię excuset à fructibus.uide per do.Alc.in l.fideicommissi.de usu.& per Bal.in l.2.in xx.col.de serui.& per Inn.in c.1.cõsultationibus.de iu pa.& per Bar.in l.Pomponius.§.si iussu.de acq. pos.

b Officio iudicis. Adde l.plane.ff.de pe.hæ.& l.si à patre.§.fi.ff.de cõdi. indẽ.& Bar. in d.l.plane,& glo.& doc.in l.in fundo.de rei uen.& inst.de re.diu. §. ex diuerso & hic.

c Sed de percipiendis à petitore. Ad propositum huius oppositionis scilicet an habeatur respectus ad fructus,quos percipere potuisset possessor,an petitor,uide plene per Barb.,in c.grauis.extra.de rest.spol.

& ēt mihi vr̃ hic casus,nō cauillādo lrām.Nā de pcipiēdis ēt post
a litē ɔtest,hic iubet iudex.Alij voluerūt facere drīam inter domū;a
& fundū,Sed trussa est,& ɔ dictā,l.apud Iulia.Alij dixerunt, ꝙ u-
trūq; inspicitur , ſm qđ vtilius est petitori,& sic in petitorio sit ele
ctio;& hoc ex ɔiunctione dictarū,ll.& hoc operat̃ illius mala fides
& istā tenebat dñs meus in extraordinarijs.in d.l.apud Iul.j.Et mi-
b hi vr̃,ꝙ Bar.eā teneat hic.b sed modificat dicens,ꝙ possessor malę
fidei tenetur de his , q̄ petitor pcipere potuisset ēt ex singularitate
suæ psonę,ut q̄a diues homo fuisset ita ꝙ melius laborare fecisset,
q̄ possessor,q est pauper,vel quia petitor est agricola,qui per se la-
borasset,possessor non.Sed possessor non tenetur de his,q̄ singula-
ritate suę psonę pcipere potuisset,sed de eo,ꝙ cōiter à quolibet p
ceptū fuisset,seu cōi ęstimatione pcipi potuisset.arg.eorū,q̄ not. in
l.1.j.de rescin.vē.Nā tunc magis pcepisset ex sua negociatione, q̄
ex re,vt ff.ad l.fal.l.si hęres.Sed attende,q a ɔ pdicta facit,id quod
no.gl.in l.si nauis.in fi.vbi gl.no.ꝙ licèt possessor malę fidei potuit
non propterea tenetur ad id, qđ petitor percipere non potuit ar. l.
cum hereditatis.ff.de petitione hęreditatis. quę facit à sensu con-
trario.Sed potes dicere,ꝙ illa gl.reprobatur ex prædictis Sed meo
iudicio illa gl.vult oēs leges prędictas concordare,ut dicamus,ꝙ
possessor teneatur de his,quę percipere potuit,si tamen petitor fuis
set tantundem percepturus,quia ultra ea,q̄ petitor fuisset perce-
pturus,non tenetur. Et est ratio,quia petitor in plus non efficitur
ex possessione,seu occupatione illius. In hac tamen materia ego
sic concludo.Aut percipiendi fuerunt ei oblati , sed non accepta-
ti,vt est uidere in eo,cui oblatæ sunt certę vecturæ nauiū,uel cer-
tæ quantitates pro pensionibus domorum,vel affictus certi pdio-
rum,sed ipse noluit lucrari,tunc puto indubitanter de illis tene-
ri,quia pro receptis habentur,cum moram in his cōtraxerit. Aut
percipiendi non fuerunt per aliquem ei oblati,& tunc aut iste ma
lęfidei possessor erat tantum in culpa possidendi,aut etiam in mo-
ra.Primo casu dico,quod tenetur de percipiēdis.ab eo hac forma,
vel modo.Et si percipiendi ab eo minus fuissent,quàm percipien-
da à petitore,tunc de omnibus tenetur,quos percipere potuit. &
si plus fuisset percipiendi,ab eo quàm à petitore. tenetur solum p
rata percipiendorum à petitore,vt in gl.s.alleg.Secundo casu,scili
cet quando etiam erat in mora,vel per interpellationem,vel re ip
sa,vt si per metum,vel violentiam occupauit possessionem ut hic.
& s.qđ me.caus.l.j.tūc si percipiendi à petitore plures erant, quàm
sui.i.quam percipiendi ab ipso possessore,tenetur ad omnes quos
petitor percipere potuit,vt dicit Per.quia mora facit morosum te-
neri ad interesse partis aduersæ.vt ff.si cer.pe.l.vinum, & de uerb.
obl.l.quoties in die.& commo.l.3.§.in hac. & de vsuris. l. videa-
mus.§.si actionem.& est text.in l.si de possessione.j.unde vi.Si ue
ro percipiendi à petitore fuissent minus,quàm sui; & iste casus est
mihi dubius,cum non videatur interesse petitoris vltra quam ipse
percepturus fuisset,tamen isto casu ego distinguendo capio verba
Bar.sic.aut illud plus causatur seu procedit ex singularitate perso
næ ipsius possessoris,& illud peti nō pōt.Aut causatur ex eo , quia
cōiter tantum percipi potuisset,& tunc plus pro ea rata peti pos-
sit.& sic mora culpæ admixta faciat in aliquo pluri teneri , quàm
sola culpa erat factura,& potissimè,q̄a hoc est interesse commu-
ne,vt l.j.j.de sen.q̄ p eo qđ int.& per hunc modum omnes opi.cō
cordantur,& istæ leges,quæ videntur contrariæ.& hæc pondera
quia sunt subtilia.Oppo.5.ab extra,ꝙ isti fructus percipiendi non
possint peti,quia actor non potest dicere , se illorum dominum ,
quia in rerum natura non fuerunt,& sic pro eis non competit rei
ven.quæ datur domino.vt ff.eod.in l.in rem actio.Sol. ꝙ non iure
actionis , sed iudicis officio mercenario petuntur. Sexto opp. de
notatis.j.eo.l.si fundus.j.Sol.quod hic malæ fidei possessor titulū
non habebat,ideo de percipiendis tenetur , secus si titulum habe-
ret,vt in contrario.Sed Pet.& Cyn.dicunt,quod titulus non excu
sat eum à percipiendis,ex quo est malæ fidei.qđ puto verum,vt p
batur in l.apud Iulianum.§ primo.de legatis.j.& l. Imperator qui-
dam,de legatis.2.& j.de vsu.& fruct.l.fin. Et in alijs legibus alle-
6 gatis.per gl.in d.l.si fundum.vbi latius dicam.† Oppo. 7. quod de
pensionibus perceptis non teneatur rei vendicatione,quia pensio
nes non oriuntur ex re,nec naturaliter,nec industrialiter , sed pro-
pter rem soluuntur.& sic nec possunt dici sub dominio petitoris .
Sol.confitendo contrarium,ideo dic, ꝙ illæ sic percipiendæ ue-
niunt iudicis officio.†Oppo.8.quod libellus,de quo sit mentio nō
c procedat,& maximè in rei ven.quia verbum pertinere, late patet
vt ff.de ver.si.l.verbum pertinere , & sic ambiguū ergo si causa nō
est adiecta,libellus est repellendus.vt ff. de iu. l. si quis intentione
ambigua. Solu.quod fortè hic causa dominij fuit adiecta in ipsa
narratione,vel saltem in conclusione,puta si petit se dñm declara
ri. Nam tali petitione declaratur,& colligitur intellectus causæ .
sicut ex præcedentibus,ita ex sequentib.mediorum colligitur in-
tellectus,vt l.si seruus plurium.in fi.de leg.j.Et nisi ista non interue
nerint,dic quod libellus generalis admittitur,si non opponatur vt
j.de ann.excep.l.fi.Sed postea in processu declaratur.& hæc de pri
ma parte. Venio ad secundam partem & op.ꝙ sumptus necessarij
non possunt peti ab isto occupatore & ma.fi.possessore,vt l. planè.
ff.de peti.hær.Sol.ꝙ iuris actione non possunt peti,nec ope. exce-
ptionis, vt hic,sed iudicis officio sic,vt hic.& hoc totum probatur
in d.planè.quam vide.Et ratio illius l.est,quia dolum non facit , q
quod suum est petit,ideo contra eum exceptio doli opponi nō po
test.& maxime ab eo qui est in dolo,vt hic. Sed quia ex aduerso
æquum est actorem non locupletari cum aliena iactura , per-
misit legislator cum implorare iudicis officium , ut non com-
pellantur restituere,nisi refectis expensis necessarijs, & vtilibus re
moti,vt hic:vsque autem ad quantum tempus hæc imploratio iu
dicis officio permittatur,lege non cauetur.Sed apparet mihi usq;
ad sententiam & etiam postea in executione , quia non contradi-
cit sentētiæ sicut in marito & alijs qui tenentur,deducto ne egeāt,
vt dixi j.de iur.& fac.igno.l j.Vnde terminus datus ad excipiēdū,
uel opponendum ne fiant petita,non habet ei obstare.Op.ij.quod
nec iudicis officio.vt l.j.j.de infan.expo.Sol.ut in gl.quod ibi spe-
ciale in fure.& ista non placet,quia adhuc prædo uel inuasor erat.
vt in prima parte gl,Quare dicit Pe.quod fallit in necessarijs sum-
ptibus factis circa alimēta,q̄ à malæfidei possess.nō petunt,vt ibi.
7 † Op.de l.si in area.ff.de condic.inde.So.vt in gl.ꝙ hic in reficien-
do,ibi in construendo de nouo.Est enim refectio fauorabilis.vt ff.
de itinere , actuque priua.l.iii. §.pe.hæc non placet, quia ibi dici-
tur,ꝙ ei per retentionem consulitur.vnde sanctius est dicere,ꝙ il-
la secundum istam & contra intelligatur,vt iudicis officio petunt,
implorato p viā retentionis,vt ibi.& s.declaraui. restitutione au-
8 tē facta nullum habet remedium.vt ibi in pe.respōso.† Opp.quat
to ab extra,ꝙ pro necessarijs iudicis officium non imploretur,sed
solum tolli permittunt.vt l.si in area.aliàs incipit.l. si Iulianus.ff. e.
titu.So.secundum gl.ibi positam ibi,ideo quia à principio fuit bo
næfidei,sed tempo.ædificij fuit malæfidei.sed hic semper fuit ma-
læfidei.Ista est vna trussa.quia tunc omni tempore malæfidei plus
consequeretur,q̄ is,qui à principio fuisset bonæfidei.præterea si tē
pore ædificij fuit malæfidei,quare tp̄s anterius, quo ædificium nō
erat inchoatū,habemus considerare,licèt tunc fuerit bo.fi. iō non
video de ista l.ad illā esse drīam,ideo sol.ɔriū. s. ꝙ ibi in ædificio
voluntario,& vtili,sed non necessario,ut hic,iō hic iudicis officio
sibi permittente retinet sumptus deductos,ibi uero solum permit
9 tit tollere,ut hic in fi.Et sic illam secundum istam intelligo. † Op.
v.& ab extra.quòd nullo modo etiam necessarios sumptus dedu-
cat,quia sciens solum alienum uidetur donare,ut insti.de re. diui.
§.ex diuerso.lo.j.& ff de acquiren.re.domi.l.adeo.& ita not. in l. a-
deo.§.si ex diuersa.& ita no.glo in d.l.si in area.ff.eo.Sol.ꝙ ibi ædi
ficabat in fundo à se non possesso.at hæc nihil ualet,quia ibi ī fun
do a se possesso.ut patet.in d.l.adeo.§.ex diuerso,ideo sol.ut colligi
tur ex utroque.§.ex diuerso.scilicet,ꝙ ibi est unus casus,in quo æ-
dificator vult uendicare materiam dirupto ædificio. Et ille casus
loquitur,domino soli possidente.& sic huic.l.non contradicit.Sed
potius concordat maximè,cum his quæ dicta sunt.s. Alius est ca-
sus,quando ædificator possidet,& iste diuiditur in duos. Vnus est
quando ædificator est bo fi.& ibi dicitur,quòd tunc per exceptio
nem doli potest consequi sumptus.& ille non contradicit huic le-
gi quia ibi ī bonæfid.poss.hic in ma.fi.cui nō succurrit p exceptio-
nem doli,sed per iudicis officium ut dixi.Alius est, quando possi-
det ædificator,sed est malæfidei.& ibi dicit,ꝙ in culpa fuit in ędifi
cando , quæ sibi opponi potest.& iste uidetur huic contradicere.
Et ego respondeo,ꝙ inq̄tum ille intelligeretur in sumptibus ne
cessarijs, dēt intelligi,ut ei culpa possit opponi , per quàm tolletur
sibi de exceptione doli,de qua ibi prædixerat.sed non tollitur iudi-
cis officiū de quo hic;seu ꝙ hic pmittit.inq̄tum uero loquatur de
sumptibus vtilibus,quia illud ædificum non fuerat ibi necessariū.
& tunc ille cōcordat cū isto.Et ſm istū dēt intelligi,ut sumptus si
petantur , sed ædificium sine lesione possessionis status tollatur .
Op.6.& ab extra,ꝙ nec vtiles possint tolli,j.de infan.expo.l. j. ubi
sumptus.in adiscendo non tolluntur , sed doli exceptione petun-
tur.

ADDITIONES.

a Inter domum.In hac materia oppositionum,uide Pau. de Ca. in cons.17. quod incipit in Christi nomine amen,in causa quæ uertitur.in ult.col.

b Quod Bar.teneat hic.In hac materia uide Bar.melius in repeti.l.fructus.ff.eo.& in l.2.de fru.& lit.expen.& in l.apud Iulianum,§.fundus. de leg. j. ibi uidetur uoluisse idem,licèt sua distinctio sit maxima restrictio ad hāc l. secūdū Imo.uide Bal.hic.& Ang.in d.§.fructus.Cy.cōtra Bar.in l.incertū.in j.q.infra.e.& uide Bar.in l.ex diuerso.in prin.ff.de rei uen.per Ang.in l.fructus.la.j.& cōtra l.si nauis.eo.tit.uide Bal.in d.l.2.de fru. & lit.exp.& dic,ꝙ magis cōis opi.uidetur esse cum Bar.hic,cum quo concordat Gui.de Cu.& Bal.hic, & mo.& Ray. & Pau.de Ca.in d.§.fructus.Quam opi.limita primo.ut procedat in illo possessore,qui nullā habet iustam causam à domino inducente,secus si causam haberet,ut est creditor habēs fundū pignoratū à domino , quia dño tenetur de fructibus,quos ipse debitor percipere potuisset,tex.est menti tenendus.in l.2.infra de pig.ꝙ reputat no.Bal.Secundo limita procedere in uero malæfidei possessore,secus in ficto,cuius malafide inducta esset fictè per litem conte.contra eum factam,nam talis tenetur tantum de fructibus,quos ipse reus percipere potuisset.tex.est non uiolando literam.infra,de fru.& lit.expem.l.secunda secundum Bar.ibi,licèt gl.ibi aliter intelligat.

c Verbum pertinere late patet.De hoc Spe.de lib.conce.§.15.uer.quid si.in fin. & in ti.de cā pos.& pprię.ī prin.& aliæ sūt reales.& §.j.uer. hoc ēt el.j.dixi d'hoc post Gui.de Cu.hic.nu.j.ī apost.in uer.uerbū ptinere post Ia. Rebuffi. in l.oēs. nu.ij.in apost.in uers.uerbū illud ptinere.C.de collatione fund.par.li.xj.& post Bal.in l.ꝙ tem pe.nu.10.uer.& nota uerbum pertinere.in apost, in uer. hēt largam significationem,de testi.milit.

tur.ut ibi.& ff.e.l.sin aūt.§.fi.& tū vtiles impēsæ dicūtur,vt l.impē-
sæ.ff.de ver.si.So.illæ in bo.fi.possessore loquūtur,hic in malæfi.q
nō tollit,sed tolli pñt,aīs sibi imputet.vt l.p volūtarijs ff.de impē.
10 & hoc de ɔrijs.†Nūc materiā istā colligam⁹ pro cuius euidētia p-
a mitto vnū cū iuriscōsulto.ī l.i.ff.de impē.in re.doc.fac.ꝙ impēsa-
rū,[a]uel sumptuū aliæ sūt necessariæ,aliæ vtiles,aliæ uolūtariæ.Ne
cessariæ sūt qb⁹ nō factis ē res peritura. Vtiles, qb⁹ factis res me-
lior ē futura.Volūtariæ,quibus factis delectabilior ē vētura,ut l.in
pēsæ.ff.de ver.sig.Itē ꝙ impēsarū.aliæ fiūt ad ppetuę rei vtilitatē,
aliæ gr̃a fructuū tm̃.Cū igit̃ q̄rit̃,an sūptus facti ī re alteri restituē
da veniāt repetēdi,& quo iure,dic,aut sci sūt ī re ppria,spe tn̄ alie
na,seu spe alteri restituēda,ut ē uidere ī re dotali,cuius dñs est ma
ritus,vt j.e.l.doce.sed so.ma.ē restituēda.Et de hoc remitto ad tit.
ff.de impen.licet aliqua.j.dicēda ī eis ēt locū hēant,vt in re sub ɔ
dōne legata īterim alienata, & p emptorem medio tpe impensa
facta in ipsius rei utilitatē.& de hoc remitto ad no.p glo.in l.em-
ptorem.in priu.ff.de rei uen.ubi gl.tenet,ꝙ impensæ possunt dedu
ci doli exceptione,nec fit cōpensatio fructuū.Aut facti sunt in re
aliena,&tūc,aut impendens habuit aīm donandi, aut repetendi,
aut dubitatur.Primo casu nullo iure petit,nec tollit. ff. de acqui.
re do.l.adeo.§.ex diuerso. de reli.& sum.fune.l.at si qs.§.sed inter-
dictū. cū se. Scđo casu, aut impedit ɔ voluntatem domini,& tūc
nō repetit,ut l.fi.s.de ne.ge.Fallit de impēsis funeris,vt d.l.at si qs.
§.idē Labeo.& uide qđ scripsi in d.l.fi.Aut impendit cum domini
uolūtate.Et repetit tā excipiendo, q̄ etiam mandati agendo,si uo
luntas fuit talis q̄ inducat mādatū:ut s.de ne.ge.l.qui pupilla.& j.
mā.l.i.cū si.Aut impendit pter dñi uolūtatē,& tūc ēt repetit sđ ac.
ne.ge.ut d.l.q pupillæ.uel ex alia actione ex aliquo ɔctu pambu-
lo resultāte.ut ex sequenti patebit.Tertio casu,qñ dubitat̃ quo aīo
impenderit,& tūc,aut impendens habebat cām à dño,& repetit,
ēt actiōe ex eo ɔctu.vt l.ī rebus.§.si pñt.ff.ɔmo.& l.sed ędes,§.si in
qlinus.& l.dñs.§.i.ff.lo.aut ñ hēbat cām à dño.Et tūc, aut īpedit ī
b re aliena,q̄ ñ possidet,& vr̃ donar̃.[b] vt pbat̃.ī d.l.à diuo.§.ex diuer
so.& ist.d re.diui.§.ex diuerso.&iō ɔsiliū ē,vt ptestet̃.vl' tale qd fa
ciat,ꝙ d aīo repetēdi apparet,ut l.Nesennius.ff.de ne.ge.Aut īpē-
dit in re a se possessa,& tūc,aut gr̃a fructuū pcipiēdorū,& tūc repe
tit.siue bonæ siue malęfidei sint.vt ff.fa.er.l.fundus. & so.ma.l.fru-
ctus,& de pet.her.l.si a pr̃e §.fi.Aut impēdit in ppetuā rei utilitatē.
tūc,aut impensa est necessaria,aut utilis,aut uolūtaria.Si necessa-
ria,tūc si est bonæfidei,tpe quo sumptum fecit,illū sibi seruat iure
retentionis ope.exce.doli.ut ff.de exce.do.l.Paulus.& ita etiā pōt
loq.l.si in area.ff.de cōdi.inde.Sinaūt eo tpe,quo impēdit,est ma-
læfidei,tūc iure retentionis iudicis offm̃ implorando,ut hic,& nō
p modum excipiendi,ut dixi in primo ɔrio huius partis. nec cu-
ro,si a principio fuit malafides,ut dixi in quarto ɔrio.Si uero im-
pensa,fuit utilis tm̃,tūc,aut bonafide impendit,& tūc siue reficien
do siue de nouo faciendo ope.exc.doli tuet̃ ut d.l.Pa.& d.l.si in a-
rea.& j.de infan.expo.l.i.Iudex,tm̃ varie ex psonis cōstituere dēt:
ut l in fundo.ff.e.Aut malafide impēdit,& tunc solū tollit sine læ
sione prioris status.vt hic,& hæc si tolli pñt,alias sibi imputet. ut
d.l.j.& ff.de impen,l.p uolūtariis,Et ubi tolli possunt.dñs ne tollā
tur pōt ei offerre tm̃,q̄tū ualerēt abrasæ.vt dic.in l.in fundo. Si ue-
ro impēsa fuit uolūtaria,tūc malæfidei illam pdit,vt hic.bonęfi. ve
ro tollit si pt̃,nō alias,nisi factæ sint ī re uenali, q a tūc utiles repe-
tunt̃,vt l.ꝙ si.ff.de īpen.iō tūc dicēdū, ut đ utilibus dixi,eū teneri,
exce.doli vel iudi.offō.si qd pcepit,de fructibus,p ea rata hincin-
de fit cōpensatio,siue habeat titulū lucratiuū,vt ff.eo.l.sumptus,si-
ue habeat onerosum,vt in eo.ti.l.emptor.in prin.& qđ ibi no.glo.
& hoc quando tpe impensæ factæ res erat aliena,nō impēdentis,
ut ibi no.& s.dixi.Et modo expedita est intricata materia.

ADDITIONES.

a Impensarum.Vide plene per Spe.in ti.de fru.& interesse.§.i.per totum.item ad de ꝙ aliquæ sunt aridæ,aliquæ sunt liquidæ secundum Bal.in aut.ad hæc.i.co. inf.de usu.

† Adde no.in l.impensæ.& in l.uoluntariæ.& in l.ꝙ si.§.fi. cum.l.se. & p totū. ff.de impen.in re.dota.fac.Bar.in l.diuortio.§.impendia.ff.so.ma.

b Et uidetur donare.Quid si res sine expensis illis erat peritura,an & qua act. repetātur.Vide Bart.in l.si pupillus.§.si Titii.de neg.gest.& quid in expensis factis, gratia pietatis no.Bar.ibi.

LEX VI.

Si ex ea. Res empta ex pecunia alterius non est illius,sed ementis,iō pro ea rei uendi.non cōpetit.h.d. Opp. vt in gl.So.vt in ea.& adde quæ no.in l.si vt proponis. & require, vt sup.dixi.in l.mater.eo.ti.in pe.q.

LEX VII.

1 *Partus in quibus ventrem sequatur.*

a Partum. Cuius est mater.[a] & partus.h.d. uel partus seqtur matrem quò ad statū,& dñiū,patrē uero quò ad
1 honores,&dignitates.h.d.cū gl.†Op.ꝙ nec quò ad statū, nec quò ad dominium sequat̃ matrem.vt ff.de sta.ho.l.& seruorum.§.ingenui.So.ꝙ hæc ſm illā,vt sequat̃ quò ad statum. sufficit in aliquo tpe eā fuisse liberā,vt status illius tpis inspiciatur,& nō alius,&hoc fauore ingenuitatis,ut ibi,& adde quò ad alia q̄ no.ī l.cū legitimæ in e.ti.Sed q̄ro de rōne,quare magis cōdōne mr̃is.R ñ.fauore partus,cui pt mr̃ proficere tribus tpibus.s.ɔceptionis natiuitatis,&medio,vt d.§.ingenui,ꝙ nō posset pr̃,q a in eo nō possumus ɔsiderare

nisi tp̄s cōceptionis.q a solo illo tpe pr̃ est cā efficiens.& hoc in sequela,quæ fit ipso iure à lege.Sed est alia.sequela,quæ fit iure actionis,& tunc quandoque seqtur patrem vna cum matre. vt & j. de seruis fug.l.fi.& rationem ibi dicam.Bar.

ADDITIO.

a Est mater.Per Bar.in l.fi.§.idem respondit mulierem.ad municipalem.

LEX VIII.

1 *Militis efficitur quod ex pecunia ipsius emitur.*
2 *Minoris esse censetur,quod suis nummis comparatur.*
3 *Ecclesię pertinet,quod ex sua pecunia emitur.*
4 *Rei uendicatio vtilis,an competat,antequam traditio fiat emptori.*

1 Si vt proponis. †Res empta ex pecunia militis efficitur illius,iō illā vendicare.pt.h.d.No.
a 1.ꝙ hic ē spāle,[a]ꝙ lex inducit in milite.Scđo ꝙ nō directa,sed vtilis rei uendicatio ei cōpetit.Tertio no ꝙ dominium ita demum trāsfert,si miles ratū habet.Ex quo seq̃,qđ miles nō suo noīe gestū hēt ratū,qđ ñ est regulare,nisi ī subsidiū,vt s.e.l.mr̃.ī fi.& ibi dixi.Op.de l.si ex ea pecunia.s.e.So.ꝙ hic est spāle in milite.Circa. qđ q̄ro,an ī quolibet milite pcedat,hæc lex.& dicit Gul.de Cu.ꝙ nō,sed in militāte dūtaxat, nā ei, vt plurimū.l.fauet & nō alijs , vt inst.de te.mi.§.i.& j.de mi.te.l.in te.& l.milites.p to.Sed cōiter tenet̃,qđ in quolibet milite dūmō armatæ militiæ,q a hæc l.loq̃t indistinctè.Quæro tūc,an ī quolibet emēte loquat̃.Et vr̃,ꝙ nō , p istū tex.in fi.q đ pc.vel gestore eius loq̃t.Alij dixerūt,ꝙ idē eēt in quocūq;.vt in fi.gl.no.& hāc partē tenet Cy.q a principiū huius l.loqtur indistinctè.primā tenet Gu.de Cu.ne inducta ɔ regulā extēdamus,vt l.ꝙ rōne.ff.de leg.Ego istā partē tenerē,si tex. iste locutus fuisset simpliciter in pc.vel gestore. Sed mihi vr̃, ꝙ gñali⁹ loquat̃. & in fi.addat ꝙ nedū possum vēdicare,sed mādati agere,si ē pcu. vel ac.ne.ge.si ē gestor.Vñ si sit alius depositarius,licet illæ duæ actiones locū ñ hēant,ñ ppea tollit̃ primū dictū ī rei uen.licèt ille, tex.possit in fi.& aliter intelligi.s.ꝙ dñs ratū nō habet emptionem sed petit suā pecuniā,& tunc collige,ꝙ fuerit pc.ad alia,ñ ad hāc
2 emptionem.†Quæro,quid in minore Rñ.gloss.ꝙ idem,ut res empta de pecuniaris eius efficitur sua.ut j.de tu.vel cu.& ff.qñ ex f. tu.l.2.Sed attende,ꝙ ſm opi.quam tenui in milite.s.vt p quēcūq; res sit empta efficiat̃ militis,nō est idem in minore.sed demū si p
b eius administratore[b].ut ll.alle.in gl.& ita demū,si hoc elegit,ut ibi non alias,vt j.de ser.pig.da.l.si tutor,& ibi no.vbi āt alius,q nō sit administrator,sibi emit,sed pecuniam pupilli soluit, tunc res non efficitur minoris,sed eis pro pecunia est obligata,vt ff.de re.eo.l.3. in prin.facit d.l.tutor, ſm Ia.de Are. Addit Bar.quòd hoc vltimū procedit,quādo est soluendo emptor, aliàs in subsidium vēdicare posset.ar.l.filiæ.in fi.ff de sol.ꝙ non vr̃ bñ dictū,q a ex quo hypotecā nō hēt,sp tutus est ad quēcūque res transeat,nec l.filiæ.hoc pbat,q a ibi de deliberōne argentariorū a psonali actione tractatur.
c Quæro quid in ecclesia,[c]si de eius pecunia quis sibi proprio nomine rem emit.dicit gl.idē ꝙ in pupillo.ar.l.fi.s.de sac.san.eccl &ita allegat gl.in l.2.ff.qñ ex fac.tu.Sed melius facit l.orphanotrophos
3 in prin.sup de epi.& cler.Quæro quid in vxore[d]& uiro.dicit gl.idē
d vt l.vxor marito ff.de do.inter vir.& vxor.& ꝙ intelligit hic per Cy.& p Bar in subsidium.vt in d.l. vxor.in fi.Alij dñt,ꝙ nec ī subsidium in omni pecunia locum hēt,sed demū in dotali dotis fauore,& in subsidium non aliàs.vt l.ex pecunia.j.de iure dotium.& ī donatario, q a tenet̃ donatarius quatenus est locupletior. & hoc dñt glo.voluisse.j.si qs alteri,vel sibi.l.j. Extra ergo illos duos casus debent gl.istæ procedere,ne plus iuris hr̃et vxor,uel maritus,q̄ minor.vel ecclesia,quibus dñium non querit , emptor q non est eo-
4 rum administrator.† Quæro ab extra,an hic utilis rei uen.competat ante traditionem factam emptori.dic.ꝙ nō,sed demum te tradita,vt probatur.in l.j.§.fin.ff.de re.co. & hoc dico etiam in ecclesia.Nec ob.l.fin.s.de sacrosl.eccl.quia ibi quando emptio fuit facta nomine ecclesiæ. Quæro ultimo, quid si vendidi bona communia mei,& impuberis,uel militis, & ex pecunia redacta primo nomine emi fundū,an pro rata pōt vtilē rei uendicationē habere,dicit glo.quòd sic in l.si patruus.j. communia vtri.iud. & est glo.fi. coniuncta prima.in secundo eius exemplo.Sed Richar.malum tenuit contrarium , quia pecunia tota est propria ementis, vt ff. de furt.

ADDITIONES.

a Quod hic ē spāle.Vide gl.fi.& ibi Bar.& Bal.in l.si patruus.j.communia vtriusq. iu.& gl.i.in l.vxor marito.de don.inter uir.& uxo.

† Adde inquantū,hic dicit esse speciale,ꝙ res empta de pecunia militis.&c.Tu fac regulam.& dicas,ꝙ res empta per alium eius nomine,licet de pecunia alterius sit sua,& non illius,de cuius pecunia est empta. Tu uide ultra casus hic numeratos,alios speciales casus per Bar.in l.si tutor. C.de ser.pi.dato.ubi limitat,ut procedat in re empta ex pecunia eius.cui bonis interdictum est, & in re empta ex pecunia usuraria,de quo per Socy.in suo tra.fal.re.383.

b Administratorem. Adde Bal.in l.si quis alteri,uel sibi,per Bald.in d.l.pe.j.de ser. pi.da.Et adde quod hoc priuilegium habet etiam pecunia data filio in peculiū, quia est uniuersale secundum Bal.in l.filium.j.fami.her.

c In ecclesia.Vide Bar.omnino.in l.si vrbana.in fi.de cond.inde. secus si res fuerit empta de pecunia mutuata per ecclesiam,secundum Bal.in l.fi.j.de fideic.

d Quid in uxore.Adde Soci.cons.224.inci.eleganter & subtiliter uer.ad hæc respōdeo in secunda parte char.99.ubi hoc idem alle.& inducit.& uide no.gl.in l. si filii tui.in fi.post gl.j.de dona.inter uir.& uxo.

furt.l.qui uas §.fi.& dicit esse casum de admi.tut.l.Titium, & Meuium.§.altero,quem omnino vide.

LEX IX.

1 *Maritus quare rei dotalis sit dominus.*
2 *Vxor an possit rem dotalem a marito vendicare, & nu.3.*
4 *Exceptio rei iudicatę, an obstet, si maritus constante matrimonio egit pro re dotali, & succubuit.*

a Doce, Dominium rei dotalis est mariti,ideo constante matrimonio rei vend. non competit vxori.[a] h.d. Not, text.ibi fuisse dotalem,ex quo collige, ꝙ ista uerba non significāt abnegationem de præsenti,quòd videtur contra,§.affinitatis, inst. de nu.Potes dicere, quòd hic durabat matrimonium de præsenti, ideo & hodie dotalis presumitur;secus si matrimonium constaret dissolutum;quia tunc nō sequeretur;olim fuit dotalis,ergo & nūc, vt l.in reb.ǐ de iure do.licet sequatur;ꝙ olim fuit meum,hodie est, vt infra de prob.l.quæ possidet,& ff de reg.iu.l.id, quòd nostrum,
3 † Not.2.maritum esse dñm rei dotalis, & estrō ,qa traditio est facta a dño,& ex cā habili ad trāslationē dñij:ergo &c. vt l. traditionib.ǯ.de pac.ꝙ aūt titulus dotis sit habilis patet, qa est sufficiēs ad vsucapionē,qñ traditio fit a nō vero dño,vt ff.de vsuc.ꝓ dote.ꝑ totū.ergo ad translationē dñij qñ a dño,vt l.claub. ff. de contrahen. emp. & hæc vera licèt Mar. aliter dixerit.de quo plenius not. in l.
2 in rebus.ǐ.de iure do.† Op.ab extra,& sic si vxor ipsa vendicauit a marito & obtinuit, imputet sibi maritus, qui non docuit de iure suo,qa ob.ei exceptio rei iu.finaūt succubuit, tunc marito non expedit nūc ꝓbare rē dotalē esse.So.ꝙ hic nō egit cōtra maritū;sed ꝯ tertium possessorem, & succubuit, nec marito præiudicauit; &
3 ita pone casum in hac l.† Opp.cum glo. ꝙ mulier possit vendicare cōstante matri.vt l.si cōstante.in prin.ff.so.ma.& l.vbi ǐ. de iu. dot. Sol.ꝙ ibi fallit,qñ maritus vergit ad inopiā,vel hodie male īchoat vti substantia sua.vel scđo,ibi non agit rei vendi.sed hypothecaria, hanc secundā tenebat Ia.Bu.sed non videtur tuta, qa cū nō sit hypothecaria sine principali.ut l.1.& 2.ǐ,cō. de leg.& illa possit concurrere cū vtili rei ven.vt ibi,dicendū est igitur,ꝙ ēt rei ven. cōpe-
b tit & sic intentare possit quā velit;iō Bar.hic [b] dicit,ꝙ vtraq; bona, Nā rei ven.habet cōtra maritū,vt l.in rebus,in prin.& §,volumus, Itē cōtra eūdē hypothe.vt ibi in fi. & ēt cōtra extraneos possessores,vt d.l.vbi,Nec ob.ꝙ res sua nō possit esse hypothecata,vt l.neque pignus.ff.de reg.iu.qa verū,qñ pleno iure est sua,ꝙ non est hic vt d.l.in reb. Item nec obst.ꝙ maritus est dñs.qa dico,ꝙ non aget simpliciter ex cā dñij,nec puto,ꝙ aget declaratoriè.i petat se dñm declarari,sed solū dicit,ꝙ dedit in dotē talē rem, & quòd maritus vergit ad inopiam,vnde petit sibi restitui. Vnde rei ven, est potius datiua,quā natiua;& anomala,quam regularis. Veruntamē quod gl.dixit ibi,egit hypothecaria.verū dixit in casu illius.l.vbi, vt colligitur ibi ex prin.medio.& no.& ibi fuit casus.Azo. & sic non dixit ad illum fi.vt sentiret ꝙ rei ven.ei non competeret.Quæro an hæc l.procedat,siue ancilla fuerit data ęstimata,siue inæstimata.Dic ꝙ sic,vt in gl.2.Nā si æstimata,tanto plenius maritus erat dñs,& mu
4 lier minus ǐ.de iure dot.l.quoties.† Quæro ab extra. maritus constante matrimonio pro re dotali egit rei vend,& succubuit; demū solu.mat.mulier contra eundem agit.Quæritur,an exceptio rei iu. ei obstet.& videtur, quòd sic , quia maritus videtur procurator vxoris,licèt in rem suam,ergo & mulieri debet exceptio obst. vt ff. de exce.rei iu.l.si mater.§.hoc iure.Contrarium tenet Pet. per l.Titio centū.§.vl.cir.fi.ff.de condi.& dem.Sed Cy,tenet primā partē, nisi maritus sua culpa succubuerit,& non sit soluendo. vt d. §. vlt. ad quod facit.ff.de do.l.& eleganter.§.pe.& ff.de dot.ple.l.pater.in fi.Idē tenet Gul.& inducit.l.Mevia ff.sol. ma. & l. si pro re pupilli. §.1.ff.de euic.& dicit culpa sua succumbere,si probationes non fecit quas potuit,vt ff.de eden.l.argen.§.cum autem.

ADDITIONES.

a Non competit vxori.Vide Bar.& Bal.in l.1.ǐ.de don.inter vir.& vxo.
b Bar.hic.Vide Bar.latius,& aliter,in l.si constante, in 1.q.3. prin. hic alleg.

LEX X.

1 *Dominium quomodo probetur.*
2 *Seruo quando credatur.*

a Cum super vernis. [a] Primo respon.consulendo, secundo rationem annectit
1 declarando.secunda ibi: iudex enim. Casus.† Dominium potest probari tam per testes,quàm per instrumenta,& per torturam serui petiti,h.d.Alias probationes videbis.ǐ.eo.l.iudicia.No. illas tres species probandi,& specialiter vltimam.No.etiam quòd frustra ꝑcibus impetratur,ꝙ a iure communi conceditur. Petebat.n. actor a principe,vt posset dominiū seruorū per testes probare, & sic titulum suum,cū non posset per instrā.Opp. sic;probationes non debent recipi de domo aduersarij, vt ǐ. de testi.l. nimis graue, & per consequens,nec ꝑ torturā serui petiti.Rñdè,vt quidā , ꝙ ista l. dēt intelligi,qñ contentio est inter duos de seruo,non qñ cum eo , qui diceretur seruus,& ipse contenderet se liberum , vt in contrario, sed gl.dicit idem,& in eo,qui se liberū contendit, dummodo agatur possessorio, vt ǐ. de lib. cau. l. eam quæ non petitorio, & ff. de
2 quæst.l.de minore.§.fi.† Opp. ab extra, ꝙ si sic est,ꝙ creditur seruo,dabitur occasio ei,adhærendi alteri,quā vero dño,& illū priuādi suo dominio.Sol. ꝙ ne hoc adueniat,sciendum est,ꝙ seruo non creditur,nisi indicia præcedant suo dicto conformia, vt ff. de edi. edi l.quæro.in fi.& no.in l.ꝗcunque,ǐ. de ser. fu. Quæro an sꝑ dēt torqueri.dic aut nulla ꝑcedit probō,vel indiciū,& tūnc a qōne nō est incip.ff.de quæst.l.j. in prin.aut præcedit, & tunc aut contra id ꝙ dicit,aut pro eo ꝙ dicit.Primo casu torquendus est,Secūdo casu,aut est semiplena probatio, & tunc ei credit sine tormentis. Et ita no.gl.singulariter notanda.in l.cū probatio.ff.de proba.aut præcedit indiciū tm̄ & dr̄ ibidem in gl.ꝙ nō credi ei sine tortura, qa indiciū illud non purgat ignominiam, & vtilitatem serui. ꝙ nota. facit in Auth.de testi.§.si vero ignoti.

ADDITIO.

a Cum super uernis. Vide Pau.de Ca.consi.342.

LEX XI.

1 *Solo cedit quod in eo seritur, vel seminatur.*
2 *Possessor malęfidei colens agrum alienum , nec precium operum nec partem fructuum habebit.*

1 Si quis. Primo consuluit domino soli, secundo plantanti vel serenti.secunda ibi sane.Casus.† Quicquid platatur seritur vel seminatur,totū solo cedit , radices si tamen egit. Bonafide tamen faciens,si possidet,sumptus deducit doli exceptione.h.d.Cōcordat.l.adeo.ī fi.ff.de acq.re.do.No. ꝙ hēs ī sūmario,Quęro circa primā partē,quid si ignorās,& bonafide plātauit vel seminauit.dicit gl.ꝙ actio,ei tūc cōpetit. Sed quæ sit illa,dixit Mar.vtilis ī rē,vt ff.e l.si frumētū §.de arbore.qđ nō placet glo.& merito,quia ibi loquitur, quādo arbor mea coaluit in tuo absq; facto meo.Dicit igit gl.ꝙ datur actio in factūad instar ferraminatorū,ut ff.eo,l.in rē.§.itē ꝗcūque.Sed Pe.& Cy. dicūt, ꝙ ista laborat eodem morbo,qa ibi factū dñi iteruenit,quaꝑꝑ ipsi dicunt,ꝙ bo.fide ꝯsulit n̄ ad rē,sed solū ad sūptus doli exce. & dicūt ꝓbari in hac.l.ī fi,& tex.ē ī l.si in area.ff.de cōdi.inde.In sūptu tñ cōputari dico æstimationē rei.Et ꝓ ista parte inducūt notata. ff.de acq. re.do.l.q.cq.d.§.sed.cū in partes.in gl.sed q.d.&c,facit ēt ꝙ hic not. gl.fi.Dy,vero dixit,ꝙ si tradidit dño,& nō excipit cū ꝑt,ꝙ incerti agere ꝑt ad factū tradōnis,vt sic re tradita sūptus ꝑ retētionē deducere possit,ꝑ l.ꝙ si nulla,ff.de le.i,facit.l.sed si me ꝑsente.§.cū in ter.ff.de cōdi.inde.& l.q exceptis.§.pe.in e.ti. Sed Cy.hic in addi. hāc opi.reprobat,qa in d.l.si in area.in fi.dicitur, ꝙ nullo alio mō, quàm per retentionem impēsas tseruare potest.& idem dicitur in l.Paulus.ff.de doli excep.Item quia impendens non habuit animum aliquē sibi obligandi,sed in l.ꝙ si nulla,& in l.qui exceptionem.§.pe.hæres habuit animum sibi obligādi legatarium,ad quē in euentum diei sperabat legatum pertinere,ideo erranter tradenti datur actio incerti.Ad §.cum inter.Respon.ꝙ ibi qualitas, libertatis seu seruitutis itineris, quæ retineri potuit ex conuentione , sed per errorem retenta . non fuit indebitè soluta, hic totum , quicquid traditum fuit debitum, seu ipsius erat cui traditum fuit,
2 vnde nulla actio tradendi datur.† Quęro,agrū meū malæfidei possessor coluit,& seminauit,peto agrū,ipse petit medietatē fructuū, vt colonus partiarius,& si nō potest petit ex fructibus sumptū, & precium operarum suarum ,quæritur,an possit.dic.ut colonus partiarius venire non potest,quia ille contractus non fuit celebratus. Sumptum autem factum gratia fructuum dico,ꝙ ex fructibus po
a test deducere,[a] ut dixi in distinctione.sup eodem l.domum. Sed an precium operarum suarum computet in sumptum,potest dubitari,tñ puto,ꝙ sic.arg.huius l.nec ꝑdictis obstat,ǯ.eod.l.secūda. in fi.cum ibi no.vbi dicitur ꝙ donare videtur,quia ibi in ædificio, quod extruere non tenetur,hic in fructibus,ad quos etiam si non percepisset teneretur;vt sup.eodem. l. domum.iō ad sumptum faciendum pro eis necessitatur, & sic facilius ei subuenitur, quia in necessitatibus liberalitas nō præsumitur.Vt l.rem legatam. vt ff.de adimen.lega.

ADDITIO.

a † Ex fructibus potest deducere.Vide an poterit deducere expēsas , quas fecit pro custodia rei,Rom.sin.suo,332.2.inci.malæfidei possessor pater. vbi tenet quod sic,per casum singularem in l.si a domino.§.fi.ff.de pe.hæred.& in l. si ita.§.fi.ff. de fundo instru.vbi expositum pro custodia fundi dicitur fieri pro conseruatione eius,& fructuum,& ibi reprehendit Bar.tenentem oppositum,l,cum quæreretur.§.prædiis.ff.de leg.3.contra quem tenet Bal. in l.i. ǐ. de fruc. & lit. expen. licèt non faciat mentionem de Bart,& eius errore,in quem tamen alias inuehitur, & minus æque.

LEX XII.

1 *Res vendita quando repeti posit.*
2 *Fides quando de precio haberi dicatur.*
3 *Venditor,an posit rem venditam,ut suam uendicare, dilatione data finita,et precio non soluto.*
4 *Procurator quando posit de precio fidem habere.*
5 *Contractus,an ualeat quando de precio fides haberi non potest.*

In ciuile. Primo dictū.Scđo illatio. Tertio noui dubij remotio.scđa ibi,sane vnde.3.ibi sane.Casus. Alienatio nō reuocat ex rescripto,licet agi possit ad ꝑciū nō solutū.h.
1 d.†No.ꝙ res vēdita.& tradita nō petit,licet ꝑciū nō soluat.Itē no. ꝙ ī ꝯctibus nominatis nō ē locus pænitentię, nec dat cōditio ob causam,licet ex altera parte non impleatur.Op.igitur de l si pecunia.ff.de cond..ob causam.Sol.ibi in contractu innominato , hic in contractu nominato:& vltro citroq; obligatorio, qui solo ꝯsensu ꝑficit.& ad.ue quæ in contrario notant.Opp. 2. ꝙ dominiū per traditionem non fuerit trāslatū,vt insti.de re.diui.§.venditæ.So.ꝙ illud verū,nisi fides fuerit habita de precio,vt ibi dicit litera. hic er
2 go dicendum est,quando fides fuit habita de precio.† Quæro igitur,quando dicetur fides habita de precio.Respon.Ia. de ra. & Ia. de are.Pe.& Cy.quando venditor est secutus fidem emptoris, ut dicit tex.in d.§.venditæ.& in l.quod vendidisti.ff. de contrah.em. Sed dicūt ipsi,ꝙ tunc seq dr̄ , qñ suæ promissioni stetit. & hoc dicūt ꝓbari.in d.§.venditæ,cū primo dicat dñium nō transferri,nisi precio soluto,vel pro eo pignore, vel fideiussore dato. dum igitur sequitur,vel nisi fidem emptoris sequutus sit,debet intelligi per eius nudam promissionem,& dicitur nuda à pignore, vel fideiussione,vt ff.de verborum.signifi.l.satisdationes.& ff.quo.leg.l.vlt. si legatarius,& hoc dicūt quod sentit Azo.in summa.supra de sum.tri. Sed nunc quæro cum gl.de ista promissione non constat,sed venditor librum tradidit,& ille portari fecit ad domū.Dicit gl.ꝙ si statim tradidit credēs habere ꝑciū,& nō hēt,n̄ dr̄ fides habita, iō vēdicare pōt ar.l.si qñ.ff.de pig.Sinaūt non credidit statim haberi:sed dilationē dedit ad soluendum,& tūc dr̄ fidem habere de precio, & sic dñiū trāsfert.Sed ꝑfati docto.dicunt,ꝙ ita pōt haberi in vna hora, sicut in x.diebus;cū tp̄s nō sit modus tollēdæ vel inducēdæ obligationis.l.obli.ferè.§.placet.ff.de act.& ob. Et ideo. dicunt , ꝙ fides habetur per promissionem,& nō aliter,siuè promittat soluere incontinenti,siuè ex interuallo.Sed Gui.de Cu.videtur velle,ꝙ ipsi dicāt verū in casu certi.in dubio si dilatio sit data, creditur illū promisisse de soluendo in termino.si dilatio non est data , distinguit.Aut q tradidit permittit rē exportari,nec nunciū suū misit cū re,& tunc vr̄ fidem emptoris secutus.Aut nō permisit alio portari vel nunciū suū misit cū re,& tūc fidē eius nō vr̄ sequi,ētsi ille fraudolenter portauerit.vt ff.de pi.acti. l. si quasi. Et ita verificetur hic
3 gl.fi.& hoc sequor.† Nūc quæro in casu,quo dilationem dedit,an dilatione finita,& precio nō soluto, venditor rem ut suam uendicare posit.so.ꝙ sic,ad instar pacti.l.cōmissoriæ.Sed Accur. cōtra , qa ibi ꝑcium interuenit,ꝙ est tituli retro rescisiuū, ut plenius scri-
4 pti in l.in traditionibus.supra de pa.† Quæro ab extra, an procura-
a tor posit fidē habere de precio,[a] & loquor đ procuratore qui hēt potestatem vendendi , & sic vendendo posit fidem habendo de precio transferre dominium.Cyn.format istam quæstionem hic , & in lec.antiqua minus perfectè dicebat, sed postea ex dictis per Gui.de Cu.in l.cuicunq;.§.si ei.ff.đ instito. adiectionem nouam fecit Distinguit igit ipse sic.Aut qrit in procuratore , aut in principali.Primo casu potest,nisi ei expresim sit dictum,ut ꝑsenti pecunia vendat,ut d.l.cuicūq;.§ si ei,& nisi dolosè in hoc versēt.ut ff.man. l.creditor.§.fi.& ff.pro emptore.l.fundum. §.procurator. Item nisi sit procurator fisci.ff.de iure fisci.l.si procurator.Et idem dico,si sit procurator Cæsaris.ut no.in l.cum vendente.ǯ.vbi cau.fisca.Scđo casu si ē ꝓcurator specialis,tūc nō pōt,ut ff.de re iudi.l à diuo pio. §.si post.in fi.alias.§.si emptor.Dic ꝙ ibi nō pōt.Sed Bar. in d.§.si emptor dicit,ꝙ ibi nō potest,qa ibi uenditio permittitur ob certā causam,quæ habendo fidem de ꝑcio non impletur , & pro tanto ibi non potest.Et ideo in speciali procuratore ipse subdistinguit. Aut est procurator alicuius ꝑsonæ priuilegiatæ in hoc , ut res suæ non posiint ex uenditione transferri fide habita de precio & tunc res est clara , quòd non potest,aut est procurator alterius,& tunc, aut habet causam limitatiuam quæ ex precio de præsenti est implenda,& non potest fidem habere de precio,ut d.§.si emptor.in l. a diuo pio.aut causam adiectam non habebat. Et tunc aut preciū non erat ei limitatum,& tunc potest,dummodo bonafide faciat, quia si generalis potest,ut supra dixi,debet posse & specialis,ut tantum operetur specialis in sua specie,quantum generalis in suo genere.arg l.quæ de tota.ff.de rei uend.Aut precium erat limitatum & tunc non potest pro illo precio uendere,& fidem de eo habere & est ratio,quia tunc uidetur minori precio uendere, quam habeat in mandatis.ut l.quod in diem.ff.de in diem adiec. & ff.ad l.fal. l. in leg.falc.placuit.& argumen.ff.solu.mat.l.si constante. §. quoties.Ista sunt uerba sua, & colorata,sed non uidentur sapida. Primo ratio huius ultimi locum non habet,quando ad soluendum daret dilationem.cuius interusurium haberet minuere precium & non haberet locum quando pro illo precio simpliciter uendidisset, & rē tradidisset,& recipiens ad domum portauit de eius uoluntate, promittens statim redire cum precio,& ei soluere , & postea nihil fecit.quo casu dicitur dominus transtulisse dominium , ut dixi in quæstione glossæ.similiter ratio Barto.locum non habet,nisi uendidisset precio maiori sibi limitato,& dilationem dedisset, cuius īterusurium non excesisset illud plus quo rem uēdidisset.Secūdo,ratio alterius præcedentis membri,quando precium non est limitatum nec causa ex precio implenda adiecta,non uidetur bona, qa inter generalem procuratorem,& specialem ratio uidetur multū diuersa Nam generalis non tenetur portare statim precium rerū venditarum ad dominum.imo & apud se tenere , & inuestire potest.d.l.cuicunq;.§.si ei.Specialis uero sic,ideo in mandato suo uidetur inesse continuo,ut pro præsenti pecunia uendat & fidem de ea non habeat.Ideo opi.Gui.& Cy.qui dicunt simpliciter specialem procuratorem fidem habere non posse de precio,uidetur tutior cogitandum tamen relinquo.Quæro modo,quę sunt personę ī predictis priuilegiatæ.Rñ.ipse,ꝙ ꝓcurator fisci.ut d.l. si procurator.ff.de iure fisci.minor.& eccl ut ibi nota.in glo. & asserit ꝙ ī eis est ratio,quia non possunt uendere,nisi ex cā,vt soluatur suis creditoribus.ut in authen.hoc ius porrectū.ǯ.de sacrosecl.& ǐ.de præ. mi.l.ob es.ǭ cām non implēt hñdo fidē de ꝑcio.ergo &c. ut dic.l. à diuo pio.§.si emptor.ff.de re iu.Et idē dicit ipse de executoribus vltimarū uoluntatū,qa si legata erant ad pias cās,& illa morā non recipiunt,quia liberationē animæ concernunt.& idē sup alijs legatis soluēdis,qa tunc cām annexā habent.ut d. §. si emptor. Et pro
5 hoc accedat,quod ibi no.gl.† Quæro in casibus,in quibus fides nō potest haberi de precio,an saltem contractus teneat , licèt dñium nō transferat.& vr̄,ꝙ teneat,qa prohibitio fidei de precio vr̄ facta solū circa translationē dñij,ut patet.in d.l.&procurator.ǯ.ubi cau. fi.l.cū vēdēte.vbi vr̄ casus.& vr̄ ēt de mēte gl.primæ ibi positæ. In ꝯrīū facit,qa in mādato inesse vr̄,uti ꝑsenti pecunia vēdat, ut dixi. Dicēdū vr̄,ꝙ si vēdat cū termino solutioni đ ꝑcio dato,tūc n̄ teneat ꝯct⁹,quasi sit ꝯ mādatū,aut uēdit purè,& simpl'r,& sic ꝓ pñti,licèt pecunia soluat postea,& tūc ꝯct⁹ tenet,licèt dñiū n̄ transferat.

ADDITIO.

a De precio.Vide Ang.consi.44.
† Adde,quòd Bal.in l.cum vendente.post gl. C.ubi causæ fisca.tenet, quòd non, Cy.hic & Bar.tenens oppositum.& Bar.in l.3.§.non tamen.ff. de instit. & in l.à diuo.§.sed si emptor.ff.de re iud.& ibi idem omnes,præsertim do. Ale.sequuntur & Bal.in l.eleganter.§.si vendiderit.ff.de pign.act. Pau.de Castr. in l. sinautē domini causa.de pac.in fi.& Io. An.in addi.ad Spe. ti.de pac.de quo dic , ut per Ro.dist.fin.suo 625.incip,constituo procuratorem meum. & per Guil. de Cu. in l.excepta.num.4.& quod ibi posui,in addi.ad ipsum. in uersiculo. potest habere fidem de precio.ff.per quas perso.no.acquir.

LEX XIII.

1 *Interdictum possessorium triplex est.*
2 *Possessorium retinendæ & petitorium nunquam simul intentantur.*
3 *Actio ad exhibendum & actio rei vendicationis simul intentari non possunt.*
4 *Actio ad exhibendum datur contra possidentem.*
5 *Possessorium retinendę an posit cum rei vendicatione proponi.*
6 *Interdictum retinendę an posit cum petitorio cumulari.& 7.8.*
9 *Petitorium si ab uno,& ab alio possessorium retinendæ proponatur,quod sit pręferendum.*
10 *Possessorium an petitorio præponendum.*
11 *Possessorium adipiscendæ uel recuperandæ,an posit cum petitorio cumulari.*
12 *Possessorium recuperandæ cum petitorio non proponitur.*
13 *Petitio principalis durat in petitorio,etiam restitutione facta ex possessorio.*
14 *Regula dolo facis,an habeat locum in possessorio.*
15 *Replicatio spoliationis exceptionem dominij in possessorio recuperandæ excludit.*
16 *Sententia absolutoria,quæ in possessorio fertur,an in petitorio præiudicare dicatur.*
17 *Sententia absolutoria in petitorio lata,an pręiudicet in possessorio.*
18 *Interdicto adipiscendæ,quando quis posit agere.*
19 *Interdicto retinendæ,quando quis agere posit.*

Ordinarij. Pro euidentia ꝑmitte,ꝙ hæc lex hēt duas lectur.principales,vna fuit Io.& Azo. ꝙ hæc l. loqueretur in omni possessorio tam retinendæ , quàm recuperandæ,vel adipiscendæ possessionis. & hanc incidenter ponit gl.ī uer. sed nūquid.Alia est lec.vt hæc l.intelligat in interdicto tm̄ retinendæ.& hæc verior,vt ex.ǐ.dicendis apparebit.Veruntamē hæc subdiuidit in duas.Vna est,ꝙ hincinde vicissim erat propositum possessorium retinendæ & petitorium.& hāc ponit prima gl.in princ. Alia est,ꝙ ab vno possessoriū erat propositum,& ab alio petitoriū hoc ponitur.in fi.gl.fi.Tertia potest addi,vt non vicissim, sed ab eo
1 dem tm̄ possessorium,& petitorium sit propositum. † Item præ-
a mitto,quod interdictum possessorium [a] est triplex, quia aliud adipiscendæ,aliud recuperandæ possessionis,aliud retinendæ, vt institu.de inter.§.sequens.Item, ꝙ possessorium retinendę competit, quando quis turbatur in possess.rei,& si est mobilis, ut hic erat,uocat interdictū vtrobi possidetis.vt ff.vtrobi.pos.l.j.§.j.Si immobilis vocat uti po.vt ff.vti pos.l.j.§.j.& §.hoc interdictū.& l.si duo.§ hoc Interdictum.Item præmitto,ꝙ ꝑ verbū exhibitio , hæc litera potest intelligi ꝙ fuerit intenata actio ad exhibendum , ut sentit gl. vel ꝙ iudex facit exhiberi ex officio,ne partes uenirent ad rixas.& ar.vt l.æquissimum aliàs est.l.si vsufr.leg.§. si inter duas ff. de usufru.& l.congruit.ff.de offi.prę to.His sic suppositis, cum uno constructo claudatur. eā nō diuido,sed casum summarium adaptabilē,ad omnē lec.& conclusiuum veritatis pono,uidelicet.Possessorium præfertur petitorio ei cōtrario, si de utroq; simul est qō.h.d. Pone casum in terminis in nube , & generaliter, vel vis specificè in interdicto retinendæ,& sic.Cum Titius turbaret me in possessione

ADDITIO.

a Quod interdictum possessorium. De materia possessorii vide etiam in Spec. in tit.de pe.& pos.per totum.&ibi Bal.in addi.& do.Bar.in l.naturaliter.& §.nihil commune ff.de acqui.pos.& in l.incerti.inf.de interd.& per Dy.& Ale.in cons. 76.secunda parte.& consi.110.1.parte.

stone mancipiorum meorum,ego feci eum citari ad iudicium & dixi q̃ño me in possessione mea turbabat.& ꝙ mancipia erãt mea, ita petebam declarari,& petebam rem restitui,& sibi mandari, vt à præsenti turbatione desisteret,& mancipia exhiberi petij. Ille vero comparens dixit,mancipia fore sua propria,& ipsum à me inquietatum,seu turbatum in possessione sua.Quæritur modo de remedio,& consilio in procedendo in possessorio, & petitorio. Respõd. iuriscõsultus,vt in lra.l.ꝙ exhibitis mãcipiis, prius examinãdũ est qs prior est,& sup possessorio pronũciãdũ,postea petitoriũ ab eodẽ iudice decidetur.No.primo,prout intelľr hic,quòd actio ad exhibẽdũ fuit intẽtata,ꝙ actio ad exhibẽdũ ita est præparatoria interdicti possessorij,sicut rei vẽdic.Itẽ ꝙ ꝑparatoriũ dẽt ꝓcedere id,ꝙ ꝑparatẽ in cognitione.cõcor.l.q de inofficiosi. cũ ibi no. in gl.ff. de in
2 offi.tes.Secundo,ꝙ possessoriũ retinẽdę,& petitoriũ nõ pñt simul proponi,seu cumulari,& hoc opatẽ ɔ̃rietas, & repugnãtia. Nã qui agit rei vẽ.dicit aduersariũ possidere,vt s̃.de alie.iu. mu. cau. fac.l.j. Et qui dicit se turbari,dicit,se possidere,vt l.j.& l. si duo. ff. vti pos. iõ cumulatio nõ admittitẽ,vt no.in d.l.edita.s̃.de edẽ. facit.l.j.inf.ď fur.Tertio no.ꝙ vbi de vtroq; simul est qõ,possessoriũ prius deciditur,rõ,huius est.qa nisi appareat,quis sit possessor,nescitẽ,qs petitor, cũ rei ven.cõtra possessorẽ debeat dirigi,& sic vt añcedens necessariũ oportet prius scire:iõ interrogationes sup possessorio sunt per missę,ut ff.eo.l.q petitorio.Quarto,quod apud eundẽ iudicẽ de v-
a troq; cognoscitẽ,[a] & huius puto rõnẽ, qa iudex ille iã cognouerat de possessione. Et sic in hoc petitorio non erit necesse aduersarii possessionẽ probare,cũ iã cõstat iudici , vt iudici,illũ possidere , & in hoc releuatur actor ꝙ no.Alia ẽt põt esse cã in themate nostro, quia petitoriũ iã fuerat corã eodẽ iudice propositũ. Et ex his not, ꝙ cõtinentia causæ nõ debet diuidi.Cõcor.l.nulli.supra de iu.Notabilib.sic collectis,attẽde,ꝙ ad cãm quã ego posui.s.i possessorio, & petitorio vicissim propositæ oppositiones.ĩ.habendę nõ hñt obstare ꝑter tertiã.Sed qa hæc.l.ꝑ doc.intelligitur ẽt qñ ab eodẽ tñ, & nõ vicissitudinariè vtrunq; proponitẽ:iõ post tertiã faciã aliàs op
3 positiones,q̃ istã lec.tñ concernũt.† Opp.i.& ab extra. ꝙ actio ad exhibendũ & rei ven.nõ pñt simul intentari,vt l.Celsus.§.pe.& vl. ff.de exhi.Sol.ꝙ aut quæritẽ de actione ad exhibendũ, quæ competit ad restituendũ,nõ debet aduersarius duplici iudicio,vel actione vexari ad idẽ,sed debet eligere,vt ff de tribu.l.ꝙ in hæredem.§.eligere.& de re.iur.l.nemo.§.quoties. Aut de ea, q̃ directo competit ad exhibendũ.Et tunc,aut de necessaria ,aut de utili & voluntaria. Primo casu simul nõ intentatur rõne i impossibilitatis. Nã rei vendicatio prius nõ est nata,vel saltẽ facultas intentandi, quã sit exhibita res illa,vt patet in gẽma alterius in annulo inclusa:nã reputatur vnũ corpus cũ annulo,ut ff.ad exhi.l.gẽma.Si tñ simul ꝓponerẽtur,ordine successiuo procedi posset,ut hic.Scđo casu.s. qñ ẽ vtilis.s.vt exhibeat testibus cognoscenda , & tũc põt vtraq; simul intentari,qa ad diuersa cõpetunt secũdũ Cy.nec locũ habẽt regulę impedientes cumulationẽ sed cõtra eũ facit iste tex. dũ dicit prius exhibitis.qa rñdit ipse, ꝙ facti accidentiã notat, non ministeriũ iuris,vel potes dicere,ꝙ possessoriũ cũ petitorio intentatũ,ꝙ impedit de petitorio cognosci,est illud,ꝙ hoc opatur.Dici ẽt posset, quòd hic fuerũt exhibita iudicis officio,ne veniant ad rixas,& ad arma ,
4 vt s̃.in euidentialibus dixi.† Opp.2.ab extra dr̃ hic , ꝙ agebat possessorio retinendæ:& sic se mancipia possidere dicebat,sed si sic,sequitur, ꝙ actio ad exhi.ei nõ cõpetebat,cum illa non possessori,sed contra possidentem detur, vt l.3.ff.ad exhib.& per totum , solutio quod turbationem,quã allegabat sibi fieri,dicebat ꝑp detentionẽ: quã alter habebat,nõ cuius ad exhibendũ agebat,vt dicit gl. in oppositione casus.Sed tũc & fortius op.si alter detinet,vt in suo libello fatetur actor:& reus citatus dicit,quòd imo possidet, & ab actore turbatẽ,& sequitẽ:ꝙ vnius assertione cõiũcta cũ alia reus citatus probatur verus possessor,cũ i casu nr̃o res mobilis fiat, cuius possessio perditur ẽt ab ignorante, cũ alius rẽ apprehendit animo possidendi,vt ff.de acqui.pos.l.rem quæ nobis.& l.si rẽ mobilẽ , & per ɔ̃ñs interdictũ retinendæ dño nõ põt cõpetere,vt no.gl.in d.l.rem quę nobis.Et est rõ,qa illud tenetẽ ꝑ possessorem, ut ĩ.vti pos.l.j.So. ꝙ ar.procedit in casu certi, quo constaret actorẽ non possidere, vt qa sic cõfitetur.sed in casu nostro ipse diffitetur aduersarium possidere,licèt fateatur illũ solũ detentionem asininam habere,& affirmat se possidere,& per illã detentationem turbari,vnde in hoc dubio loquitur.l.ista,iõ mancipijs exhibitis , quis verum dicat discu-
7 duobus.† Ego in alia forma distinctionem istam sic intelligo, aut isti diuersi emptores emerunt ab vno,aut à diuersis.si ab vno, & tunc aut tempore vtriusque venditionis ipse erat dominus,aut neutro tempore erat dominus,aut vno tempore erat dominus altero non,si vtroq; tempore erat dominus,tunc potior est,cui prius traditio facta est, ut hic, nisi prior emptor priuilegiatus esset, ut in ecclesia.vt l.fin.ṡ.de sacrosan.eccl. Si vero neutro tempore fuit dominus, & tunc potior est,cui prius res tradita est. vt d.§.si duobus.nec curatur precium,vel solutum,vel non.vt ṡ.dixi.Sinautem altero tempore fuit dominus; & tunc aut tempore prioris traditionis erat dominus,& tempore secundæ non erat dominus, quia iam dederat,nec dominium recuperauerat,& tunc adhuc præfertur cui prius facta fuit traditio,quia directa rei vend. præfertur publicianæ.ff.eod.l.si a Titio.& de publ.l.pen.in fin.aut econtra tēpore prioris traditionis non erat dominus,tempore secundæ erat dominus,& tunc dicit glo.quod is cui prius res tradita fuit præfertur, siue possideat,siue non.vt ff.eo.l.si a Titio.& ff.de execu. rei iud.l.si a Titio.Ex quo dicit gloss. quòd casus iste est mirabilis, quia publiciana præfertur directæ, quæ mirabilitas secundum quosdam esset,si publiciana in suis terminis staret,sed cum venditor efficiatur postea dominus,publiciana transmutatur in rei uendic. propter superuenientiam dominij in persona actoris sui, & hæc debent probari.ff.de doli.except.l.apud Celsum.§. si Titio. in fi.ibi dum dicit ac per hoc intelligeretur eum fundum rursus vēdidisse &c. sed sto cum gl.tam per illum tex. quàm per l.si a Titio.ff. de excep. rei iud. in quibus dicitur publicianā contra actorem dominum factū priori emptori competere.Non obst.tex.in d.l.apud Celsum.§.si a Titio.quia ibi loquitur respectu effectus. Secundo casu,quando a diuersis emerunt, & tunc glo. facit duo membra. Ego facio tria pro lucidanda materia,& distinctione ista,videlicet,aut neuter vēdentium erat dominus,aut alter tantum. Si neuter, & tunc aut illi habentur loco vnius.quod declara per exempla, vt ibi per glos. & tunc idem est,acsi quando ab vno emerunt, quo casu dic, vt ṡ. dixi.aut non habentur loco vnius, & tunc contra tertium potior est is,cui prius res tradita est.vt d.§.si duobus.in princi. sed inter se potior est possessor: licet prius alteri res tradita fuerit, vt eodem §. quod si aduersus. de pign.l.quòd si debitor.& secundum prædicta debet intelligi.l.sed ea res.§.fin.ff.de act.empt.ut ibi no. licet prima facie videatur ꝯtrariari, aut vterque erat dominus: & tunc quia seruus non potuisset esse insolidum dominus, nisi primus dixisset,tūc potior est cui secundus dominus tradidit, nisi ponamus, quod vnus habuerit dominium directum, alter vtile, quia tunc in suo quilibet potior esset. Sinautem alter tantum erat dominus, tunc is qui

ADDITIONES.

a Cum solo titulo transferatur dominium, Adde de hoc per Bal.in l.ut inter diuinum.per ista allegata & in l.siue autem.§.si duobus.ff.de publi.

b Vnum tamen non omitto.quod hic dicit Odofre,Adde ꝙ istud dictum est multum solenne & notabile,& quod secundum Bald.in rubrica,inf.de reuo.his,q̄ in frau.credi.circa prin.potest induci ad cautelam,ꝙ primus emptor præferatur secundo,licet per traditionem rei fuerit in eum translatum illius dominiū propter fraudem,quam committit, emendo rem quam sciret alteri uēditā,qa illā rem ab eo reuocaret per act.prætoriam competentem ad reuocandū alienata in fraudem,ita etiam no.hic ad oculum Albe.de Rosa, & do.meus. Iason May.qui allegat tex.cum ibi no.in l.si ea res.§.fi.ff.de act.emp.idem do.Ia.in l. ut inter diuinum,co.9,ver.item,adde,ꝙ si aliquis.sup. de sac.san.eccl.ubi dicit hanc esse elegantem decisionem & menti tenendam &hæc adde ad ea quę addidi ad primam aposti.huius.l.

c Quis succedat in regno.Vide de hoc quæsito Bal.in l.eam quam,de fideicom. & in l.i.nu.17.& quod ibi posui in apost.ad ipsum.sup.de sum.tri.Ang.& Pau.de Ca.in l.gallus.§.& quid si tantum.in fi.ff.de li.& posth.Ia.de Bel.in aut.qui.mo. natu.effi.sui.§.tribus.Imo. in c.si alienum.§.in extraneis.& in l.his uerbis.§.interdum.per Ang.ff.de her.inst.& in c.incip.nobilis quidam Ioan. An.in re.sine culpa,ubi communiter tenetur opi.hic posita.& Anto.de But.in c. tanta,extra, qui filii sint legi.

is qui emit a dño,& cui facta fuit traditio potior est eo,qui emit à non domino,licèt ei facta fuerit traditio.vt l.pe. & fi.ff.de publ. vt d.l.sed si res.§.fi.in fi.nisi non dominus habuisset causam uendēdi à non domino,vt ff.de diuer.& temp.pręsc l.de accessio.§.fi.

Si in area. Aedificatum in cōi area commune efficiť, nisi inde impensæ ędificanti restituantur, vendicās exceptione doli repelliť.h.d.De ista materia plenè scripsi.ṡ.e.l.domum.vnde dic,vt ibi,& vide etiam in l.ex duobus.& quod ibi no. ff.de reg.iur.

LEX XVII.

1 *Denunciatio legitima malæ fidei facit emptorem,& possessorem.& nu.3.*
2 *Possessor malæfidei ad fructus perceptos tenetur.*
3 *Denuncianti non credens, an nihilominus sit in mala fide.& nu.4.*
5 *Possessor malæ fidei, an propter titulum a percipiendis excusetur.*

Si fundum. Si dominus rei denūciauit emptori,ne rem suā emat,facit eū malæ fidei, & de fructibꝰ, teneri.h.d.Primo dictū.Scdo eius effectū. Scda ibi: tam fundum.
1 † No.ꝙ denunciatio ltima cōstituit quē in mala fide,tam in emē
2 do,vt in prima pte,quàm in possidendo,vt in secunda parte. †No.
a secundo,ꝙ malæ fidei possessor tenetur de fructibus perceptis. a sed an excusetur pp titulum à percipiendis. sentit glo.ꝙ sic.& dicit hic esse casum,ꝙ no.sed ī.diceť.Item not.quod denūciationes non sunt spernendę.Opp.j.cum gloss. de l.2.ff. quod fal.tu.au.ubi subuenitur ei,q denūciationi nō credit.Sol.ꝙ ibi tutor falsus erat in dolo,& q denūciationi non credit,sed fuit in culpa,& sic dolus tutoris ꝑpōderat culpæ ꝯhētis.l.item si obstetrix. & l.si putator.ff. ad l.aquil.& hoc vult gl.Sed hæc so.non placuit Dyn.qa q̄tum ad restōnem cōcedendam ex illo edicto dolus tutoris non reqritur. vt l.j.§.item Pomponius.& ibi no.in eo.ti.quare dicit ipse,ꝙ in ꝯtrario actor certabat de damno vitando,& pupillus ꝯ quem restitutio petebatur,de lucro captando,hic vero vterq; de damno.vnde deterior est conditio eius,q denunciationi non credidit,qa in culpa fuit,q̄ eius qui denūciauit,qa culpa caret.sed hæc sol.non videtur tuta:quia hic,& ibi ignoranti subuenitur, & scienti non subuenitur nec ibi.& sic traditio de dāno,vel lucro non est illa, quę operatur,sed sciētia,vel ignorātia.Et restat solū videre, quare hæc denūciatio faciat istū haberi ꝑ ma.fi. & quasi sciente.& nō ibi,& sol.gl.magis est ad ꝓpositum,scilicet quòd hic est in culpa,ita.& ibi.Sed dolus tutoris ibi ꝑponderat illius culpæ,tamen,qa nō semper ibi dolus exigitur,ideo hoc nō placet.Item,qa tex.ibi dicit ex bona fide non credidit. Vñ ꝑ solōne pōdero.ista verba ex bona fide, & dico quod ibi ex bona fide non credidit,quia nihil aliud denunciādo,erat ei ostens.q̄ verba, & non eratis cuius interesset: qnimo ille,vt tutor fortè cætera administrabat. vel alij oppositū, ei dicebāt.hic non est bona fides, quia denunciator pro suo interesse ei denunciabat, dicēs fundū suū esse.vt hic colligitur in principio:& pondera singula verba,hic posita.Et primo illa uerba,fundum vestrum,ꝑ q̄ datur intelligi,ꝙ denunciatores dicebant fundum suum esse.Et sic id, quod scire verisilr dicebant,denunciabant.Scdo ille verba,per denūciationē admonentibus. Nā cum admonere sit instruere,& maximè cum hic adiungiť illud uerbū, ꝑ denunciationē.dať intelligi,ꝙ denunciatores per testes, uel instrumenta ius suum probantia monstrabant seu monstraturos se offerebant.Item tertio pondera illa uerba,uolentē ad emptionē accedere,ex quibus colligo,ꝙ ante eius perfectionem denunciatio sibi facta fuit, cum ergo hoc spreuerit,haberetur pro sciente, vel scire debente.argum.l.quod te.in fi.ff. si cer. peta.iō hic,no.bene,ꝙ colligitur,ꝙ non ex bona fide non credidit: sed exhalantia quadam, vt quotidie in multis uidemus.Est ergo solutio,quod ibi ex bona fide non credidit.hic ex mala.uel exhalātia quadam.Oppo.2.cum gl.de l.si maior.ī. de rescin. ven.glo. non soluit hic, sed ibi,s.ꝙ ibi denunciator non habebat ius denunciandi, hic sic.Et eodem modo Rñ.ad l.tutor.ff.de mi.Opp.3.cum gloss.de l.si alienam.ff.de usuca.pro emp.So.ibi serotina fuit denunciatio,qa post impletum contractum.Oppo.4 extra glo.de l.si quis inficiatus.in prin.ff.de pos.ibi habebat ius denunciandi,& tñ ei credere nō tenetur.Sol.ibi denunciauit nomine alieno,vnde fidem debet habe
3 re de mandato,hic proprio. † Quæro modo cum gl.quid si in casu huius l.ei non credidit,dicens denuncianti,non credo tibi.Rñ. gl.quod nihilominus habetur pro mala fide per l.istam & ff. si qd in frau.cre.l.ait prętor.§.si quis particeps. quod puto uerum,qa,vt dixi in solu.primi contrarij,hic denunciabat causa adiecta,qa res, erat sua,per quod patebat ꝙ ius denunciandi pro suo interesse habebat,si ita erat.debuit ergo aliqualem informationem ab eo petere,nō alias ei creditur,uel in hoc dubio à ꝯctu se abstinere. ubi autem causam denunciandi non dixisset,siue implicitè,siue explicitè,puta si dixisset simplr,ego denuncio ne emas,tunc non sufficeret.qa nihil sufficiens allegaretur propter quod desistere debe
4 ret,arg.l.j.in prin.ff.de eden.† Conclude ergo secundum Dyn. & Cy.prædicta sic,aut sciebat emptor,ꝙ ille habebat ius denunciandi,& efficitur malæfidei.aut sciebat illum non habere ius denunciandi,& tunc non efficitur malæ fidei.aut erat ei dubium,& tūc debeat abstinere.Et hoc ultimum subdiuido,aut denunciatus nō habebat causam secum annexam,uel habebat minus legitimam & tunc non efficitur malæfidei,vt hic à causa cessante.& d.§.si qs particeps.& arg.d.l.j.ff.de edē.aut habebat cām legitimam annexam,& tunc aut denunciatus petijt à denūciāte aliqualem informationem quam illam verbalem, ꝑ quam suspicari posset,ꝙ denunciator verum diceret,aliàs ei non crediturus, & tunc puto,qđ non efficiatur malæ fidei, si ille neglexit eum informare, & hoc ne detur occasio faciendi quem desistere à contractu,ut alius emat seu in emendo præueniat,aut hoc non petijt.& tunc abstinere se debet,aliàs malæfidei possessor efficitur,ut hic cum similibus
5 † Quæro cum gl.non est dubium,ꝙ malæ fidei possessor tenetur,
b de perceptis,& percipiendis b,sed an propter titulum excusetur à percipiendis.Rñ.gl.ꝙ sic,per istum text.qui solum de perceptis dicit,ideo ipse excusatur à percipiendis, & quia leges aliquæ uidebantur contradicere.dicit glo. ꝙ in illis casibus est speciale. Sed Pe.hic,& Cy.tam hic,quam.ī.eo.l.certum. in distinctione sua dicit,ꝙ titulus non excusat à percipiendis, quia ad illos tenetur malæfidei possessor ratione culpæ,& negligentię, à qua non excusať propter titulum,ex quo scit rem alienam, & ideo dicit, quòd leges hic allega.per gl.sunt fundatæ super regula, & non super spālitate,& ad hanc.l.Respon.ꝙ non prohibet de percipiendis eum teneri,& sic ſm aliàs.ll.debet intelligi, ut in fi. dicunt docto.ī.tit.j.l. si pater,hanc partem tenui.ṡ.eo.l.domum.in 6.op. & ibi alias.ll.allegaui.& tanto fortius hæc lex non uidetur mihi obstare,quando in ipso titulo quęrendo dř malam fidem habuisse.Iō dicit hic litera non ratione operauit, & sic in titulo, & possessione mala fides dicitur interuenisse. Sal.

ADDITIONES.

a Perceptis.Ita tenet etiam Pa.de Ca.in consi.157.ꝙ incipit in Christi nomine amen,q. ista uertitur,&c.alle.hunc tex.iuncta gl.

b Et percipiendis.Vt l.fructus & l.ex.diuerso.ff.e.& sup.e.l.domū.§.i.& c.grauis. extra.de rest.spo.ꝙ ē verum,nisi loquimur de fructibus,quos potuisset percipere ex fundo ꝑꝑ meliorationē à se factam,casus sing.in l.cæterum.§.j.ubi in parte tamē desiderabit.ff.e.quem ad h.d.Ro.eē singularem in suis singularibus lin. 335.inci.malæ fidei possessor tenetur.

LEX XVIII.

Re tua. Ignorans non confirmat, vel approbat, quæro de exemplis dic,vt glo.Saly.

LEX XIX.

1 *Dominium quibus probetur indiciis.*
2 *Dominus, an probetur possessione probata.*
3 *Dominium, an possit per famam probari.*

Indicia. Primo præmittit unum dictum. Secundo decidit
1 quæsitum:secunda ibi quo iure.Casus.† Dominiū probatur etiam per indicia.hoc dicit. Vel regulariter non minus probant testes,quam instrumenta.hoc dicit. Et ad hoc op.j. gloss. de l. pactum.supra de pac.sed fallit in illis casibus.Quæro de quibus indicijs loquatur hic. Respon. quòd glo.intelligit de indicio, quod veram probationem faciat, sed aliter quam per scripturam. Sed Iacob.de Are.dicit,quòd hoc uerbum, indicium.non ita plenam probationem requirit,ut glo. sentit. Ideo ponit exemplum, puta.Titius vendidit mihi fundum,volo probare traditionem, ad quam probandam induco testes,quomodo Titio sciente,& patiēte fui in possessione illius fundi,seu possessi,& dubitatur,an dicitur probasse traditionem, & dicit ipse quod sic, tanquàm per indi-
a cium, a quod sufficit, vt hic,& sic traditione probata ego ex titulo,& traditione probo contra eundem dominium,uel cōtra alios quasi dominium,& sic publicianam,& ad prædicta allegat.ī. de acq pos.l.2.& ff.eod.l.quidā.& ff.de acq.pos.l.ex stipula. & l. clam possidere.facit.ff.si serui.uendi.l.si à te. & procedunt prædicta, siue possessio ꝑcedat titulum,quia ex titulo præsumitur causa possessionis mutata,vt no.ī.de acq.poss.l. cum nemo.siue sequatur titulum,etiam si tunc non erat penes venditorem. Nam uidetur ipse mihi concedere,à quocunque illam recuperem,uel auocem.vt.ff. eod l.vt hęc si res.Ideo sequens possessio præsumitur ex anteriori titu.nisi probetur,quòd ex alio.vt plenius no.Bar.in l.cum solus.ff. de vsuc. Item ponit Iac.aliud exemplum, puta si soluo tibi pensionem pro aliquo fundo.indicium est,quòd a te habeam,& ꝙ ꝓprietas tua sit ut l.litibus.ī.de agri.& censi.li.11. Et sic nota.quod ex sol.census,seu ex perceptione cēsus præsumitur quis dominus. Et pro hoc accedat no.gl.4.in fi.in l.quidam in suo.ff. de condi.in-
2 stitu.† Quæro, an ex probatione possessionis probetur præsum-
b ptiuè,& sic per indicium,quod quis sit dominus. b Et uide glo.in d.l.quidam.quę dicit ꝙ non,& idem no.in l.2.& in l.cum res. de proba Sed videtur contrarium notari.ī.ne vxo.pro ma.l.2.& đ pri
3 ui.fi.l.j.Ego dicam in d.l.cum res.Bar.in d.l.cum quidam.† Quęri etiam pōt,an dominium probetur ꝑ publicā uocē, & famam, & quædam gl.in l.atqui uero §.cum me ff.de ne.gest.sentit ꝙ sic, & idem sentit in l.proprietati.ī.de probati.& ibi dicam, & uide qđ no.Bar.in l.Celsus.in 2.op.in fi.ff de vsuca.

ADDITIONES.

a Per indicium.Adde Soc.consi.89.inc.in cā agitata.uer.1.sup.de rei uen.ī 1.parte. char.150.& cōsi.187.inci.in controuersia,quæ uertitur,uer.ius aūt exigendi,in 2.parte.c.vbi hoc idem alle.& tenet.

b Quòd qs sit dominus.Ego dico per possessionem simplicem non probatur, nec etiam si probetur,ꝙ possidebat,& utebatur,ut dominus.Ita no.plenè no.Pa.de Cast.consi.330.secundum antiquum numerum.

LEX XX.

1 *Seruus legitimam standi in iudicio personam non habet.*

1 Non seruum. Seruus licèt rē teneat,rei vēd. nō ꝯuenit.h.d.No.† ꝙ seruus ñ hēt ltimã psonã stādi in iudicio ciuili,fallit in casib.notatis in l.ius certum. ff. de iud.itē dicit gl.ꝙ aliud ĩ criminalibus. vbi corporaliter ueniret puniendus,vt ff.de accu.l.hos accusare.§.omnibus.Sinautem pecuniariter,uide quod scri.ĵ.de accu.l.2.

LEX XXI.

Possidentibus. Contra conuictum cōtumaciter nō restituentē iuratĩ in litē.h.d.No.qđ in rei ven.iuratur in litem.Op.ꝙ manu militari auferatur.vt ff.eod.l qui restituere.So.vt in gl.& in contrario.

LEX XXII.

1 *Fructus quidam naturales sunt,& quidam industriales.*
2 *Fructus alii pendentes,alii non pendentes,& istorum quidam percepti,& quidam percipiendi.*
3 *Possessor bonæfidei quos fructus lucretur,& quos restituere teneatur.*
4 *Possessor malæ fidei quos teneatur fructus refundere.*
5 *Possessor respectu unius,& eiusdem possessionis si quandoq; est bonæfidei, & quandoque malæ, in teneatur fructus restituere.*

1 Certum. Tria dicta ponit.vt in litera clarè dř.† Et ꝓ euidētia & declaratione materię pmitto, ꝙ fructuū alij sũt naturales,alij industriales.Naturales sunt, in quibus plurimū natura opaĩ,nō industria,vt in pomis,piris,& similib.Industria
a les.ª sunt,in quib.plus operatur industria,quam natura,vt segetes. nã in his plurimū industria opaĩ,qa terrã colere,seminaria facere,aquarū discursoria,& postea ipsam seminare, & seminatū cooperire,postea herbas non bonas succidere,& idē dicimus ĩ vuis et vino.Nam vinea putaĩ,postea ligaĩ,deinde ligonizatur,& alia successiue vnicuique no.fiūt.Itē in oliua, nam purificatur.vt l si eius. ff.eo.Nec oleū,fit sine magna īdustria.& ꝙ ambo sint īdustriales, ꝓbaĩ,qa si eēnt naturales nō efficerentur bo.fid.possessoris.vt ff.de vsur.l.fructibus.& inf.dicetur,& tñ statim collecti efficiūtur bo.fi. pos.vt d.l.si eius.& vbi eēt dubium.Cy.quod recurriē ad iudicis of-
2 ficiū,& hęc ē prima diuisio fructuū.† Scđa diuisio est,ꝙ fructuum alij sunt pendentes,& isti pars rei censentur,& in eadem vendicatione,veniunt.vt ff eo.l.fructus pendentes ff.de act emp.l.Iulia.§.si fructus.alii non pendentes.& isti subdiuidūtur, qa alii pcepti , alij percipiendi.id est,qui percipi potuerunt ex re, uel eius occasione, sed non sunt percepti,sed potius neglecti, uel pro neglectis habiti. Perceptorum quidam sunt cōsumpti,& quidam non consũpti,et isti non consumpti extanteshic appellātur,& istorū perceptorum & extantiū qñq; aliq sunt in horreis reconditi, aliqui sunt tantū à solo separati,sed nōdum reconditi,vt videmus quotidie in segetibus fieri,quæ primo secātur,postea in vnum recolligūtur,& postea triturātur,& triturata successiuè in horreis recipiūtur, & sic de simili.Alia est diuisio possessorū,qa aliqui continuo bo.fid.& aliqui ma.fi.alij aliquo tpe bo.fi.& aliquo ma.fi.itē alij cum ti.alij sine ti.
3 † Quæro igitur.1.in bo.fid.pos.quos fructus lucrentur,& quos teneantur restituere,& quo iure,& dic qđ de pendentib.nō ē dubiū qa eadē rei ven.restituit, qua & ipsam rem.vt d.l. fructus pēdētes. de percipiendis vero dic,aut sunt naturales,aut sunt industriales, si naturaes,tūc qa bo.fi.pos.ēt cū ti.illos non lucraĩ.vt ff de vsur.l. fructus,sequitur,ꝙ si illi extant illos rei uen.restituere teneĩ.Si uero sũt cōsumpti, tūc si ex cōsūptione factus ē locupletior, qa uel pciū hēt,vel tātūdē de suo fuisset erogatus,tūc cōdōne sine cā ad id ĩ quo ē locupletior tñ.vt l.si me.& Titiū.& l.si eū seruū.ff.si cer. pe.vbi āt ñ sit factus locupletior, tūc qa nec dolo nec culpa desijt, possidere,ñ teneĩ.Sinãt sũt īdustriales,tūc aut possidet ti.& tūc indubitāter bo.fid.po.illos facit suos,cū à solo sũt separati.ut inst.de re.di.§.si qs à ñ dño.& ff.de acqr.re do.l.bō.fi.& ff.de vsur.l.q iit.§. q ĩ alieno.Sed si sine tit.possidet, tūc magis dubitari posset. tñ ſm gl.& cōiter do.idē ē,ꝙ in pcedēti,p dictū.§.ĩ alieno.ĩ fi.& qb.mo. vsusf.amit.l.vsufructuarius.ĩ fi.& ff.e.l.si eius,licèt āt bo.fi.pos.suos faciat,tñ iudicis officio illos si extāt restituere teneĩ,vt hic.2.rñ.nō rei ven.qa sui sũt,& ita supple hãc lřam. Sed vnū attēde notāter, qa alibi dicit gl.ꝙ id ꝙ dixi đ iudi.offō,hēt locū,nisi ei sit pscriptū vel vsucaptū,ita no.ĩ l.sequr.§.fructus.ff.de vsu.& ibi casus,ſm illã lecturã,& hæc in extātibus. Cōsumptos vero lucratur, nisi in duob.casib.quos hēs.ff.e.l.emptor. & l.sumptus. & hic in glo.hoc in simplici bo.fi.po.In fructuario vero dico eū lucrari pceptos,sed
4 qñ dicātur pcepti,variarūt gl.vt dicã.ĵ.ti.i.l.si pr̃.† Quęro.2. qd de ma.fi.pos.ēt à prin.dic,aut qriĩ de naturalib.& dic,vt in pcedēti,eo addito,ꝙ de ꝯsũptis teneĩ,ēt si ñ sit locupletior,qa tūc ma.fide & sic culpa desiit possidere.ergo &c.vt l.si culpa.ff.de rei uen. aut qritur in industrialib.& tūc dic,aut qritur de pceptis,aut de pcipiēdis si de pceptis,aut extāt,aut cōsūpti sunt,si extāt,tūc qa ma.fi.nō facit illos suos,ꝓpria rei vē.pro illis teneĩ,vt hic in prin.& ĵ.de cōdi. ex le.l.mala fide.si cōsumpti sũt, tūc fuerūt opi.qa dixerūt qdã,ꝙ si cū ti.possidebat,de cōsūptis nō teneaĩ. si sine ti.teneaĩ.vt hic. in j.gl.no.Alij,vt Hug.vt vtroq; casu teneaĩ,& hoc teneĩ p gl. ff.eo.l. ex diuerso.& cōiter p doc.qa vtroq; casu subest rō ma.fid.in hoc, opaĩ,& qa hæc l.& d.l.ma.fi.cū si.loquūtur indistinctè.sed qua actione tūc teneātur.dic ꝯdōne,sine cā,vel ex iusta cā.vt d.l. ma.fi. & ĵ.de cri.expil.hær.l.aduersus.ĩ fi.ac ēt in alijs actionib. de qb. p gl.ĩ d.l.ma.fi.de pcipiēdis vero,q tñ honestè pcipi potuerūt,teneĩ officio iudicis.vt ff e.l.si nauis.§.fi.& inst.de off.iu.§.itē illorū. Sed hic dubium est,an hæc verba intelligantur de pcipiendis à dño,
b an vero ēt à possessore.ᵇ licèt de hoc remitto ad ea,q̃ dixi.ĩ l.domū.s̃.e.Item hic insurgit aliud dubiū,an titulus excuset eū à perci
5 piendis,de quo vide gl.& ꝙ ibi dixi.s̃.e.l.si fundum.† Quæro nūc
c 3.ᶜ quid de eo,qui in aliquo tpe fuit bo.fi.& aliquo tpe malęfidei, aut cōtra Primo casu de fructibus pceptis ante superuenientiam malæ fidei,dic,vt.s̃.in bo.fi.dixi,de pceptis postea dic, aut illa bo. fi.habuit cū ti.& tūc mala fides superueniens verè,qa scientiã habuit rei alienæ,verè,vel interpretatiuè p li. cōte. nō impedit,quominus fructus postea pceptos faciat suos,vt ff. de vsur.l.qui scit.§.bo. fi.vbi casus,illos tñ iudicis officio de euicto teneĩ restituere.vt in e. ti.l.euictis.& hic in fi.& ita dēt intelligi.l.bo.fi.& §.in cōtrarium,et ff.de acqui.re.do.vt no.in d.l.qui scit.& §.bo.fi.in vlt.Sol. quã cōiter sequuntur doc.Et intelligo,qđ restituere tenetur postea perceptos tam extātes q̃ consumptos,propter hanc literam in fi.q̃ dicit, vniuersos.Aut bonã fi.q̃ habuit a prin.habuit absq; ti.tūc licèt iste casus non probeĩ clare per tex.tñ uideĩ distinguendum, aut mala fides supuenit verè ex scientia rei alienæ,& tunc vř,ꝙ ab illo tpe in antea ñ facit fructus suos,ꝓ anteriori tpe dic,vt s̃.ĩ bonæ.fi.pos. dixi.pro sequenti,dic,vt dixi in ma.fi.Sed vbi malè fidei efficereĩ per li.cōte.tunc,an suos faciat dubito,pp ti.quē non hēt. vñ uidetur,ꝙ suos non faciat,ut in pcedenti. In oppositū me mouet rō: quia non debuit ius suū indiscussum dimittere.Nec hic litis ꝯtest. facit eū verè habere sciētiã rei alienæ.uñ non debet esse tātæ potentiæ,quantæ ē supueniēs scientia rei alie.ar.l.prout quisq; ff.de so.cum si.tñ qcqd sit,teneĩ eos restituere,vt hic in fi.Secundo uero casu,qñ ecōtra a prin.fuit ma.fi.postea bo.fid.ꝙ ꝓ tpe quo fuit ma.fi.dic,vt s̃.in malæ fidei dixi.& pro alio tēpore quo fuit bo.fid. dic,vt in bonæ fi.dixi.ar.l.qui de te.ff.de rei ven.cum si.

ADDITIO.

a Industriales.Qui dicuntur fructus industriales,vide per d.Soc.in consi.an fruct.ª Bar.in l.ex diuerso.de rei uend.& ibi Ale.in suo consi.qō talis est. Titius hēns, vxorem &c.& Bal.in l.ancillæ.4.co.inf.de fur.ibi dicit de lignis oliua,& vuis. & per l.si eius.ff.de rei ven.& Cy.hic post.gl.in c.grauis.de rest.spo.sed quid de fructibus ex nemoribus,& pascuis perceptis,an dicātur naturales,vel industriales.vide per præfa.d.So.conf.251.inci.quoniam in præsenti cōsul.uer.superest postremo.cum uer.seq.in 2 parte.

b An uero etiam à possessore.Tu uide de hoc ultra no.in alle.l.domum.sup.e.Bar. in l.apud Iulianum.§.i in fi.quod ibi posui.in addi.ad ipsum.in uersic.solet.post Ale.ff.de le.i.Bal.in l.secunda.inf.de pig.act.Bar.in l.creditor.ubi plene eo.ti.de hoc dixi post col.in c.grauis.in fi.in apost.in uer.sub.incertitudine. extra.de resti.spo.

c Quæro nunc.3.Tu uide de hoc,an & econtra an malæ fidei possessor a pricipio, qui ex postfacto est factus bonæ fidei,sit pro rata temporis malæ fidei,& bonę fidei iudicandus.Bar.in l.ex diuerso.ff.eo.qui non decidit secundum cano.in c. grauis.ubi per Anto.& Inno.extra.de rest.spo.de quo per Bar.Soc.in suo tract. fallen.reg.205.

LEX XXIII.

Si mancipium. Emptor rei non restituit preciū in utilitatem vendicantis non ꝯuersum.h.d.De hoc dixi.s̃.eo.l.j.

LEX XXIIII.

1 *Restitutio datur absenti aduersus usucapionem.*
2 *Prescriptio sine titulo quandoque procedit.*
3 *Titulus punitiuus non inducit usucapionem.*
4 *Error iustus in titulo quando ad vsucapionem sufficiat.& nu.5.& 6.*
7 *Error iustus,quando pro titulo sufficienti habeatur.*

a Nullo.ª Sine titulo nō procedit usucapio seu lon.tem.prę. quæ rē vēdicātē excludit,h.d.No.duo,q̃ sũt in.sum-
1 mario.Itē tertio,ꝙ ꝯ captū ab hostibus ꝓcedit pscriptio.† Itē.4 ꝙ restō in integrū ē necessaria absēti,cuius res sũt vsucaptę, vř pscriptę.Itē.5.ꝙ dñium priori dño ꝯseruaĩ,qñ nouo possessori ñ acq-
b riĩ.Itē pōdera,ꝙ hic vř casus, ꝙ p ps.lon.tem. qriĩ directū dñiū ᵇ cuius ꝯriū tenet gl.ut scripsi in l.in tradōnibus.s̃.de pa.Sed dic,ꝙ verbū,integrū,hic positū tollit ꝯ.Nã p pscriptionē integrã ñ ma-
2 net directa,qa elidiĩ p vsucapionē,vtilis,q̃ acqriĩ pscribēti.† Op.ꝙ sine iusto titulo,imo ēt qñq; sine vllo ti.ꝓcedit pscriptio. vt ff. pro em.l.intestatæ.& l.ꝙ vulg.ff.ꝓ legato.So. ꝙ sine iusto ti.ñ ꝓcedit, vt hic,fallit,qñ iusta cā interuenit p quã ti.iustū se hēre putauit.vt in ꝯrijs,tūc n.iustus error facit ĩ vsucapiēdo, illū titulū putatiuū, hēri ꝓ vero,vt ple.no.ff.de vsu.l.celsus.Op.2.ꝙ ēt cū iusto ti.nō ꝓcedat vsucapio,nisi interueniat traditio facta eo noīe.vt.ff.de publi.l.eū q.§ si.So.vt hęc ītelligaĩ ſm illã,videlicet ēt,ꝙ traditio dēt interuenisse.vt ibi,vel iustissimus error circa tradōnē. vt no.in d.l. Celsus,qđ probaĩ ĩ e.ti.iusto. §.filius.ĩ fi. & ibi ēt gl.verūtñ,licèt in alijs ti.sufficiat iusta cā erroris tñ ĩ ti.emptoris iustissima cā exigiĩ
3 tradōnis, ut no.in d.l.celsus.† Oppo.3.ꝙ ti.putatiuus à iusto errore causatus,etiam sequuta uera traditione,non sufficiat ad vsucapionem,

ADDITIONES.

a Nullo.Adde do.Socy.consi.47.incip.in præsenti consulta.uer.circa.2.dubitatio. in 1.parte char.89.

b † Queritur directum dominium.Ego dixi de huius dicti ueritate post istum,in l. aduersus,nu.3.uer.si oppono,ab extra in apostil.in uersiculo quæratur præscriptori utile.sup.eo.

nen.vt l.cum solus.ff.de vsuca.Sol.quod pdicta,pcedunt, qñ tit.& traditio ꝓcedunt ab eodē nō qñ titulus ab vno,& traditio ab alio ſm Bar.Sed hæc sol.est dubia,cum hřs,& defunctus cēseanĩ eēdē psonæ.Ideo alij dicunt,ꝙ pdicta ꝓcedunt in ti. potentialiter ꝓducibili ab eo à quo fit traditio.non enim potest facere quis aliquem
4 hřdē defuncto.† Op.4.ꝙ iustus error in ti.& traditio nō sufficiant ad vsucapionē,vñ videntur obstare q̃ no.in l.nunq̃.§.fi.ff. de vsuca. So.ꝙ tunc sufficiunt,qñ tradens, & recipiens conueniūt in eo.ti. secus si recipiens putet ex vno,& tradens ex alio,vt in gl.d.§.fin.ꝓ
5 qua facit.ff.si cer.pe.l.si ego.† Opp.5.ꝙ si sit iustus error in ti.licèt sit facta traditio ex eo.ti.nō ꝓcedat vsucapio,ut in tex.d.l.nūq̃.§.fi. So.ꝙ tunc iustus error habeaĩ ꝓ ti.qñ nullus alius ti.verus interuenit.Nã tūc ex illo putatiuo,in quo ꝯueniūt,vsucapiĩ,vt d.l. Celsus. secus si alius verus titulus,ex quo fieri dēt traditio,interuenerat,q tunc ex putatiuo non vsucapiĩ,et veritas præualet opinioni, ut in
6 ꝯrio ſm Iac.de are.† Opp 6.quod iustus error ĩ titu. & sequuta traditio nō profit quo ad vsucapionē,vt l.nemo.ff.ꝓ le.So.ꝙ pdicta ĩ psona tali in qua si ti.eēt verus,& tradēs eēt dñs, dñium in eū trãsferreĩ seu transferri posset,secus si tūc in eū trãsferri non posset,qa incapax eēt.nã tūc ex ti.putatiuo non vsucaperet,qa nec ex vero, vt in ꝯrio.Et iō dicit ibi glo.& notabiliter,ꝙ si pater legauit rē aliq̃ filio,qa putat iusto errore esse ltimū,& verè ē incestuosus, ita, ꝙ à patre capere nō pt.vt.ff.de vul.& pu.l.si is q.& ĵ. de incest. nup.l.q ꝯ.& l.si qs incest.& in Auth.qui.mo.na.effi.sui.§.pe. ꝙ rē illã ñ po
7 terat vsucapere nec lon.tem.pscribere.qđ no.† Colligamus mō pdicta ꝯria,& eorū solutiones,sic distinguēdo,cū qriĩ, an iustus error habeaĩ ꝓ ti.sufficienti ad vsucapionē, aut persona est incapax, vel inhabilis,& tunc non prodest,quia nec verus tit.sufficeret.ff.ꝓ le.l.nemo.aut est capax, & habilis , & tunc alius ti. interuenit, & tunc putatiuus nō ꝓdest,ut ff.de vsuca.l.nūquã.§.fi.aut nullus aliꝰ ti.nisi putatiuus interuenit,& tunc aut tradens,& recipiens nō concurrunt in eo.ti.& tunc nō ꝓcedit vsucapio.ar.ff.si cer. pe.l. si ego. & no.in d.§.fi.Aut in eo.ti.& causa cōueniunt,& tūc aut in potestate tradentis nō pōt ꝓcedere constitutio illius ti.& non procedit vsucapio,ut l.cum solus.ff.de vsuc.secūdū sol.scđam. s̃. positã: Aut tit.ille à tradētis potestate poterat ꝓcedere:& tūc aut traditio ꝓcedit ab vno,ti.vero ab alio, & tūc secūdū Bar. non ꝓcedit vsucapio, vt d.l.cū solus.secūdū eius sol.aut ambo procedunt ab eo. & tunc procedit vsucapio.ff.de vsucapio.ff.de vsuca.l.Celsus.ff.ꝓ emp.l.in testatæ.& l.qđ vulgo.& ff.ꝓ le.l.ꝓ legato.& hoc vbi interuenit iustus error,& vera traditio.Sinaūt nulla traditio interuenit,tūc ĩ casibus,in quibus ad translationem dñij non requiriĩ traditio,ut in ti. ꝓ legato.& ꝓ hřde sufficit apprehēsio sine traditione,vt no.in d.l. Celsus.qđ est verū si apprehēsio non sit vitiosa,vt l.non dubiū.ĵ.de le.itē licèt non interuenerit traditio ubi aliàs interuenire dēt,si tñ iustissimus error facti, circa traditionem interuenit, sufficit. ff.de usuc.l.iusto.§.filius.in fin.& ibi nota.& in l.Celsus.eodem. titu.

LEX XXV.

1 *Dominus rei non fit,qui pro alio publicam pensionem soluit.*
2 *Soluens pro alio,an dominium acquirat in rebus illius.*
3 *Solutio census quomodo probatur.*

1 Solennibus. † Soluens pro alio pensionem publicam, rei dominus non dicitur. h. d. Quærit gl. an aliquod præiudicium domino scienti,& patienti generetur, & dicit gl.quod non.Io.dixit,quod sic,si longo tempore soluit ꝙ nō est verum in casu nostro,ĩ quo soluit noīe domini.vbi soluisset nomine proprio,posset dubitari. & vř tunc, ꝙ dominum sibi q̃reret. arg.l.si filius.s̃.de peti.hæ.& ĵ.de omni agro deser.l. q agros.li. 11.
2 & ff.mã.l.qui patitur.† Sed Guil.de cu.contra,quia soluens ti.non habet,et sine ti.non procedit præscriptio,ut s̃.eo.l.nullo. propterea hic nulla interuenit traditio.sed propria occupatio, nec iustus error interuenit,igitur pręscriptio non procedit,ut dixi supra.l.proxi. Non ob.l.si filius.quia ibi iusta causa præcedebat.nec.l. qui patitur. quia ibi ad vtilitatem patientis nec.l.qui agros.quia ibi in agro deserto,in quo biennium sufficit ad perditionem possessionis, & dominij.Ita sunt verba Gui.Sed dubito in casu,quo possessor nō nitiĩ ex pscriptione,sed ex traditione, & tit. habito à procuratore fisci,vel censitore,ut ĵ.de censi.& cen.l.apud.& ar. eorum q̃ no.ĩ d. l.si filius.ff.de vsur.l.cum de in rem verso.vnum tñ scias, ꝙ exneus ꝯuentus non pōt opponere de canone nō soluto ab actore,ut no. glo.in l.2.ff.si ager ve.siuè ipse ꝯuentus non sit inuestitus à dño, & hoc clarum:siuè sit inuestitus , & sic cãm habeat à dño, dūmodo ipse scđo inuestitus soluat.Nam à quocunq; soluaĩ, res non incidit in cōmissum,& allegat ꝓ casu ff.de cen.l. forma. §. si tñ ego. ꝙ est notãdū qnimo plus dicit,ꝙ q̃diu inuestitus litigat ꝯ possessorē,nō pōt ei imputari si cēsū,vel canonē nō soluit.ar.l. q̃diu. ĵ. qui admi. ad bo.pos.quod summè est notandum. Sed super hoc cogitandū relinquo & fortè est dicendum,aut tractat de possessione q̃renda, & verū dicit Gui.aut de iam quæsita recuperãda,& tunc aut illam pdidit facto domini,q aliū in possessionē induxit. & adhuc idē in ꝓprio facto,uel culpa uř facto aduersarij absq; facto domini,& tūc non ꝓcedit dictum Gui.Nam talia non debent præiudicare dño.
3 Quęro de modo probandi solutionem cēsus pro omni tēpore prę terito,dic,quod per probationē trium annorum continuorum oēs solutiones anterioris temporis præsumūtur,ut in tex.singulari.inf. de apoc.pu.l.quicunque.li.10.quod notandum est.

LEX XXVI.

1 *Præscriptio longi temporis,an interrumpatur per litis contestatio. & nu.3.*
2 *Pręscriptio non currit ei,qui continuo agit.*
4 *Præscriptio interrumpitur permissione executoris.*
5 *Pręscriptionis tres species.*

a More.ª† Per litis conte.interrumpiĩ pręscri.long. tem.h.d.
1 Vel magis ad literam. possessio continuata post li. conte.non prodest ad lō.tem.præscri.h.d.Ex lit.contesta comple-
2 ta fuerit necne.† Not.quod habes in primo summario. Ex quo sequitur aliud notabile gl.quod non cessanti agere, non currit præ-
3 scri.lō.tem.concor.sunt in gl.† Op.quod li.conte.non interrumpiĩ præscriptio:ut l.interea.ff.de diuer.& tem.præscriptio.So.aut est facta li.ꝯt.cū pscribēte,& tūc interrūpiĩ,ut hic,aut cū alio, & tūc nō interrūpiĩ,vt ĩ ꝯrio. Nec ob.l.naturalř.ff.de vsuc.qa ibi in naturali ĩterruptione,q̃ fit p deiectionē,q̃ ꝓdest oībus,pdicta ĩ ciuili q̃ fit p li.cōte.q̃ non prodest nisi lit.conte.Op.ꝙ per lit. conte. non interrumpitur.ut ff.eo.l.si post acceptam.Sol.ibi in vsucapione reali rerum mobiliū,hic in pscr.lon.tē.& sic rerū immobiliū.Et assignant gl.in ꝯrio rōnē,quia possessio mobiliū est vilis,& abiecta, q̃ rō uideĩ tur minus ad ꝓpositū,quia quanto uilior,tanto interrumptio dēt esse facilior.Ideo do.dicunt,ꝙ rō est , quia vsucapio rerū imobiliū est inducta mero fauore pscribētis,præscr.lō.tem.partim fauore pscribentis,& partim odio negligentis.ideo media uia fuit electa in
4 ter vsu.& præscri.lon.tem.de qua in sequenti.contrario.† Opp.igitur ab extra,quòd p solam missionem executoris fiat interruptio, vt l.sicut.ĵ.de pscri.30.anno.Sol.ibi in præscri.20.an. q̃ est inducta mero odio negligentis.hinc est, ꝙ tuetur ma.fi. pos. etiam sine tit. ideo interrumpitur,cum insurgit violentia per missionē executo-
5 ris.† Conclude ergo tres sunt species pscriptionis, quia alia causatur mero fauore præscribentis,ut vsucapio ĩ rebus mobilibus. Alia mero odio negligentis,ut præscr.30.an.vel 40.Alia partim fauore pscribentis,& pťim odio negligentis,vt pšc.lon tem.& quelibet diuersimodè interrūpiĩ.ut s̃.& hæc differentia speciatim ꝓbatur ĩ l. fi.ad fi.ĵ.de edi.diui.Adri.& ita dicūt do.Op.quod p solã libell.oblationē interrūpaĩ pscriptio,& ꝑpetueĩ actio,vt l.j.& 2 s̃.qñ li.pricipi da.So.ibi ĩ ꝑtorijs,& annalibꝰ đ qbꝰ dic,vt ibi scri.hic ĩ ciuilibꝰ.

ADDITIO.

a Moræ.Et adde quòd litis contestatio etiam facta per procuratorem interrumpit præscriptionē.l.ꝓ procuratorē.ff.de proc.& Bal. in l.sicut inf. de præsc.30.an. licèt vltra non sit processum Bartol.in l.cum lite ff.iud.solu.sed Spe.contrati.de rescr.præsentiati. §.ratione autē impetrantis.versi.quid si vtitur.Item verum,si fuit inualida contra legem.Ang.in Auth.de exhi.re.§.illud.3.col. coll.5. contra Bal.in addi.ad Spe.de cita.vero.no.quòd in criminali vide gl.& Bar.in Auth.offeratur.sup.de li.conte.vel etiam si fuit inualida alia de causa,uel à non domino facta,Bal.in d.l.sicut.item verum etiam si sit facta per cōtumaciã inducit Io. de pra.in l.mutus.§.qui non cogitur.de procu.& Bal.in l.2.inf.vbi in rē ac. Bar. in l.i.inf.de priua deli.quē ēt uide in d.l.cum lite.Item adde,quòd interrumpiĩ præscripti.si facta sit animo litem prosequendi,vsque ad fi.coram suo iudice gl.& doc.in c.illud de præsc.Io.de pra.in l.per procuratorem.ff. de procu.

LEX XXVII.

Seruum. Ex solo titulo non transfertur dominium hoc dicit.Oppo.de l.fin.supra de sac.san. eccle.dic,ut in gloss.& adde quod dixi in l.traditionibus.supra de pac.

LEX XXVIII.

a Res. ª Actore non probante reus debet absolui , siuè possideat iustè,siue iniustè.hoc dicit.Vide opin.quas scripsi. in l. q accusare.supra de eden.

ADDITIO.

a Res.Adde quòd secundum Bal.in l.2.ff.quib.non ob.lon.temp.præsc. ver.no.cæ iure tertii,potest opponi per Bar.in l.2.de execu.rei iud.

De vsu & habitatione. Tit. xxxiij.

1 *Dominium quibus indiciis probetur.*
2 *Dominium,an probetur possessione probata.*
3 *Dominium,an possit per famam probari.*

Continua rubricam dictum est s̃.de dñio rerū corporaliū,nunc incorporalium,ut est vsusfr.nam vsusfructus est ius , ut ff. eod.l.j. Et idem de seruitutibus realibus,de quibus ĵ.tit.j.Et hoc dñium vsusfructus,quod habet vsufructuarius,distinguitur à dñio,& proprie-
1 tate rei vt d.l.i.ff.si vsu.pe.l.qui vsumfructū.† hinc est, ꝙ vsufructuario competit in rē actio,quæ confessoria appellatur,ut ff si ser.ven. l.loci corpus.§.in confessoria.& vsumfructū per eam vendicare dř vt.ff.si vsu.pe.l.vti frui.in princ.& clarius.in §. j. vnde verum est, ꝙ dñium huius iuris penes fructuariū esse dř.licèt dñiū fundi,& pro
2 prietas sit penes proprietarium. Quæro qualis sit hæc seruitus.dic, quod personalis.Nam seruitutum aliæ personales,aliæ reales,personales dicuntur à re personæ,reales debentur à re rei de quib.inf. ti.j.personales autem aliæ sunt pleniores,vt est seruitus vsusfructꝰ, qa oēs fructus lucraĩ fructuarius,aliæ nō ita plenæ, ut seruitus.Nã ꝓ vsu tñ fructus pcipiĩ , vt ff.e.l. vsuf. leg. Itē personalis seruitus ē habitatio,de qua hic in Rubrica,& hæc differt à prioribus , qa illæ capitis diminutione ꝑdunĩ,nō habitatio,ut ff.de vsu & ha.l.si habitatio.Item differt ab usu,quia usus importat quantū ad necessariū, sed habitatio importat solitã habitationē, & locare pōt alijs , sed

vsum nõ,ut ĩ.eo.l.cũ antiquitas.& ff. de vsu. & ha.l. certum,Et hæ
3 sunt seruitutes personales.† Sed dubitaт de opa, uel ministrio seruorũ legato.& dicit Cy.qđ qdã dixerunt,ꝙ est seruitus psonalis, quidã ꝙ realis,de his no.gl.ff.e.l.si quis binas.sed Pe.dixit,ꝙ nõ putat seruitutẽ esse,qa non reali,scũ non debeatur à re rei.non personalis,cũ non debeatur à re psonæ,& potius consistit in facto.ut ff. de ope.ser. l.j.qđ improbaт tpe,qa seruitus in libero homine non cadit.ut ff.de cond.& dem.l.Titio.§.titio.& tñ ministeriũ liberi hominis põt legari, ut ff. de vsuf.le.l.3. dicit ergo ipse,ꝙ est quædam modificatio,quã cõpellitur dñs pati,velut quãdam seruitutem in seruo,non tñ est seruitus quasi dicat in seruo non hт aliquod ius, sed dñs est obligatus ad hoc patiendũ. vñ contra impedientẽ non daretur cõfessoria,licèt iniuriarũ agi posset.ar. l. qui pcedente.ff.de act emp.hanc partem vт tenere gl.i d.l.si quis binas.Quæritur,Ti-
a tius constituit mihi,a vt quolibet anno recipiã de eius fundo vnũ modiũ grani nunquid hæc seruitus dici debet ita,ꝙ cõtra tertium impedientẽ detur mihi cõfessoria.Antiq glossatores variarunt.Nã Ro.dixit seruitutẽ esse p l.mela.§.si.ff.de ali.& cib.leg. Io. Azo. & Accur.quòd seruitus non est,sed quędam obligatio ad patientiam huius rei præstandam.ar.ff.de do.l.qui saxum. & ff. de dolo. l. si cũ mihi,& de præscrip.ver.l permisisti.& no. ff. eo. l. si quis binas, & ff.de serui.l.vt pomum.&in d.l.mela.ad quam respon.vt ibi not.

ADDITIO.

a †Quæritur Titius constituit mihi, &c. Adde de iure coquendi panem in furno tuo,de iure colligendi passagiũ,& de iure transeundi per pontẽ,an sint seruitutes,vide Bal.in l.pe.inf.de cond.infer.dum alle.l.mela.de quo etiam dixi in prælud.& in expositione arboris seruitutũ positæ ante ti. ff. de seruitutib.ti. gñali.

LEX PRIMA.

1 *Testator fructuariam cautionem,an possit remittere.& nu.2.*
3 *Testator falcidiam,& cautionem fructuariam remittere potest.*
4 *Hæres,an possit cautionem fructuariam remittere.*
5 *Cautio fructuaria,an dicatur cum fideiussoribus,vel nuda.*
6 *Fructuarius antequam satisdet fructus suos non faciet.*
7 *Meum esse quid dicatur.*

1 Si vsusfructus. † Cautionem fructuariam testator remittere non potest,nec ante eam pstitam potest fructuarius actionem intentare. hoc dicit No. ultra hæc duo quæ sunt in summario,tertium, videlicet, quod in vsufr. omnium bonorum includũtur nomina debitorum,quod an semper sit verum.infra dicam.Item no.4.quod vsufructu nominis legato,tenetur hæres quod exegit ex nomine fructuario tradere,pręstita cautione.Idẽ in venditione noĩs,ut ff.de don.l.apud Celsum. §.si is cui.Opp.quod mobiliũ ñ sit vsufr. ut inst.e.§.ꝯstituit.Solu.ut in gl.j.Opp.quod tex.nos dimittat in obscuro,cũ non declaret qualẽ cautionẽ dẽt pstare.cõtra.§.quibus ş.de no.codi.cõpo.Solu.de-
2 clarando,ut ĩ alia gl.† Oppo.quod p testatorẽ potuerit remitti cautio,ut ĩ.ut ĩ pos.le.3.& l.scire Sol.ut in gl.ꝙ ibi de satisdatione præstanda de legatis soluendis,hic de re conseruanda, & fruenda, arbitrio boni uiri,& de ea restituenda usufructu finito.Ratio diuersitatis est,qa si remissio cautionis fructuariæ tenere, inuitaretur fructuarius ad delinquẽdum,puta ad res fructuarias deuastandũ, & consumendum.Et hæc est prima rõ,quæ non vт generalis,cũ ñ ꝯcernat res,quæ consumũtur vsu, vt ẽ maximè pecunia, de qua re loquitur iste tex.Iõ aliqui eã reprobant,& nõ bñ qa saltem quo ad secũdã partẽ bñ cõuenit,qa de ea est tantundẽ restituendũ, ut hic in prin.gl.addit gl.a rõnẽ videlicet,ꝙ hæc cautio magis formandi vsufr.gratia,quã seruãdæ vlt.volũtatis est inuenta,illa aũt de seruãdis legatis magis fauorè vltimæ uoluntatis exequendæ.& sic testator põt eã remittere,cũ principalr fauorẽ suũ respiciat, hic nõ pт, qa est de forma,& substantia vsusfructus,ergo &c.arg. l. nemo. ff. de le.j.Item hoc respicit fauorẽ hŕdis. & sic tres videntur fuisse rõnes gl.Et hãc vltimã ponit glo.in d.l.scire.Sed secundã de forma examinemus.& circa eã dicunt qdã,ꝙ gl.hic malè dicit,iõ.ĩ.in fi. sui hoc in dubiũ reuocat.& in l.j.ff.eod.tenet,ꝙ cautio non sit de substantia ubi plenè vide.Sed attende, qa gl.hic se restringit dũtaxat ad vsumfr.rerũ mobiliũ,quæ vsu consumunт, & maximè pecuniæ de qua hic loquitur,in quibus propriè nõ est vsusfructus.ut ff.de vsufru.earũ re.q vsu.cõsu.l.j.& l.si pecuniæ.Et in illis hæc cautio pstatur gratia formandi vsufr.qa cũ dñiũ pecuniæ transferaт, non põt vsusfructus in eis formã aliquã hŕe,nisi per modũ huius-
a modi cautionis.Ideo de illis hæc cautio põt dici de substantia.a & ita tenuit Iac.Bu. Opp.3.quod testator possit remittere, & quod eius uoluntas est seruãda.in Auth.de nup.§.disponat. Sol. vt in gl.
3 & ẽt solutiones habes ex superioribus.† Oppo.4. ab extra,ꝙ testator possit remittere,sicut & hodie falcidiã,ut in auth. sed cũ testator.infra ad l.fal.Sol.Pet.fatendo contrariũ in istis rebus, q consu-
b muntur usu b in alijs secus,qa in illis inuitaт ad delictũ, & sic ĩ eis fauor publicus versaт ꝙ mihi nõ placet, ut correctio legũ euitetur maximè in casu & materia diuersa.Itẽ ꝙ olim falcidiã non poterat prohibere,ne hŕde nõ adeũte vltima voluntas deficeret.circa alia in testõ relicta,& hodie est prouisum,ꝙ deficere non põt per auth.hoc amplius.ĩ.de fideic.Itẽ ut dixi hæc cautio de pecunia,q cõsumiт vsu.censeт,de substãtia.Sol.ergo ꝙ aliud in falcidia,ut in
4 contrario.† Quæro cũ gl.an hæres potest hanc cautionem remittere,& tenet gl.ꝙ sic,qa fauorẽ suũ respicit.ergo &c. ut l.si qs in ꝯscribẽdo.ş.de pac.& pbaт,hic in lr̃a,vbi oblatã pт nolle recipe. & poterit hoc casu plus hr̃s,q defunctus,vt al's.ff.ad l.fal.l.ꝙ de bo.§. .& §.si.& l.pt.Ex his ĩferт ꝙ ubi vsusfructus ꝯstituit ĩter viuos,p ꝯ-
5 stituẽtẽ pт remitti cautio.& ita tenet hic Gul.& Raph.† Quæro an hæc cautio sit nuda,uel cũ fideiu.dic cũ fideiussorib.vt ĩ.e.l.vsufr. & ff.de vsuf.earũ re.l.trib. & illũ tex.vide qa ibi hẽs casũ;ꝙ alterũ, ex hŕdib.pт testator grauare,ut p vsufructuario satisdet.Ex eo põt pbari,ꝙ testõr pт dãnare hŕdẽ,ut p fideiussore recipiat quẽdã ẽt pauperẽ.Quærit qđ si fructuarius nõ pт satisdare.dic,vt no.ĩ.e.l.4.
6 & adde ꝙ ibi dixi.† Quæro.4.an fructuarius faciat fructus suos añ
c pstitã satisdationẽ.c& vт,ꝙ ñ qa añ ñ,hẽt ius vtẽdi,vt.ff.e.l.si qs.& l.se.ĩ prin.& ff.de iure.l.sed si possessori.§.itẽ si iurauero ĩ fi.& ff. ut in pos.le.l.si pecuniæ.ĩ prin.& no.ĩ l.si homo.ff.de vsuc.ergo nec lucrifaciẽdo,ut ibi pbaт.Et de hac qõne vт casus pro hac parte.ff.de vsufru.l.uxori.la.j.& ita tenet glo. in d.l.si cuius,sed in d.l.uxori.distinguit.aut bo.fid. pcepit, qa non credidit se teneri ad satisdandum,& tunc facit fructus suos, aut non bon.fi.& tunc non facit, suos,& hæc fuit distinctio Azo.& Accu.Oldr.uero subdiuisit primum membrũ,qa aut talis psona,cui licet ius ignorare,ut fę mina,& similes.et tunc facit fructus suos.aut est talis, cui non licèt ignorare.& tunc nõ facit suos.Cy.dicit.ĩ.l.4.ꝙ solũ est considerãdum,an fructuarius teneatur offerre cautionem istã, licèt nõ petitam,an nõ teneatur nisi petaт.& satis puto,ꝙ uerum dicit. Et ideo ego sic distinguo aut qrit de fructibus pceptis ab alio, & tunc non facit suos,cũ pstita ltĩma satisdatione,vel oblata, & nõ recepta absq; ltĩma cã,ei à pprietario dẽnt dari,ut eis fruaт,sicut & cæteri alijs rebus,cum pro eis,& alijs rebus satisdederit,ut d.l. vxori.de vsuf. le.et si tertius fuerit q pceperit pptietarij fiũt,ut l.si fur.ff. de vsuf.iõ conuentus proprietarius liberaretur cedendo actionem conueniẽdi.aut non potest nisi oblata satisdatione.ar.l.iul.§.offerri. ff. de ac. emp.& ita dẽt intelligi d.l.sed si possessori.§.item si iurauero.& d.l. si pecuniæ.& hic cũ si.Aut quæritur de pceptis à seipso.& tũc aut cautio erat iam petita,& nõ pstita,& tunc non facit suos,vt sic eius mora non sit absq; pœna.& p hoc facit ĩ.de secũ.nup.l.hac edictali.§.is illud.ve.sed certè:aut cautio petita ñ fuerat. & tũc aut pcepit sciẽte,& patiẽte pprietario, & sic eo dissimulante cautionem petere,& tũc facit fructus suos,imputaturo sibi q cautionẽ non petit,ut eo.§.is illud.ver.Sinaũt.Aut vtraq; ps dissimulauerit, & pondera,ꝙ ille tex.loquiт ẽt in sciẽte se teneri ad cautionẽ pstandã,ut pbat illud verbum,dissimulauerit,& sic opi.Oldr. de qua.ş.non est bona.Itẽ põdera,ꝙ ibi est casus,ꝙ possidẽs nõ teneт cautionem offerre.Aut fructus pcepit pprietario ignorãte,& tunc aut possessionem habet sine uiro,&adhuc puto,quod suos faciat,pp bo.fi.ar.ş. tit.j.l.si fundũ.& l.ceerũ.& ff.q mo. vsu. ami. l. vsufructuarius mes-
d sem.ad fi.aut erat apud eũ cũ vitio,qa sua autoritate iuit d ad occupandum siuè apprehendẽdũ.&tũc non facit suos,ut ff.quorum le. l.j.§.quod aũt.& qa licèt tit.habet bo.fi.nõ habet nec iustã posses-
7 sionẽ.† Quæro.5.testator hic dixit vsufr.oĩum bonorũ, nec adiecit meorũ,vт suorũ;qđ si adiecisset,an tunc includanт noĩa debiro-
e rum e & vт,ꝙ nõ,p no.p Guil.in l.j.ff.de sta.ho.Nã meũ est solũ,ꝙ vẽdicare possũ,ut ff.de au.& ar.leg.l.qntus.la.2.§.j. & §. si cui. & §. argẽtũ.& ĩ l.qnt9.ĩ pri.Itẽ aliud est meum,aliud mihi debitũ,ut l.si me,& Titiũ.ff.si cer.pe.In ꝯrium facit,qa iura,& actiones veniũt licèt uerbũ,meũ,ut suũ ponaт ut ff.ad tre l.nã,ꝙ §.si.cũ l.se.& se.probaт sic,ꝙ vsusfruct9 calẽdarij debetur ex tali legato.l.vxori.la.ff. de vsuf.le.Sed appellõne calendarij noĩa debitorũ ꝯtinenт, ut ff.de l.
3 q filiũ.& l.vxorẽ.§.legauerat.ff.si cer.pe.l.eius q ĩ puincia.in prĩ. p hoc ẽt facit,quia licèt pecunia debita nõ sit sua, tñ actio ad pecuniã cõsequendã est sua quia,& iuriũ psonaliũ ẽ dare pprietatẽ,& dñiũ,ut dixi.ş.in ru.Et ideo in bonis eius est, ut hic, & de verb.sig. l.bonorũ.§.in bonis.Et hæc est veritas.Non ob. l. quintus. quia interdũ legaт cum hoc p noĩe meũ,id,ꝙ põt deberi p actionem psonalẽ,ut argẽtũ meũ.& habet locum.l.quintus. Interdũ legaт actio uel eius vsusfru.siuè in specie,siue gñaliter,siuè sub vniuersalitate quadam.Et tunc,qa ius,& actio sunt species huius vniuersalitatis, veniunt in legato,ut d.§.in bonis.& d.l.nã quod cũ se.et d.l. vxori.

Verbis

ADDITIONES.

a Potest dici de substantia. Adde Bar.hic & optimum tex.in l.pe. ff. de vsuf.ea.re. q vsu.consu.& tenet An.de Bu.in c.si.de pign.sed Imo.ibi dubitat per l.hæc senatus.§.i.ff.de vsufru.

b Quę consumuntur vsu.& ad hoc adde Cy.hic qui d.quòd cautio pro aliis rebus, quæ vsu consumuntur,potest remitti,Sed Bal.h.d,quòd est contra istum tex.q loquitur in pecunia,& hanc etiam approbat Bal.in duobus locis hic & pro op. Cy.tenet Pe.de Anch.in c.si.de pign. sed Imo. ubi contra de hoc Saly. est cum Bar.uide Bal.in auth,an relictum,in vlt.col.in ver.ergo.inf.de ind. vid.tol.

c Satisdationem,an & quando vsufructuarius omnium bonorum, ante præstitam cautionem faciat fructus suos,& quando non,vide per d.Soc.consi.31. incip.in præsenti consul.ver.sed insurgit alia dubitatio cum ver. seq. circa fi. consilii. & adde Bal.consi.297.2.li.

d Sua autoritate iuit,an & quando vsufructuarius omnium bonorum possit possessionem propria autoritate capere,vide d.Soc.consi.131.incip. in pręsenti cõsu.circa fin.3,col,in i.parte.

e Nomina debitorũ.Adđ đ hoc qsito Guil.đ Cu.in l.i.ff.đ statu.homi.quẽ ibi seqт Bal.& idẽ Bal.ĩ rubr.đ ver.ob.licèt hic aliter loquaт,p quo ẽm Barba. in addi. ad Bal.hic nu.1,ver.nõ,ꝙ ĩ gñali legato ĩ apo.ĩ c.ve.ẽ te.fin.ĩ l.bonorũ.ff.quorũ bo.vbi pbaт ꝙ verbũ bonorũ significat possessionẽ,sđ noĩa đbitorũ ñ posidẽt.

LEX II.

Verbis. Proprietarius põt pprietatẽ fundi obligare, nõ obstãte,ꝙ alius hẽt vsumf.h.d.Not.ꝙ per hypothecã dñi non læditur ius tertij,sicut nec vsufructuarij.

LEX III.

1 *Vsusfructus, an extinguatur morte proprietarii.*

Si patri. Morte fructuarij non proprietarij perit vsuf. h. d
1 † Quæro,an semper sit verũ,ꝙ morte pprietarij ñ pereat vsusfructus.Rñde,vt in gl vel conclude,ꝙ sẽp est verũ, nisi alia cã cõcurrat ẽm Pet.Iõ distingue ẽm Cyn. Aut filius pprietarius decedit relictis descendentibus: & tunc licèt illi succedant in pprietate,nõ ppterea extinguiт vsusfructus patris.vt ĩ. ad tre.l. fi.§.finaũt.Aut decedit patre tñ supstite: & tũc sola morte nõ extinguiт,sed p ꝯsolidationẽ,q fit patre adeunte filii hæreditatẽ:iõ repudiante eo durat.Aut decedit filius supstite patre,& fratribus, & tũc p eb rata,ĩ qua pr̃ succedit,p ꝯsolidationẽ extinguiт, quia in hoc priuilegiatur.vt ĩ Auth.de hŕd.ab inte.§.ꝯñs.& ita not. ẽt hic gl.Et hoc vltimũ ẽ bñ no. quia tex. ĩ d.§.ꝯñs nõ vт prima facie loqui de vsuf.iã pr̃i añ mortẽ filij qsito.sed de qrẽdo in pr̃e filiorũ ratione potestatis.hic autem gl.& Cy.Dy.de vtroq; intellexit.

LEX IIII.

1 *Vsufructuarius de utendo boni uiri arbitrio,quando satisdare debeat.*
2 *Vsufructuarius pauper,an teneatur satisdare.*

1 Vsufructu. Primo statuit.scđo dubiũ remouet. scđa ibi :nec interest.Casus.† vsufructuarius ex vlti-
gatum ſuum uideatur minui,ac ſi in primis tabulis legatum iſtud fuiſſet purè,uel ſub conditione, quæ extitiſſet relictum, ut in p̄cedenti dixi,& dixerunt aliqui Peruſini, ꝙ plenum fundum dēt habere.& quòd primum legatum vniuerſale de vſufru.factum hæredi minuitur. ac ſi ī primis tabulis utrunque factum fuiſſet.ar.ſumpto ex ratione,quam facit tex.in detractione fal. ff.ad l.fal.l.in ratione.§ quod vulgo.in fin.ubi dicit,ꝙ legata in ſecundis tabulis, quaſi relicta in primis intelliguntur.Sed ubi in primis tabulis hoc legatum fundi factum fuiſſet Titio ſub aliqua conditione q̄ extitiſſet Titius in vſufru.potior eſſet.quàm vxor,ut probatur in l.ſi fidei commiſſorum,in prin.ff.vt in po.leg.ergo,&c.pro hoc inducunt, ſpecialiter quod legitur,& no.per glo.inf.com.de le.l.j.ver.ſi cum enim.in glo.ſuper verbo,multis.& ita tenet Bal.Sed iſta terminatio non placuit multis.Ex eo,quòd iſtud legatum fundi relictum & ſubſtituto pupilli debetur,vt relictum à principio,quia tabulæ pupillares ſunt teſtamentum pupilli.Sed ſuppoſito, ꝙ pupillus ex priuilegio poſſit teſtari,& fundum in quo proprietatem habuiſſet & alijs vſufr.Titio legaſſet,ſola proprietas deberetur , quia ſolum ius quod habet legaſſe videt̄.vt l.vxor. infra,de leg. & l.domus.§. ſi.ff.de le.j.ergo,&c.Ad all.in oppoſitum poteſt reſponderi, quòd aliud in computatione fal.vt litera illa probat,dum dicit ī hac parte iuris.Et gloſſ.in l.j.infra.communia de lega.loquitur in eodem teſtatore,& ſic facit etiam.l.ſi fideicommiſſorum. ſup.allega.Ego dico,ꝙ determinatio huius. q. dependet ab intellectu unius caſus.l.videlicet.l.Meuius.§.penul.ff.de le.2.ubi quidam dicūt caſū eſſe rotundum, ꝙ fundo legato, cuius proprietas ſit teſtatoris , & vſufru.alienus,intelligitur teſtator nedum proprietatem, ſed etiā vſumfru.legare.Et intelligunt alienum etiam cuiuſcūq; extranei. & ſecundum iſtum intellectum ibi erit caſus de qōne iſta. Sed iſte intellectus communiter non tenetur,quando uſufr.eſſet prorſus extranei,& proprietas teſtatoris. Sed vbi vſufru.eſſet hæredis : tunc fatentur,quòd hæres ad uſumfru.etiam tenetur in eodem.ti. l.cum filium,§.dominus.& ita ibi no.Bar.Et ꝙ quando vſufru.eſt prorſus extranei,ita quod non hæredis,vſufr.non debeatur, videt̄ de mente glo.in l.vxor patrui.inf. de le.& colligitur ex allegatione,quam facit.d.l.Meuius,& ſi ita eſt,videtur in caſu noſtro,quòd ſola proprietas debeatur per rationem in pręcedēti factam.Vel dici poteſt,quod prima opinio ſit verior,quia in caſu noſtro vxor teſtatoris fuit honorata hoc legato vniverſali à patre pupilli , & ſic ab eodem grauari potuit,& grauaſſe creditum,ſicut dicit̄ in hærede īſtituto,à quo fundus legatur,ut ad vſumfructum teneat̄, quādo ipſe erat fructuarius, vt d.l.Meuius.§.pe.& d.l.cum filius.§.dn̄s. & quia legata relicta ab inſtituto videntur repetita à ſubſtituto.vt l.licèt imperator.de legatis primo. & ſic ex coniecturata mente , ſicut ſi a ſubſtituto vtrunque expreſſim eſſet legatum vſusfruc. debetur legatario fundi.vt s̄.in primo dubio dixi.ita, & nunc,quādo pupillus adijt hæreditatem,mens defuncti qui primo fuit nō mutatur.& ita inſto cum Bal.& ſequacibus. & fortius hæc procedūt, ſi pupillus non adijſſet hæreditatem patris:vel adijſſet,ſed vltra pupillarem ætatem deceſſiſſet.

LEX XI.

Inter. Ad ſucceſſionem ab inteſtato pariter admittūtur filiæ, fœminę cum maſculis hoc dicit.Vel pro rata ſucceſſionis petitur diuiſio hæreditatis. hoc dicit. Nota. quod de æquita-
a te a filiæ fœminæ ſuccedunt pariter cū maſculis. Sed lex Moyſi repugnauit.vt dixi.s̄.de ſumma tri.l.j.circa ſi.

ADDITIO.

a No.ꝙ de æquitate.Ex hoc infero poſt Bal.hic ꝙ ſtatuta,quæ præferunt maſculos feminis in ſucceſſione,ſūt contra ius cōe,& naturalem æquitatē. Ita in termi. Bal.notauit in l.ſi defunctus.j.de ſuis,& legit.

LEX XII.

Non ideo. Diuiſio valet etiam ſine ſcriptura. hoc dicit. Nota contra ruſticos contrarium credentes. vel ſic,non ideo diuiſio annullatur.quòd ſcriptura non probatur. Nota regulam,ꝙ tantum valet res ſine ſcriptura,quantum cum ſcriptura. fallit in caſibus notatis per gl.in l. pactum quod dotali. ſup.de pactis.

LEX XIII.

1 *Pater de peculio obligatur a filio.*
2 *Peculia,an poſſint diuidi,& etiam conferri.*
3 *Frater quando fratrem conueniat iudicio familiæ erciſcundę.*
4 *Lucrum ex pecunia patris ab uno ex fratribus factū,an ſit cęteris fratrib.communicandum.*
5 *Filius patri laborat,non ſibi.*

a Certum. a Duas quæſtiones ſoluit.ſecunda ibi frater aūt. peculium profectitium uenit in hoc iudicio inter fratres diuidendum , deducit tamen debitum in condemna-
1 tionem deductum.hoc dicit.† Nota.quod pater etiam ignorans à filio obligatur de peculio. Item quòd ipſe filius etiam obligatur. Item,quòd debitum unius non onerat alios, niſi quatenus eſt in peculio.Item, ꝙ periculum profectitium remanet in bonis, & in dn̄o patris.Item,ꝙ tranſit ad cæteros filios patris hæredes , cū ſua cauſa,& obligatione.& ſic not.ꝙ peculiaris obligatio, ſeqtur
b peculium.Item not.quod condemnatus b habetur pro ſoluente
2 quò ad deductionem.concord.ſunt in glo.† Oppo.ꝙ peculia non conferantur nec diuidantur,vt j̄.de col.l. ea demum.& l.filię licèt in ſacris.Sol.vt in glo.quòd hæc de profectitijs:ibi de caſtrenſi,vel quaſi.In aduentitijs autem poteſt etiam hæc l.loqui.Sed tunc eēt in hac parte correcta,quia aduentitia non conferuntur, & præcipua retinentur,vt l.fin.j̄.de colla. Oppo. ꝙ profectitia ad communionem non reuocentur, cum ipſo iure ſint communia: quia de patrimonio patris non exiuerunt,ut d.l.filiæ licèt.Solu.ut in gl.ꝙ
3 hic de communicatione facti non iuris loquitur. † Oppo. ꝙ frater hoc iudicio ad hæc ſcripta fratrem conueniret, vt hic, quia nō geſſit,vt heres,nec,vt hæres fuit condemnatus, & ſic hoc iudiciū, locum non habet.vt ff.eo.l.qui erat.ver.& ſin autem.& l.puto.§.ſi. Sol.vt in gl.quòd vtile,non directum locum habet.Oppo:ꝙ ſolidum præſtetur de ſubſtantia p̄ris,ut ff.e.l.ſi filia.§.j.Solu.quod ibi , fuerat in rem patris verſum,uel eius iuſſu contractum, hic ſecus , ut in gl.Quæro condemnatus deducit,ut hic.quid ſi nondum erat cōdemnatus,dicunt quidam idem,ut in glo.& malè,quia tūc non deduceret,ſed cautio indemnitatis,& defenſionis ei præſtaretur. ut ff.de pecu.l.ſed ſi damnum.§.ſi.& quia ille tex.in prin.facit pro opin.illorum.dic ut ibi no.nec ſimiliter obſtat.ff.de nego.geſt.l. ſi quis mandato.in ſi.vt ibi no.& in d.§.fin.Saluant tamen qdam illos in caſu,in quo diutius ſtetiſſet in obligatione.arg.l. Lucius. in fi.ff.mā quod non puto tutum,quia ibi loquitur in fideiuſſore,qui mandatum habuit à reo principali. hic uero nullum mandatum habuit à cohærede,& ſe ī hac neceſſitate poſuit:ſed aliter fortè ſaluari poſſunt,ſcilicet ſi nondum condemnatus eſſet, ſed de proximo condemnandus.argum.l.ex eo.ff.de mili.teſta.Et no.ꝙ illud, quod hic dicitur de condemnato,dicit Cy. locum habere,etiam ſi eſſet obligatus per inſtrumentū guarentigiæ,quod ex forma ſtatuti habet vim ſententiæ.& executionem paratam. quod no.pro mercatoribus ſocietatem diſtrahentibus,quando eorum libri,vel ſcripturæ habent executionem paratam ex forma ſtatutorum, ut tunc id quod debent deducant,nec ſufficiat ſi eis offeratur cautio. Quæro ab extra,ſi iſte filius contraxit extra mercem peculiarem, an alij fratres tenebuntur poſt mortem patris conferre ad iſtud debitum.dic quòd non,ut probatur in hac litera,cum tunc nec pa-
4 ter teneatur.† Quæro quid ſi pater c dedit filio mercatori mille,
c ad mercandum,ex quibus multa eſt lucratus:an iſtud lucrū totū ſit fratribus communicādum,dixit Bar.ꝙ quia pro parte dimidia lucrum attribuitur operæ,pro parte dimidia pecuniæ argumentum.j̄.pro ſo.l.j.labor enim,vt pecuniæ diuiſionem recipit. argumen.ff.de an.leg.l.Seio.in princip.& ſic dimidiam,quæ attribuitur operæ,vt aduentitium habebit præcipuam.arg.ff.ad l.falc.l.ſi hæres.aliam dimidiam;vt profectitiam communicabit,& cum ipſis, diuidet.ita notauit ipſe hic.& in l.fi.in prin.j̄.de bo.quæ lib.Sed alij dicunt.quod totum lucrum eſt profectitium attenta magis pecunia,quàm opera,ex eo,quia peculium recipit incrementum. & totum incrementum cum ipſo capitali cenſetur unum peculium,& eiuſdem generis,non diuerſi.vt ff.de pecu.l.peculium naſcitur. Nec obſt. ratio in contrarium facta : quia tunc lucrum operæ ē aduētitiū,quādo operatur ſibi,& non patri ſicut de vxore, & viro dicitur.vt ff.de ope.lib.l.ſicut. Confirmatur ratione oppoſitorum,quorum par debet eſſe diſciplina.Nam ſi ponamus ecōtra,ꝙ non ſit lucratus.ſed perdiderit , non tenetur iſte filius damnum pro aliqua parte fratribus reſarcire,imo fratres ſibi conferūt ad damnum , ut hic , ſicut ergo totum damnum eſt commune, ita,& totum lucrum.argum.j̄.de fur.l.manifeſtiſſimè.§.ſed cum ī ſecunda. Et ſic concludendo dicunt,ꝙ lucrum totum, & mercātiæ emptę omnes ueniunt diuidendæ,quia ſuccedunt loco pecuniæ,quia peculium eſt,quid vniuerſale.Et ꝓ hoc accedat.l.cum tabernam.in princ.ff.de pign.act.Nec obſt.l.j.inf.pro ſoc. quia ibi ē ſocietas,hic obſequium,& hæc opin uerior uidetur de rigore. ſed de quadam æquitate , ne inuidia oriatur inter fratres,& ne frater, qui lucratus eſt ex induſtria, lugeat lucrum ex eius induſtria factum,&ne detur occaſio malignandi,uel negligendi ſibi commiſſa,vel minus fideliter operandi,dicendum eſt totum hoc committendum arbitris in hoc electis,ut boni viri arbitrio hæc dirimant: & dimidietatem lucri non ſemper cum opera , uel induſtria , penſent. cum multoties lucrum procedat à fortuna magis quàm ab induſtria.Conſiderent etiam huius filij creditum,cum multoties

ADDITIONES.

a Certum. An peculium profectitium ueniat conferēdum.uide Bar.in l.filiæ licet. j̄.de col.ꝙ non ubi tex.uide tex.in l.ſi frater à fratre.iuncta glo.in uer. cōſecutus.de condi.indeb.

b Item no.ꝙ condemnatus.Facit ad hoc l.ſi fideiuſſor.& l.ſi poſtea.cum ſua mēte. inf.man.& fideiuſſor,pro uenditore.ff.de fideiuſſo.

c Quid ſi pater.Adde Socin.conſi.92.incipien.circa primum huius uer.cir. ſecūdā dubitationem.in 1.parte.& conſi.162.incip. conſiderata contingentia caſus. uer.quibus præſuppoſitis.conſequi.in 2.parte.& conſi.192.incip.capio difficultatem.uer.4.conclu.in 2.parte.ubi hoc idem alleg.& firmat.adde,quid ſi filius de quo hic,qui cum pecunia patris negotiabatur,poſt mortem patris in illa negociatione perſeuerauerit.an lucrum,& damnum ſit conferendum,uide de hoc Bal.in aut.ex teſtō.j̄.de coll.ubi multū hēs utilia ad huius l.intellectū.et de his quęſitis uide Bar.in l.Titium,& Mæuium.§.alte.ff.de adm. tu. Bal.in l. ſi patruus inf.commu.utriuſque iud.

ties propter creditum,seu fidem p̄batam multum fiat lucri absq; interuentu pecuniæ,ac etiam quid alij fratres fuerunt operati. & ita ex bono,& æquo dijudicent,cum sit amare,& infeste,inter fratres hæc non sunt pertractanda.argumen.ff.de do.inter vi.& vxo.

5 † Quæro quid si filius rusticus in agro patris laborauit cū bobus, vel ligone,& similibus,dic quòd patri quærit pleno iure,& sic in diuisione fratribus imputare nō pōt,talis enim opera,& impensa cohæret ipsi rei,argu. ff.de rei ven.l.si in area. Item.q̄a est simplex, opera consistens in facto,non in animi industria.l.j.ff.de ope.libe. Sed quid de soluto pro filio liberando à condemnatione,vel capti uitate facta de eo,dic aut soluit filius:aut pater.& prosequere distīguendo secundum Bar.in l.Stichus.de pe.le.vbi ipse latius pertractat,q̄ faciat Gui.de cu.in l.frater à fratre.ff.de condi.ind.& cū casus occurret,ea diligentius examinabo,& s̄m facti varietatem, & tui intellectus perspicacitatem decide, vt iuri tibi videbitur congruere.

L E X XIIII.

1 *Euictio ex consensu,uel ex diuisione iudiciali debetur.nu.3.& 4.*
2 *Euictio,an debeatur pro parte rei euictæ.*
5 *Euictio non debetur,nisi cautio prius detur.*
6 *Euictione si non agatur,an scientia,uel ignorantia requiratur.*
7 *Stipulatio de euictione interposita prodest ei,cui feudum assignatur.*

a 1 Si familiæ. a † Ex diuisione iudiciali,vel consensu alij debetur euictio,nisi actū sit de ꝯrio.h.d. Et ī ordine tex.& literæ hæc lex diuisionem non patitur, quia uno constructu clauditur.sed in ordine intellectus quatuor facit, quia pri-

2 mo vult,ꝙ euictio† non debeatur, si hoc est actum inter cohæredes.Secundo,ꝙ vbi hoc non est actum.disponit euictionem dēri. Tertio pro quanta parte debeaṫ declarat.Quarto qua actione petatur.Hæc omnia ex litera ista colliguntur.iō in positione casus forma tres casus:videlicet,an euictio debeaṫ,& pro q̄ta parte , & qua actione petaṫ.Et primam q̄ōnem solue:q̄a aut est actum, vt dēaṫ, vel non debeatur,& illud serua,aut nihil est actum, & tūc euictio debeṫ,& est soluta prima quæstio, sed nō p̄ solida re euicta.sed p̄ parte.i.pro rata,qua est,hæres is qui conuenitur,& est soluta alia q̄stio,& petitur hæc euictio actione p̄sc.ver.& est soluta ultima quæstio.Nota quę habes in summario. Item quòd ex conuentione n̄ debeṫ euictio,vbi aliàs dēreṫ.Itē ꝙ nō p̄ solida re dēreṫ. Itē ꝙ præscrip.ver.petiṫ,qđ mirādū vṙ.vt j̄.dicā.Op.primo.ꝙ tex.implicet ꝯdōnē in narratione facti:q̄a primo dicit,ꝙ nihil sup̄ euictione ꝯuenit, & stati in declaratione,vel expositione quā facit.dicit oppositū,dū subiungit.i.vnusquisq; euentum suscipiat.vt So.in prima gl. in princi.ꝙ illa verba non stant declaratiuè nec expositiuè , sed exemplificatiuè,qđ declara,vt in gl.vsque ad versi. nam vnaqueq; res,&c.† Opp.2.ꝙ euictio non debeatur p̄ parte rei euictæ: imo p̄ solida re euicta,vt j̄.de sen.l.si libera. & de euict.l.si prędium.vt ff. de sol.l.si aliam.Sol.ꝙ in illis legibus in re euicta non prætendebatur communio aliqua,nec ex causa communionis res fuerat assignata,hic sic.vnde in casu nostro ubi vnusquisq; hr̄dum in parte sibi assignata p̄tendebat communionem,non dicitur pro ea rata, p̄ qua est hr̄s aliq̄d recipere à cohærede.Sed demū pro rata cohęredis sui,ideo pro parte cohæredis, & nō pro sua agit de euictione in contrarijs aūt totum ab alio receperat,ideo pro toto de euictio

3 ne agit.& hoc vult gl. usq; ad uer.pro parte igiṫ.† Oppo. 3.ꝙ ex diuisione iudiciali non detur præscrip.uerb.actio.q̄a hoc nunquàm fuit auditum,ꝙ ex sn̄a daretur alia actio q̄ in factum,vel iudicialis,vt l.actori.j̄.de iureiurā.Item quia actio prescr.ver. ex ꝯtu innominato expresso,vel resultante nasciṫ,ut ff.de præscr.uer.leg.1. & supra.de pact.l.in bonæfidei,& ibi no.Sol.vt in dictis subsecuti ue in glo.colligitur:videlicet,ꝙ hic in hac diuisione iudiciali est, quasi quidam contractus p̄mutationis.Nam,& index qui diuidit agit p̄mutare partem vnius cum parte alterius, iō præscri.verb.datur,vt hic.& ff.eodem.l.heredes.§.pe.& j̄.comm.utri.iu.l.si fratres

4 & hoc vult gl.vsq; ad ver.si ergo.† Oppo.4.quòd euictio non dēatur ex diuisione iudiciali,nisi de hoc à partibus sit cautum.vt.ff.eodem,l.hæredes.§.pe.& ff.communi diui.l.item quāuis.§.fin.Sol.ut no.in d.§.pe.quia aut fuit confessus contrarium,& male,q̄a cōtra testamentum istud,ideo dic melius ꝙ ibi ad cautelam,& ex abundantia loquitur,non,ꝙ cautio sit necessaria.vt hic.Vel dic,ꝙ illæ. ll.debent intelligi in casu quo aliàs sine cautione euictio deberetur,ut quia sciēti qualitatē rei essent adiudicatæ,quo casu euictio

5 non debetur.vt no.hic pro gl.in fin.† Oppo.5.quòd imo cautio sit necessaria,aliàs euictio non debeatur,vt j̄.cōmuni. vtriusq;.iud.l. si fratres.versi.nam si.& l.si fundus.j̄.de euic.So. Ibi in ignoranter recipiēte rē alienā,vel alteri obligatā,hic in sciente,& spontè recipiente.Et p̄pea dico, ꝙ in diuisione iudicaria sciens sibi nō præiudicaret quominus de euictione ageret cum iudiciaria fiat in inuitum.vt l.inter stipulantem.§.sacrā.ff.de verbo.obli.Cōclude igiṫ, cum gl.& latius sic.aut in diuisione est aliquid cōuētū sup̄ euictione,& illud serua.aut nihil est cōuentum:et tunc aut res euicta fuit à sciēte recepta,& tūc si diuisio fuit conuētionalis,de euictione n̄ agitur.vt d.l.si fratres.in fi.si iudiciaria.tunc de euic.agitur, q̄a hoc iudex sem p̄ agere dicitur,& quia iudicium redditur in inuitū.Aut fuit ab ignorāte recepta,& indistinctè agiṫ de euictione, ut hic cū simi.Nec ob.prædictis.j̄.com.de le.l.fi.§.fi. ut ibi no. Op. 6.dixi, qđ ubi est cōuētū.ut de euictione nō agaṫ,qđ tunc agiṫ, imo uṙ,ꝙ agaṫ ad p̄iudiciū,licèt nō ad interesse.vt ff.de act.emp.l. emptorē. §.fi.So,ut in gl.uidelicet,qđ aliud est in uenditione huius rei,quia tūc precium.non extenditur,ad uerum preciū,nisi expressim dicatur,ut ibi,aliud in diuisione,quia tūc p̄ciū ad uerū preciū extēdiṫ. vt hic.vbi hæc litera indistinctè loquiṫ.Et est rō , q̄a diuisio instar hēt p̄mutationis.vt s̄.nota.& hic in gl.& per ꝯñs mutuū, & vicissitudinarium ē hēre inde periculū,& sic pp mutuum periculum,

b hoc euenit.& h.d.hic notabilis gloss.b Et licèt gl.nil alleg.Gui.inducit,q̄a pp mutuum periculum tolliṫ occasio cōquerendi, & denegādi q̄d aliàs concederet.vt l.fideicom.s̄.de transa. & l. si pater puellæ.ff.de inoffici.testa.Sed his non obstantibus gl.nō videṫ bene dicere,quia mutuū p̄iculum nō impedit,quominus de euictione agetur,casus est hic.& in l.si fratres.j̄.tit.2.Pactum igitur p̄pter mutuum p̄iculum non debet plus operari,q̄ oparetur si periculū, mutuū nō esset,sic solum pp interesse actionem habet impedire, non p̄ vero precio,præterea ratio mutui periculi non est generalis.Quid enim si ex vna parte sit res p̄pria,ita quod periculū euictionis cessat;ex altera parte sit res aliena,& sic non cessat p̄iculū, videretur,ꝙ tunc pactum nō impediret euictionem, saltem in p̄cio.quod non videtur verum,imo tātofortius, vbi sciēs recepisset. vt d.l.si fratres,& ita cogitandum relinquo.Oppo.7.ꝙ de euictione non agatur,nisi sit dictum.vt ff.de leg.j.l. si domus.§.j.Sol.vt in gl.quia ibi in re legata.de quo dic vt ibi no.& in l.si rē alienā.s̄. de le.hic in diuisione,& permutatione.Oppo. quòd idem sit in diuisione:vt s̄.eodem l.cogitatione.Solu.ut in gl.quod ibi in diuisione

6 facta à testatore,ex qua nulla resultat permutatio.† Quæro primo, & ab extra,supposita op.gl.uidelicet si actū fuit,ꝙ de euictione nō agatur,quòd tunc nec ad interesse,nec ad uerum precium agitur, nunquid hoc procedat sine distinctione scientiæ,uel ignorantiæ, alicuius eorum.Dic quod siuè vterque ignorauit,siuè vterque sciuit,siuè sciuit duntaxat is qui recipit,quod opi.illa procedere videtur.Sed vbi recipiens,àquo res est euicta,ignorauit,alter autē sciēs fuit,tunc ne dolus eius sibi patrocinetur,pactum nō impedit, quo minus ad uerum pactum agatur.argum.l.emptorem.§. fi. in fi.ff. de act.emp.& licèt illa.l.loquatur in emptione, & uenditione , in qua non est mutuum periculum,tamen ratio,quæ ibi hoc operatur,locum habet in casu nostro.& ubi rō est eadem,contract9 iste diuisorius emptioni æquiparatur. vt j̄.com.vtriusq.iu.l.j.cū ibi nō. Quero.2.cum Gui.fundū communē diuisi cum Titio,pars mea ē euicta.an Titius mihi de euictione teneatur. Et uidetur ꝙ sic per hanc.l.& j̄.titu.2.l.si fratres.sed dicit ipse distinguendum esse, aut ius euincentis respicit rem totam,& tunc non teneaṫ,cū & pars, Titij sit in causa euictionis.Aut ius euincentis respicit solum partē euictam,tunc tenatur,quia aliam partem habet liberam,& sic nō sumus in pari periculo euictionis,& ita etiam tenet Baldus. sed ego, uel non intelligo quæstionem,vel decisio est contra istum tex, & dictam.l.si fratres.& contra notata in quæstione seq.Quæro cū

c gloss.c defunctus possidebat allodium.id est fundum iure plenæ proprietatis,& feudum , vni ex hæredibus per diuisionem consensualem , uel iudicariam obuenit allodium,alteri feudum,ille qui habuit feudum,decessit relicta vna filia, quæ in feudo succedere non potest,& sic res est reuersa ad dominum , quæritur, an ista filia quasi res sit euicta possit agere de euictione contra patris cohæredem,& dicit gloss. quòd non,nisi pater de euictione fuisset stipulatus,mouetur ex eo , quia res ista habetur pro interrupta naturaliter,vel facto,& sic non debetur euictio.ff.de euict.l.si seruus.Natura autem huius feudi est, ut reuertatur ad dominum, ergo, &c. Item quia defunctus, qui contraxerat, in ea forma, uidetur causam prestitisse euictioni. & sic euictio non debeatur.ut ff.de euic. l. si seruum.l.fundamentum. Tertio , quod pater huius filiæ accipiendo hoc in diuisione, debuit cogitare, hoc est secūdum naturam rei posse euenit.vñ tanquàm sciēs,uel scire dēns sibi imputet,si sibi nō fecit caueri,de euictione.vt j̄.ti.2.l.si fratres in fi.No.ex ista gl.primo,ꝙ feuda ueniunt in diuisionē, saltem p̄ assignatio-

A D D I T I O N E S.

a Si familiæ. Adde Bar.hic & tex.in l.si fratres.j̄.com.utriusq.iudi.ꝙ limita uerum, nisi sciens res alienas,uel alteri obligatas acceperit,quia tunc euictione,q̄s nō tenetur,nisi promiserit secundum Bar.in d.l.si fratres.& ibi casus. item uerū si fiat a partibus,siue a iudice,secus si a patre uiuente,secundum Bal.hic,& ī l.cū alienam.j̄.de le.& Bar.in l.cum pater.§.euictis.de le.2.uide per Franc.Por. in tract.de duo fratrib.2.par.71.q.& vide plenius per Ale.in l.qui Romæ.§. duo fratres.de uer.ob.in vj.char.& in ult.co.

b Hic notabilis gl.Vide Bar.hic,& in l.qui Romæ.§.duo fratres.in xi.q.de uer.ob. latius in ult.q.& hanc gl.singulariter tene menti.

c Quæro cum gl.Adde tamen Bald.qui dicit in c.i.§. præterea ducatus.de prohib. feud.al i.per Feder.quod fratres marchiones diuidunt,sed hic qualiter intelligi debeat.uide in c.imperator lotharius,in cō.feu.Et in materia feudi no.hanc pulchram,q.gl.& ad materiam ampliandam,adde do.Soci. consi.19. inci.pro decisione prædictæ,uer.quinimo fortius,cum uer.seq in prima parte. quod si quis feudum receperit pro se,& filiis masculis,seu descendentib.suis tā masculis,quam fæminis,tamen filia fęmina non succedit superstite filio masculo sed excluditur, & defuncto masculo feudum reuertitur ad dominum , quod est fortius,

a assignationem.a Secundo,qđ vbi res euincitur ex qualitate rei : & euictio non debeaṫ. qđ gl.intelligit in sciente qualitatem,& naturā rei,ita ꝙ debuit sibi p̄spicere.Et p̄ hoc bñ facit.l. si q̄s domū.§. pe.ff.lo.Sed Pe.dixit,ꝙ ēt si ignorans fuit,non p̄t agere. Nā de euictione inquit ipse non agiṫ,nisi pp defectū iuris autoris res euincatur.vt l.hoc iure.l.seq.ff.de euic.Sed gl. vera, & rō ista potius facit p̄ ea,vt ignorans agat.quia sibi non vt feudalis assignatur.& sic ex defectu iuris autoris euinciṫ.vel dic,ꝙ Pe.dicit verum, vbi sciebat factum,sed ius ignorabat.vbi aūt ius,& effectum gl.verū dicit.Tertio,ꝙ in diuisione iudiciaria sciēs accipiens non agit de euictone cuius ꝯrium.s̄.dixi:q̄a iudiciū reddiṫ in inuitū.sed forte protestatio est necessaria,vt sic iudex caueri faciat. vt dixi in quarto cōtrario.

7 † Quarto nota , qđ stipulatio simpliciter interposita de euictione prodest isti,cui feudum est assignatum, si ex natura feudi reuertiṫ ad dñm,ēt si sciēs iste fuerit.Quidā dicūt,ꝙ stipulatio ista nō debet simpliciter interponi seu generaliter.sed specificè in hunc casum: puta si contingat feudū p̄ successionem finiri.q̄a p̄ talem finē propriè non euincitur,sed finiṫ,& ex causa superuenienti,& noua, nō antiqua.& potuit talis stipulō verificari in casu alio , in quo propriè fiet euictio.Cautela est igiṫ,vt gn̄aliter, & sp̄aliter in hunc ca-

8 sum interponaṫ stipulatio.† Quæro iuxta p̄ximā quæstionē , quid si feudum in casu p̄dicto non reuertitur ad dñm,sed ad patruum

b huius puellę b,cū quo pater diuisionē hr̄ditatis fecit. vt est videre in feudo antiquo.vt in ix.col.in ti. de suc.feu.c.j.in prin.& in §.filia. an huic patruo obstabit exceptio,quē de euictiōe tenet actio , &c. ꝙ videṫ,ꝙ sic,vt ff.de eui.l.vendicātē.ꝯrium tenet Guil. đ Suza.& Gui.đ Cu.q̄a n̄ venit ꝯ diuisionē ex facto suo,nec ex iure antiquo, sed ex facto puellę,q̄ non succedit,q̄a fœmina in hoc feudo, ex iure superuenienti s̄m naturā feudi.ar.ff.de eui.l.si seruus.& sic non ob.d.l.vendicantē.Nec tenebiṫ huic puellę partē facere de allodio, quod sibi obuenerat in diuisione.cū illud ex diuisione legitime facta possideat, q̄ ex iure superuenienti non est retractanda. vt l.sancimus.j̄.de admi.tu.& in c.actum legitime.extra.de reg.iur.li.6.

A D D I T I O N E S.

a Per assignationem. Adde,quod licet feuda sint indiuisibilia,tamen possunt per iudicem vni insolidum assignari in iudicio diuisorio , ut per d . Socin.consi.145. incip.visis inuestituris.ver.3.respondetur.in 2.parte. item adde , quod feudum regulariter dicitur diuisibile præter feudum francum , & feudum habens annexam dignitatem,vt per præfa.do. Soc.in d.consi. in ver.8. respondetur.versi. præterea prædictum.circa medium.& an feudum dignitatum . vt ducatus comitatus,sit diuisibile de consuetudine,vel de iure, & qualiter intelligatur.c.imperialem.§. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Fede. uide præfa. do. Soc. d. consi. uer. cir . secundam dubitationem , cum uersi. seq. uer. j. per tex. cum ver. sequen. in quibus est permissa diuisio , & in quibus non.& ibi habes per eum declaratum.c.imperialem.per x.not. declarationes quas vide omnino.

b † Sed ad patruū huius puellæ. Tu uide de hoc Bar.in l.i.ad fi.versi.sed an diuisio. j̄.quando non pe.par.& secundum ibi no. intellige gl.istam , de qua etiam per Bald.in c.si quis miles.in tit.imperator Lotharius.in usib.feu.ubi limites hoc dictum,ut ibi per eum.

L E X XV.

1 *Dominium non transfertur ex placito,vel pacto diuisionis.*
2 *Iudex diuidens,paternam non tenetur diuisionem sequi.*

Si diuisionem. Primo, qñ ex diuisione secuta fuit traditio.Scđo,qñ nō fuit secuta.scđa ibi, si vero.Casus.traditio ex cā donationis transfert dñiū:nō aūt eius pactū.q̄nimo,ex nudo diuisionis pacto nō daṫ actio.h.d.Pone casum in terminis,qđ duo fratres diuiserunt hr̄ditatē paternā,moriṫ alter corū relicto filio sibi hr̄de,q̄ reperit patruū oīa bona p̄rna possidere.Ipse autē vellet partē paternā vendicare.q̄riṫ de remedio.& rñdeṫ distinguēdo,aut post diuisionē traditio fuit secuta,aut nō.&

1 p̄sequere,vt in lr̄a patet.† No.quod ex placito diuisionis nō trāsfert dñiū,sed traditione secuta. Cōcor.s̄.de pac.l.traditionib. Or attēde,ꝙ non totius,sed illius p̄tis q̄ dicitur tradita , & p̄mutata.ut s̄.eodem.l.p̄xi.Aliā aūt partē possidet iure hr̄ditario, & illa pars dicitur ei diuisa,nō tradita.& hoc est vtile,si tractareṫ,de vsucapione fienda ex titulo diuisionis,vel hr̄ditario.Itē not. quod ex nudo pacto diuisionis non datur actio.Concor.ff. de pac.l.diuisionis placi

2 tum.† Quæro ad declarationē huius tex.in fi.an iudex in diuidendo debeat sequi diuisionem paternā.dicit gloss.quod non,q̄a cum patruus possideret,diuisio p̄rna solo verbo facta non est efficax ad agendū,secus si iste nepos possideret,q̄a ei pactū quò ad excipiēdū prodesset.l.3.§.fi.ff.cōi.diu.& ita intelligaṫ.l.fi.ff.eodem. Sed dices tu,si ita est, ergo patruus hic conuētus iudicio.fa.er.possidens bona poterat excipe de pacto.rñdeo , & ego fateor si vellet stare pacto diuisionis factæ. vbi igitur neuter stare vellet , sed diuisionem nouā fieri petāt audientur.q̄a ex ꝯrio consensu vtriusq; pōt abiri à prima re integra.vt s̄.de transa.l.si diuersa.& ff.de pac.l.ab emptione.vnus ergo solus alio inuito abire non poterat.Sed cōtra hoc facit,q̄a diuisio instar habet permutationis,vt s̄.l.p̄xi. & j̄.co.vtri.iu. l.j & sic contractus innominati,in quo locus est pænitentiæ , vt ff. de pac.l.iurisgentiū. §.j.& clarius in l.si pecunia. in prin.ff. de cōdi. ob turpē causam.& ibi no.Sol.quod nō ex toto est p̄mutatio,q̄a & in aliquo participat cū empt.& vendi.in qua non est locus pęnitentiæ.vt no.in d.l.j.j̄.cōm.vtri.iu.vel aliter, diuisio nō tam est contractus q̄ distractus faciens sopire discordias,quas communio consueuit excitare.ideo locus non est pęnitentię.ar.l. q̄uis.s̄.de trā.cū si. Op.ꝙ etiam ex nudo pacto agatur,& ex quo habeṫ,causam an-

a nexam.vt in c.j.extra.de pac.Sol.aliud de iure canon.a quod seruandum est in ecclesiastico foro.

A D D I T I O.

a Aliud de iure canonico.Tu uide de hoc Dy.in §.in personam.circa medium tertiæ col.& ibi do.meum Ia.May.nu.5.institu.de act.nota Barto. in l. legem.nu. 1.& ibi dixi in apostil.ad ipsum in uersi.non oritur actio.in 1. lect.sup. đ pact. dixi.post Bal.in l.cum his,nume.17.uer.& ideo in apostil.in uersic.forma uerborum.sup.de iur.& fac.ign.dixi post Collecta.in c.i.num.3.in apostil.in uersi. agi pōt.extra.de pa.no. plene Fely.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.co.xvi.uer.tertius effectus.ubi ponit multas limitationes ad hanc reg.extra.de const.đ quibus vide Bar.Soci.in suo tracta.fallen.re.ix.qui prædicta non alleg.Roman.consi.30. & Alex.consi.41.uol.3.& cons.16.secundum minorem numerum.ver.quid autem.uol.2.

L E X VII.

1 *Testamentum quandoque pro codicillo sumitur.*
2 *Dispositio quando inofficiosa dicatur.*
3 *Testamentum quando solenne dicatur,& quando non.*
4 *Testari quando quis dicatur,& quando codicillari.*
5 *Pater in codicillis,an possit liberos directo hæredes instituere.*

Filij. Ista lex diuidiṫ p̄ Ia.de Arc.& alios doct.in duas.sed diuersimode.Nā dicit Ia.de Are.ꝙ ī prima p̄te p̄r cōtulit filio p̄ modū quotæ id qđ poterat,vel nō poterat ad quartā sufficere.In scđa parte cōtulit p̄ modū rei singularis, n̄ quotæ.nec collatum sufficit ad quartam,secunda ibi,sed,& si.Alij vero dicūt , ꝙ in prima p̄te fuit solēniter testatus,uel codicillat9, nec curaṫ p̄ modū quotę,vel rei singularis,dūtamen in testamento verba sint apta ad substōnem,& dūmodo adsit solēnis numerus testium.In secūda parte non fuit solenniter testatus,nec codicillatus, pars secūda non mutatur.Et ista scđa diuisio melior summarie,& gn̄aliter, & in nube loquendo.h.d.Quęlibet dispositio p̄aterna ēt nō solēnis, dūtamen inofficiosa dēt in diuisione hr̄ditatis p̄ iudicē inter libe-

1 ros seruari,salua falcidia.h.d.† No.ex prima,& secūda parte simul iūctis ac ēt ex secūda,& pe.gl.ꝙ testm̄ latè sumpto vocabulo comprehendit ēt codicillum.quia,& codicillus est testatio mentis.ut inst.de test.in prin.Et ex hoc dicebā in Ferraria.Cū quidam iure libelli certum feudum haberet ab ecclesia sancti Bartholomæi cū p̄tāte relinquendi,cui vellet in suo testamento,ꝙ ille potuit ex illa p̄tāte relinq̄re in codicillo. Tum,quia codicillus latè sumpto vocabulo ē testm̄,ut hic.tum,q̄a illa facultas concessa nō concernit hr̄dis instōnem,sed legatum tm̄. Itē no. qđ t̄pe huius.l.dispositio

2 inofficiosa inter liberos nō est seruanda.ut hic in prin.† Sed p̄ huius declaratione quæro,quando intelligitur inofficiosa. rñdeo qñ legitima,ei integra relicta non erat.ut s̄.de inoffi.testa.l.cum quæritur.& l.omnimodo,& l.scimus.in prin.Hodie aūt talis uoluntas seruatur,sed ad supplementum agiṫ.ut l. omnimodo. & l.scimus. Et hoc si dispositio aliter sit solēnis.ut j̄.dicam.dicit etiam glo.hic sup̄ verbo inofficiosum,ꝙ testamentum est inofficiosum , in quo filius immerēter ē exhęredatus.subiungit.uel ēt p̄teritus,latè sūpto uocabulo,&c.Circa istā p̄teritionē insurgit dubium,an defectus ti.institutionis inter liberos vitiet institutionem , de quo remitto ad no.in auth.nouissima.sup.de inoffi.test.Istis ergo duobus casibus,qñ testamentum est nullum,uel rescinditur ex causa pręteritionis,vel exhæredationis,testamētum nō seruaṫ quo ad quotam institutionis,sed quo ad alia.dic, vt in authē. ex causa. inf.de

3 lib.præter.† No.2.quod quando de solēnitate testamenti nos loquimur,propriè loquēdo intelligitur respectu numeri testium nō respectu præteritionis,uel exhæredationis,quia illa eius innofficiositatem concernunt.Quæro igitur, quando testamentum dṙ mi-

a nus solenne,rñdit gl.qñ nō habet septem testes,a similiter codicillus non est solennis,quādo non habet.5.hanc enim solennitatem ius commune requirit.vt j̄.de codicil.l.fi.§ in omni.Nota.modo quarto,quod ex minus solenni testamēto inter liberos facto succeditur ab intestato,ut hic in litera.Contra quod facit,q̄a imo ex testamento licet imperfecto.ut j̄.de testa.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.Et potissime ex eo,quia lex cōfirmat tale testamentū. vt j̄.eod.l.fi.ergo valere dēt iure testamēti,vt in mili. testō dṙ in l. 1.& l.diuus.ff.de te.mi.Et ex eodem posset adiri hæreditas,ut ff.đ test.tu.l.si hæreditas.§. qui filium. cuius cōtrarium hic dici uideṫ. Sol.vt in gl.super uerbo abintest.Quod q̄dā fuerūt q̄ expressim tenebāt,ꝙ ex testō isto non poterant liberi hr̄ditatem adire. & mouebātur p̄ hanc.l.& per l.fi.ad fi.inf.cod.& p̄ d.l. hac cōsultissima. §.fi.j̄.de test.Rñdebāt ad §.ex imperfecto.qđ ibi non dṙ, ꝙ testm̄ ualeat.sed qđ uoluntas seruatur,quod intelligendum ē ab intestato ut hic.& inf.e.l.fi.ad fi.Nec ob.qđ circa prin.e.l.dṙ, ꝙ dēt intelligi

A D D I T I O.

a Quando non habet vij. testes.Adde d.Socin.consil. 229.incip. primo respectu. uer.quibus tamen non obstantib.in prima parte.quod ut testa.ualeat pro solennitate requirit.7.testes.alias testamentum tanquam minus solenne est nullū. & an,& quando ualeat cum quinque testibus. uide per præfa. Soci.in d.consi. & uer.nec huic conclu.cum uersic.seq.& quot testes requirantur in testamento,in donatione causa mortis,& codicillis,uide præfa.d.Soci,cons.3.inci.quāuis ex his,uer.quare cum.B.circa medium i.parte Adde ad hanc materiā,quādo ualeat testamentum minus solenne inter liberos.Bald. in l.fi.co.pe.uer.de scriptura manu testatoris.inf.de fideicom.& in aut.quod sine,uer.quæro nunquid sufficiant.inf.de testa.et Alc.consi.86.uol.4.

ligi ſm fi.ſ.ab inteſtato.Sed gl.opi.iſtorum nõ ſequitur. imo dicit, ꝙ ex teſtõ iſtõ poteſt adiri hrditas:quod ēt ſequor. qa hoc teſtm̃ licet nõ ſit ſolēne ſm ius cõe,eſt tñ ſolenne de iure ſpāli iter liberos,ergo de eo idē dicēdũ. qđ de quolibet alio teſtõ iure ſpeciali valido.de quo non eſt dubiũ,qđ ex eo põt adiri hrditas. vt dicit in militari teſtõ.l.milites.ĵ.de teſt.mili.Item, quia text. eſt,ſi nõ cauillēt in d.§.ex imperfecto.quia de validitate teſtamenti, & non voluntatis ab inteſtato ibi tractatur,vt ex ſubiecta materia, & ex tit. in quo ponitur,probatur.Nec ob allegata in op.quia nõ d.l.hac ꝯſultima.§.fin.quia ibi non de filijs, ſed de aliis ſuccedentibus abinteſtato loquitur,vt hic no.Non ob.hæc.l.& l.fi.ĵ.e.qa rñdeo tripliciter.vt hic in gl.primo,quod hic nõ excludit ſucceſſionē abinteſtato.licet dicat, ꝙ ſucceſſerint abinteſtato.qđ patet, qa nõ diſpoſitiuè,& neceſſitatiuè hæc verba ꝓferũtur,ſed enũciatiuè propter aliud.quinimo aduerſatiua licet,vel ḡuis,vr̃ implicare, qđ ex teſtõ ſuccedere potuerunt,ſed omiſerunt,& elegerũt ſuccedere ab inte
4 ſtato,vt ĵ.ſi quis omiſ.cau.te.ꝑ totũ.† Scđo, ꝙ hic loquitur in caſu,quo voluit codicillari,& nõ teſtari.& iure cognoſcet̃ ex verbis, quia ſi nõ ſunt apta ad inſtitutionē,erit codicillus, non teſtm̃.vt ĵ. de teſt.l. non codicillũ. Et ſi verba eſſent apta ad inſtitutionem.& notarius dixiſſet,ꝙ voluit codicillari,tunc quicquid iuris ſit.ĵ.dicā. Tertio, quod vbi inſtituti eſſent per quotas,erit teſtm̃.& habet locum prima ſol.vbi in certa re,erit codicillus,&ſuccedet̃ ab inteſtato tñ.đ quo gl.remittit ad no.ẽ eo.l.quoties.& dic,vt ibi dixi. Sed attēde,quia gl.ibi loqt̃,qñ per modũ aſſignationis certarũ rerũ ꝓceſſit.hic loqt̃, qñ ꝑ modũ iſtitutionis, quo caſu vr̃ teſtari, ex quo poteſt.vt l.j.ſi ex fundo.ff.de hæredi.inſti.niſi dixiſſet,quòd codicillari volebat,qa tunc ꝓcedit hæc gl.Et ita oēs ſolutiones ſunt verę ſimul iunctæ.Diſtingue igitur ſic.aut conſtat,quod defunctus voluit teſtari,vel codicillari;& illud ſerua.licet quando voluit teſtari, poſſit omitti ex teſtamento,& adiri ab inteſtato.Aut dubitatur, & tunc,aut pater proceſſit ſimpliciter per viam aſſignationis, & hñt locum not.ẽ.eodem.l.quoties.& quod ibi ſcripſi. Aut ꝓceſſit ꝑ viā inſtitutionis,& tũc aut ꝑ modũ quotæ.& erit teſtm̃,licet impfectũ ratione ſolemnitatis.vt in ll.& rationibus.ẽ.allega. Aut ꝑ inſtitutionem rei certę.& tunc ſm iſtā gl.in hoc ſingularē, & notabilē, erit codicillus non teſtm̃.propter defectum teſtiũ. ſecus ſi numerus teſtium eſſet ſolennis,quia tunc teſtm̃ eſt,vt l.j.§.ſi ex fundo. de hrdi. inſtitu.Ego autem puto,quod ēt iſto caſu ſit teſtm̃. & ex hoc poſſit adiri hæreditas ex teſtamento.quia inſtitutio per quotas, vel in re certa, æquiparatur, alio vniuerſaliter non inſtituto.vt d.§.ſi ex fundo.& l.quoties.de hære.inſti.cum ibi.no.Et ſic ex quo poteſt ī non ſolenni numero teſtium per quotas teſtari,poterit & in certa re inſtituendo. Et vtroq; caſu ex teſtamento poterit adiri hæreditas, nec inter iſtos duos caſus intereſt, quia inſtituti in re certa, nihilominus ęqualiter ſunt hæredes,ſed res illas habent iure prælegati,vt l.ſi certarum.ff.de teſta.mili.& his caſibus,quib. eſt teſtm̃, poſſunt hæreditatem adire ex teſtamento,vt ẽ.dixi.ac etiam omittere ex teſtamento,& adire ab inteſtato. Sed vnum ꝑnotetur, ꝙ ſi prædicta diuiſio inter liberos facta fuit in teſtamento, ipſa euaneſcit nec eam iudex ſequi debet.Et eſt ratio,qa vim prælegati habet,ſed prællegata eo caſu euaneſcũt,niſi ſint repetita ab īteſtato. vt ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtamenti.l.quidam.ſecus ſi hæc diuiſio facta eſſet ſeorſum à teſtamento,quia tunc ad eius confirmationem eſſet neceſſaria aditio ex teſtamento.vt no.ĵ.l. filiæ cuius. in fi.j.gl. & ff.pro ſuo.l.ſi ancillarum.§.ſi pater.& ita addit ſuper iſta gl. Thomas for.de Bononia.Quæro propter id qđ ſup. indiſcuſſum dimiſi,notarius ſcripſit,quod Titius volēs codicillari filios inſtituit hæredes,nec curo pro ęqualibus, vel inęqualibus potionibus. quærit̃, an poſſint hæreditatem adire velut ex teſtamento ſuppoſito,quod nõ interfuerit ſolennis numerus teſtiũ,vt & res ſit magis dubitabi
5 lis,& ut breuius loquar,† Quæſtio eſt,an pr̃ poſſit in codicillis libe
a ros directo inſtituere heredes[a].& videtur, ꝙ non,vt l. Scæuola.ff. ad treb.Sed Bar.in quodam ſuo conſilio dixit,ꝙ illud verum de iure antiquo,ſed de iure nouo ſic,quia ꝑmittit̃ ei teſtari inter liberos quomodo voluit,vt ĵ.e.l.fi.& ĵ.de te.l.hac ꝯſultiſſima.§. ex impfecto.& per ꝯñs in codicillis poteſt eos inſtituere directo ad inſtar militis,ut l. militis codicillis.ff. de te.mili. coniuncta.l.j. eodem.tit. Sed tene cõtra.Primo,qa,ꝙ nõ mutat̃,&c. vt l.ꝑcipimus.ĵ. de ap. cum ſi.Secũdo,quia hic eſt gl.& tex.in oppoſitũ,ſi bñ põderet̃.ſm quēm & alle.ll.huius titu.debēt intelligi.& §.ex imperfecto, loqt̃ ex teſtamento non in codicillo. Tertio, quia ſpeciale eſt in milite fauore iuris publici.& quia milites debent ſcire arma, non iura. Alij econtra vt ẽ.de iu.& fac.igno.l.j.& ĵ.de iu.deli.l.fi.in prin.& ff. de te.mi.l.j.Et qa eorum priuilegio non vtuntur extra militiam.vt l.veterani.& l.fi.ff.ad l.falci. Quæro cum gl. fi. de qua retentione hic loquatur,rñdet de trebellianica, vt in gloſſ. quam no, quia hic habes, quod ſi vnus ex ſucceſſorib' ab inteſtato eſt viſus eſſe cõtētus certo legato. vel certa portione, de reſiduo vr̃ eſſe rogatus de reſtituendo.vt in hac gl.facit.l.peto.circa prin.de lega.2.& dixi.ẽ.e. l.quoties,Et quia iſte tex.loqt̃ de trebellianica, inſurgit dubiũ, an ēt debitum iure naturæ,& ſic duas quartas detrahat filius.Et alle. Gui.& ſequaces iſtũ tex.quod ſic,quia trebellianica nõ debet eſſe excluſiua debiti iure natnræ,qa vt ęs alienũ cēſet̃. vt l.Papi.§.qñ, ff.de inoffi.te.& q̃ maior eſt trebellianica, vt ẽ.de inoffi.te.auth.no uiſſima.quantumcunq; vna,& alia uno tempore ſit detrahēda.q̃ eſt contra opi.gloſ.vt no.in l.quan quam.ĵ.ad l.fal.& in d.l. Papi§. meminiſſe.& de hoc ibi dicam.

ADDITIO.

a † In codicillis liberos directo inſtituere hæredes, Tu vide Bald.hic tenentem etiā contra Bar.num.7.verſi.vltimo quæritur nunquid pater. & ibi no.in apo. ad ipſum,in apo.in eo verſi.de quo etiam vide eundem Bal,in l.non codicillum.in prin,& ibi Alex,in apo.ad ipſum.ĵ.de teſt.

LEX XVII.

1 *Diuiſio aliquorum ex hæredibus non præiudicat cohęredibus.*
2 *Redditaum nomine quid veniat.*
3 *Abſenti, cui diuiſio præiudicat,quod remedium detur.*

Cohæredibus. Primo ꝑmittit vnũ gñale dictũ.Scđo infert ad q̃ſitũ.ſecunda ibi.vñ. Caſus
1 † Diuiſio aliquorũ ex hæredibus non ꝑiudicat abſñtibus, vel ignorãtibus.h.d.No.formā libelli:qa petit̃ hrditas,vel res diuidi,& partē cũ redditibus ꝑetētibus aſſignari.facit.l.nõ eſt.ẽ.e.Item nota,ꝙ res inter alios acta alij non ꝑiudicat, vt hic. & infra res inter alios
2 acta.per totũ.† Quæro primo,qđ ꝯtineat̃ appellatione reddituũ.
a Reſpõdeo id qđ ſupereſt, deductis oneribus,& expenſis.ff.de vſufru.leg.l.fundi trebatiani.ff.de vſufru. lega.l.defuncta. §.j. Quæro. 2.cũ fructus augeāt hęreditatem,& in ſimplici pet.hære.ueniāt.ut ẽ. de peti.hær.l.ſi poſt,an ſufficeret,ſi in libello dicat̃.peto hæreditatem diuidi,vt ex hoc itelligat̃ petitũ,ut fructus etiā diuidant̃. puto, qđ ſic ꝑ d.l.ſi poſt.& ꝑ l.nõ eſt.ẽ e.Cautius tñ eſt,ut dicat̃ cũ redditib'.ut hic dr̃.Et ubi cõi diui.ageret̃,neceſſariũ eſſet hoc dici ī libello,qa fructus nõ augēt rē ſingularē,ſed oportet,qđ petāt̃,ut plenè
3 no.ff.de pe. hære.l. item venit.§.fructus. † Quæro 3.de remedio,
b ꝑ qđ [b] diuiſio ꝑiudicet abſenti.dic primo ſeruanda ſtatuta ſuꝑ modo ꝓcedēdi ꝯ abſentes diſponētia.ſcđo ubi nõ diſponāt, citent̃ ꝑ edictũ,uel ꝓclama gñale oēs agnati,uicini,uel amici,ut ſi qs eorũ, uellet illũ defendere,debeat cõparere,& aliquo eorũ cõparēte ad defenſionē,ꝓcedat̃ ꝯ eũ defenſorio noīe,ut l.j.ī fi.ẽ.đ ī ius uo. Et ſi petat dilationē ad notificādũ principali,dēt ei dari.ut ẽ.ubi de cri. agi.opor.auct.qua ī ꝓuin.& ubi nullus penitus eũ đfendat,nec ſpe rei de ꝓximo redire,faciat actor curatorē dari bonis abſentis,ut ff. de cu.bo.dā.l.j,& ꝯ curatorē datum experiat̃,& tenebit iudicium, & ſententia,ut ff.ex qui. cau.ma.l.ab hoſtibus.in princip. Bartho,

ADDITIONES.

a † Quid contineatur appellatione reddituum, Adde,quod licèt Bar.in l fundi trebatiani,col.j.ver.ſed quęro.ff.de vſufru.dicat.quod reditus,& fructus idem ſint ſanior tamē eſt opi.Spec.in tit.de loca.§.j.col.pen.verſic.illud autem. vbi dicit, quod appellatio redditus eſt generalior,quàm fructus.quod etiam tenet glo.in c.generali.in ver.redditus.extra.de elec.lib.6.& in cle.i.in glo.in verſi. fructum extra de rebus eccl.non alie.Car.in cle.i.in prin.de deci.dicit quod propriè redditus includunt omnes prouentus, ſed promiſcue ponunt̃. & ita poteris cõcordare Bar.& Spe.de quo etiam vide Cepo.in tra.de ſerui.ruſt.præ.tit.de vſufr.

b De remedio per quod, Adde Soci. conſi.215.inci. circa primum.ver.poſtremo. fortius in ſecunda parte,vbi hoc idem allegat,& tenet.

LEX XVIII.

1 *Emptum nomine filiæ confirmatur patris morte.*
2 *Res emptæ à patre nomine filij,quando ei adiudicari dicantur.*
3 *Sumptus ab vno fratrum facti à cęteris repetuntur.*
4 *Actio familiæ erciſcundæ,& negociorũ geſtorũ ꝓ eadē impenſa nõ intētātur.*
5 *Filia res à patre ſibi,& ſuo nomine emptas,quo titulo habeat pręcipuas.*
6 *Pater donans res,vel bona filio,quibus verbis vtatur, vt dominium transferatur.& nu.ſeq.*
12 *Donatio propter merita filio facta quando valeat.*
13 *Libri dati filio ad ſtudendum,an efficiantur ipſius filii.*
14 *Filius ſtudens,ſumptus factos,an debeat in portionem ſuam computare.*
15 *Donatio librorum facta filio quæ dicatur, & an patris morte confirmetur, & an fratribus teneatur conferre.*
16 *Libri à patre ſtudēti filio collati,an debeāt poſt patris obitũ fratribus cõferri.*
17 *Pater,an teneatur filio ſtudenti de libris ꝓuidere.*
18 *Frater ſtudens,patre mortuo,non fratrum,ſed propriis aget expenſis.*
19 *Fratres,an poſſint impenſas à patre in nuptiis fratris factas repetere.*
20 *Fratres,an poſt mortem patris repetant expenſas, quas fecit in bonis aduentitiis filii.*
21 *Filius quando dicatur à patre,vt miniſter,uel ut donatarius adhiberi.*
22 *Filius ſubtrahens pecuniam patris.an patre mortuo teneatur fratribus reſtituere.*
23 *Debitum filii pro quo pater ſe obligat, an præmortuo debeat totũ de filii parte ſolui.*
24 *Fratres,an debeant fratri emendare damnum à patre illatum.*

a Filiæ cuius. [a]Primo de adiudicatione rei noīe filij emptę.Secũdo de ſumptuũ factorũ ī reb.cõib. recuperatione.ſcđa ibi,ī cõi.Prima ſubdiuidit.in duas.qa j.ꝑmittit unũ dictũ.ſcđo infert ad q̃ſitũ.ſecũda ibi,his itaq; uel potes totā diuidere ī tres partes,ut ex ꝑdictis patet.Caſus.Empta a patre nomine filij exiſtentis ī poteſtate tāquā morte ꝯfirmata adiudicāt̃ ei,ut ꝑcipua,ſumptuſq; bo.fid.facti in hæreditate repetunt̃ fam.her.uel neg ge.

ADDITIO

a Filiæ cuius. Vide d.Alex, poſt Imo, in l.quæ dotis,ff. ſolu.mat, referentem duos alios intellectus ad iſtam,l.& ibi vide Bal,Sed limita,& intellige hanc.l. prout hic Bal.in 2.col.Et adde Bar.hic,& in l.fi.de pe.lega.& contra Bartol. hic tenet Bal,in 2.q.in 4.col,Et ad q.Bar.adde Ro.conſi,145.& in conſi,114.i.lib.

1 neg.ge.act.hoc dicit.† No.primo,quòd emptũ noīe filiæ confirmatur morte patris & ꝑcipuũ adiudicat̃ filiæ.Sed iuxta hoc dubitat̃, nunqd ad verificationē hui' dicti reqratur,ꝙ res fuerit ꝑ patrē tradita filiæ,vel nõ.Et dixit Ray.mal.& Bar,qđ traditio requiritur.aliàs ſolum nomine filiæ videretur accommodatum in inſtrumēto emptionis,& cõtēplatione pr̃is.& ſic morte nõ cõfirmatur,vt ĵ.đ caſtren.pec.l.j.li.12.Alij dicũt,ꝙ traditio fcā filiæ nõ reqrit̃.primò, qa iſte tex.hoc non ſupponit.ergo,&c.vt ĵ.de cad.tol.l.i. §. ſin aũt à deficiētis.Scđo,qa,vt hic dicit gl.ꝯfirmat̃ morte, vt quaſi legatũ. Sed in eo ꝙ habet vim legati nõ reqrit̃ traditio vt l.Lucius.el. 1.& l.legatum.ff.de leg.2.imo traditio legati eſſet diſſolutio.'vt d.l Lucius.fatentur,quòd ſi ꝯfirmaretur donatio,traditio requireretur.ar.l. Papi.ff.de do.inter vi.& vxo.& ar.l.1.ĵ.ſi quis alteri,vel ſibi Mar.ſi. dixit,quod ſi traditio hic non interuenit,dicēdũ eſt, ꝙ pater non tm̃ noīe filii emit,ſed etiā vltra declarauit qđ filiæ eſſe volebat.& de hac volũtate cõſtabat iõ filiæ,vt quaſi legatũ debet̃,ꝙ ſi in teſtamento,vel codicillis hāc voluntatē declaraſſet,vt legatũ deberet̃. vt.l.fi.ff.de pe.le.Ego ad iſtum tex.neſcio ſubauditiones facere: qa nõ video cām quare,nec leges ad hoc mouere debentes.dico igit̃, ꝙ vbi pr̃ emit noīe filiæ,ex hoc ſolo vr̃ velle,ꝙ habeat filia rē emptā ꝑcipuā poſt eius mortē,vt in iſto tex.ſingulari, & notabili.nec enim ē donatio:quia tũc ad traditionē nec ad ſtipulationē filiæ ē ꝓceſſum.nec legatum,quia in teſtõ,vel codicillis non eſt factum: ſed in contractu, & ex̃ contractu ſic formato eius volũtas collig̃t̃, & ꝑſumitur,iõ vt quaſi legatũ debetur, vt in glo. Et intelligo, ꝙ noīe filiæ emerit,ut litera iacet,nõ ꝓprio.licet eius ꝓpoſiti fuerit,vt daret filiæ,qa iſto caſu benè requireretur traditio, non primo,ut hic.nec ob.l.1.ĵ.de caſtren.pe.li.12.ꝑ q̃ Ray.& Bar dicunt, qđ traditio non reqritur,quia ibi pater viuens erat,& ibi dr̃ qđ pr̃is viuētis ſunt.qđ hic nõ negat̃.nec ob.l.1.ĵ.ſi qs alteri,vel ſibi.qa ibi vxor ſibi emerat,licèt de pecunia mariti,vnde caſus eſt ibi diuerſus, nec l.2.in eodem tit.qa illa in emācipato loqtur nec ob.l.fi. ff. de pe.le. quæ fortius vrget. Nam ibi vr̃ caſus,qđ ſi pr̃ mutuat cētũ noīe filii ꝓ filio,illa centum non debent̃ mortuo pr̃e,niſi expſſum pater ei legaſſet peculiariter,in qđ ei intelliguntur conceſſa:quia ibi in cõtractu mutui qui re contrahitur,& ſic ad pecuniam pr̃is, ſuꝑ quo fundat̃ reſpectus habetur,hic in contractu emptionis, qui conſenſu pficit̃.ideo ad pecuniam patris ſolutā non ſic reſpectus habetur. vel ibi in contractu mutui,in quo vna res fingitur alterius iure,qđ eſt in emptione.l.2.§.i.ff.ſi cer.pe.vel aliter,ibi reddi filio voluit qđ peculium habebat,ideo illud ſibi conceſſit:hic vero filia peculium non habebat,nec pater in his rebus nouum peculium conſtituere volebat.quinimo nec pater filiæ tradidit, ſed ipſe res emptas recepit,& in ſua adminiſtratione retinuit.& hæc melior.Non ob.l ſi fr̃ li.inf. de dona.inter vir.& vxor.vbi videtur quaſi caſus,quòd traditio requiratur in perſona filiæ,ſicut in perſona vxoris ibi requiritur quia attende,quod ibi hæredes vxoris nitebantur ex donatione pecuniæ, & ſic volebant prædia rerum emptarum,ad hoc probandum inducebant inſtrumentum, per quod apparebat, quod ipſa emerat. Volebant enim pecuniā reddere,ſed prædia habere.Maritus enim dicit,ꝙ animum donandi pecuniam nõ habuit quod patet,qa ſi animum donandi pecuniam habuiſſet,prædia vxori vt ve ręemptrici tradita fuiſſent,quod nõ fuerit,ſed ſibi.Et hoc iõ, qa nõ verè ipſa emerat,ſed ſimulatè.probato ergo, quod maritus fuerat ille qui contractum fecerat,& quod ſibi prædia fuerũt tradita,præſumitur inſtrumentum emptionale in perſona vxoris fabricatum fuiſſe ſimulatum & hoc non probato, ſed quod prædia fuerunt vxori tradita:ibi ſolum pecuniæ donatio præſumitur, & illa ſola petitur vnde ibi de donatione prædiorum non quæritur, hic ſic. Item ibi caſus eſt diuerſus,quia hic pater uerè emit nomine filiæ, & etiam nomine filiæ prædia recepit.vnde uero mutato propoſito,videtur velle,vt ſit filiæ ſaltem poſt eius mortem.Item ibi vxor prędeceſſit,hic filia ſuperuixit & per iſtũ modũ defenſat̃ intellect'
2 quem gl.videtur tenere.† No. 2. quod ita demum filiæ hæredes adiudicatur præcipue.ſi patrem mutaſſe volũtatem non ꝓbat̃.Ex quo collige duo videlicet, ꝙ volũtas hoīs,q̃ fuit prius, durare ꝑſumitur.Item,quod prior volũtas hoīs in hoc quaſi legato,vel donatione,quouis modo accipias,reuocat̃.Sed circa hoc reuoco in dubium,an ad huius reuocationem ſufficiant verba generalia.puta ſi in teſtamento pr̃ poſtea dicat,quod vult,ꝙ omnia bona ſua inter filios ſint communia pro æquis portionibus. Et videt̃, ꝙ ſic,quia hæc res empta nomine filiæ erat in dñio in bonis patris. vt d.l.i.ĵ. de caſtr.pecu.lib.12.ergo,&c.& hoc ſuadet par filiorum affectio, vt ĵ.com.vtri.iu.l.fi. & vt diſcordia,& inuidia tollatur inter liberos vt infra de bo.quæ lib.l.cum oportet.§.ſin autem.in fi.In contrariũ facit,quia ſpecialis prouiſio derogat generali,vt dixi,& ſcripſi.ſup. eodem.l.quoties.ergo in caſu noſtro ſpecialis prouiſio, quā pater facit filiæ emendo ſuo nomine,dēt præualere.Neq; ꝑ ſequētē generalem prouiſionem debet ei derogatum eſſe.ar.ff.de vul.& pup. l.cohæredi.§.qui patrem.prima pars placet,quia huius generalis ꝓuiſionis non poteſt fieri niſi reſtrictio ad alia bona tantum, ſalua
18 debitur rationabilius pro defenſione gloſſ. tenendum. † Et primo,quod donatio in aliquia ſui parte nō veniat in fidei commiſſo, facit præal.l.ſequens quæſtio.tam in dicto,quàm in rationibus.In dicto claret.quia tex ibi apertè dicit, quòd in fideicommiſſo non ueniunt.In rationibus patet. Nam prima ratio ibi poſita eſt, quia extra caſum bonorum debet computari. & ſic pro aliqua parte non cenſentur in bonis.Secunda.ratio quia donata habituris eſſet,ſi alius hæres eſſet. Et hanc partem videtur firmare gloſſ.in l. cum virum.ſ.de fideicommiſ.in princip.gloſſ.magnæ. ſed in contrarium pro gloſſ. hic poſita facit, quia, ex quo donatio non uaſuit à princi.nunc morte confirmatur; & ut ex nunc,non retro.ut dixi.& vim habet legati uel quaſi ſaltem quò ad falcidiā, ut.ſ.ad l. falcidiam.l.donationibus.ergo &c.Sol. q̃a hic donatio confirmatur morte, nec prius eſt translatum dominium verè uel fictè, ut ſ.dixi,ſequitur quòd tempore mortis uerè eſt in bonis, & per conſequens quilibet hæredum in ipſo articulo mortis portionem habet in fundo pro rata hæreditatis,& per conſequens portio grauati veniat in fideicommiſſo:uel in computatione quartę ad inſtar imputationis legatorum,de quibus infra dicam.Tertia,quia legata quæ ſimpliciter dicuntur nō uenire in fideicommiſſo, computant in quarta,licēt diuerſimode,q̃a q̃nq; pro tota portione hæreditaria,quandoque pro eius quarta.vt l.Titia.ff.ad l.falci.l. & ſi Titius.ff.de leg.tertio.& l.Marcellus.§.quidam,ad trebellia. coniuncta.l. in fideicommiſſaria. §. final. in eodem titulo. ergo etiam in propoſito donationes inutiles morte confirmatę, quas.l. ſimpliciter dicit non venire in fideicommiſſo.vt d.l-ſequens quæſtio.de leg.ſecundo. debent computari in quarta pro portione hæreditatis,vel eius quarta;ad inſtar legatorum, cum & legata ſint donationes.vt l.legatum,de le.2 & ſic non videtur obſtare.d.l. ſequens quæſtio.in ſuo dicto. quia limitationem recipit à prædictis. & hoc eſt,quod voluit dicere hic Azo.& Hu.Nec et am obſt.d.l.ſequens quæſtio.in prima eius ratione. dum dicit, quòd extra cauſam bonorum debet computari, quia intelligo quò ad partes aliorum, Quò vero ad ſtam diſtinguendum eſt,vt in d.l.Titia. Nec etiam obſtat alia ratio dum ibi, ſubdit,quòd ea habituras eſſet, ſi alius hæres eſſet. Nam hæc ratio non ſolum habet locum in donatione,ſed etiam in meris legatis.vt patet in l.qui filiabus.§. fin.cum l. ſe.de lega.primo. Et tamen legatum pro portione ſua in computationem, & reſtitutionem venit, vt dixi.& ita dixit Azo. & Hu. qui hoc argumentum benè prætiderunt.Nec etiam obſt. quod di ci poſſet,quòd ex quo donationes iſtæ confirmantur, vt ex nunc non retro, non debet venire in fideicommiſſum, quia ipſum non præcedunt in diſpoſitione,ſed ſequuntur,& ſic de eis non videtur cogitatum.vt notat gloſſ. in l.cum virum. Quia reſpondeo, quòd de eis non videt cogitatum,vt veniant in fideicommiſſo pro parti tibus aliorum,pro quibus propriè valent,vt legata, ſed pro ſua ſic, vel ſi non cogitatum, tamen nihilominus computantur in quarta,licēt ſecundum magis,& minus.vt præal.l.Titia. & ita no.in legatis in d.l.cum virum.Ex prædictis patet iſtam gl. & lec. Azo. defenſatam.& ex ea habes intellectum, & limitationem ſingularem ad d.l.ſequens quæſtio,& ſimiliter ad gloſſ.ſecundam. in principio.in d.l.cum virum. Et limitatio iſta probatur legibus, & rationibus ſupra allegatis, quod tene menti, quia non vidi, nec audiui ſic defendi.Vel aliter dic. aliud in donatione facta filio: quia in morte capit vim relicti. Sed in donatione inter alios ex tunc
19 confirmata capitur.† Vt tamen ſub breuitate prædicta concludamus.cum quæritur,an donatio facta filio in poteſtate per patrem veniat in reſtitutionem fideicommiſſi, ſaltem ſi non directo: tamen per imputationem in quarta. diſtingue. Aut fuit ſimplex
a donatio, aut cauſa mortis. Si ſimplex[a]: aut facta filio, vt bene merito, & de meritis non dubitatur; & tunc quia ſtatim valet & patrimonium pſis exiuit.vt no.in auth.vnde & ſi parens.ſup.de inof.teſtam. Dicendum eſt eā nullo modo venire in totum, nec in aliqua parte. Aut facta fuit filio,non ut benemerito,ſed ut filio, & ſic confirmationem per mortem patris requirit; & tunc quia capit uim relicti uel quaſi.ut.ſ.eod.l.filio. Dicendum eſt,aut teſtator de ea diſpoſuit qđ ſicndū,& illud ſerua.ut l. ſequens quęſtio in fi.de leg.2.Aut de ea nihil diſpoſuit;& tunc pro parte coheredum non uenit in reſtitutionem,nec in imputationem quartæ, ſed pro parte ſua, & ſi non per viam reſtitutionis.ut d.l.ſequens quæſtio. tamen per uiam imputationis in quarta, ut hic,ſecundum lect. Azo.& Hug.quæ in hoc eſt notabilis. Si vero fuit donatio cauſa mortis,tunc pro ea parte,quam iure hæreditario capit,in quarta imputat. alias autem partes ſibi retinet præcipuas ad inſtar legatorum,ut ſupra dixi,& quando ſunt plures cohæredes. ut hic.Sin autem eſſet ipſe ſolus donatarius & hęres aggrauatus de reſtituendo,tunc quia donatio enaneſceret, totum iure hæreditario caperet. & totum in reſtitutionem ueniret, quarta ſibi retenta. & ſi alius ſolus hæres eſſet, filius autem in modico inſtitutus, totam donationem cauſa mortis in quarta ſibi imputaret in legitima, ut l.etiam.§.ſi ex debita.ff. de bono. lib. Et hæc de lec. Azo. ſufficiant.† Accedo nunc ad quartam lec.quæ fuit-Iac.de R.a. quæ ſolum in uno diſcrepat à lec. Io.Nam ipſe cum Io. dicit, quod pater habens.300.in bonis,fundum quem filio conceſſerat in pecu-
20 lio, eidem prælegauit. Non adijciens, quod de hoc fundo ſpecialiter fuit grauatus, ut Io. faciebat, ſed ſolum fuit grauatus hæreditatem reſtituere cohæredibus, & quibuſdam alijs ſub condi tione ſi 10. darēt eidē. unde quęritur per illos impleta cōditione, quia decem dederunt, an filius debeat ſibi in quartam imputare. Reſpondetur,quòd tota portio hŕditaria fundi. item aliæ portiones,quas cepit iure prælegati,ſi r data cā conditionis implendæ.& reſiduum reſtituere tenet. & ita recitat Cy. & hūc caſum dicit fore uerum.Cōtra hūc caſum poſſū formare aliquas op.ad ꝓbandū quòd

A D D I T I O.

a Si ſimplex. Facit ad hoc quod no.Bal.in l.filię ſupra,eo. in authē.ex teſtamento. infra,de colla.per Pe.de matare.in ſupra alleg.l.filiæ,colum.2. verſicul.ſi donatio.& idem in donatione cauſa mortis,ita no.Ant.de perra in repe.legis primæ in primo effectu.verſic.& ideo donatio huiuſmodi.ff. de iureiuran. de ſimplici autem de qua primo loco diximus. Oldra conſil.ſuo 131.dicit eſſe communem opinionem,quod non imputetur nec conferatur fratribus.

ꝙ datū cauſa ꝺditionis implēdæ nō cōputat in quarta,quas omitto,q̃a formaui eas ſup prima lec.antiquorum.vñ eas repetere eſſet ſuperuacuum.ſed ꝑ te eas uide,& diſtingue,vt ibi.verū ꝺ illud,ꝙ ip ſe dicit,videlicet,ꝙ portiones fundi quas capit iure ꝓlegati ſibi ꝺ-
21 putet in quarta.† Opp. ꝙ imo ſibi non computet in quarta, vt ff. ad l.fal.l.in quarta. Sol. ſm Cy. ꝙ quātū ad quartā detrahendā a cohæredibus,a q̃bus dr̃ hŕe iure ꝓlegati: illas portiones ſibi computat in quarta.vt l.neſcimus.ff.ad l.fal.Sed quantū ad alios extraneos,q non ſunt cohæredes,ſibi nō imputat in quartam.vt d.l.in quarta,uerſi.pro ea.Et ſic in caſu noſtro habebat pinguiorē quartā tā aduerſus extraneos,q̃ aduerſus cohŕdes.vt d.l.Neſenni⁹.Nec
22 dicas ibi in fal.iure inſtitutionis debita,q̃a ſi hoc eſt in illa,fortius ē in trebellianica.vt no.l d.l.ſi quarta.& ſ.in gl.ij.huius. l. † Expedit⁹ de lec.& oppoſitionibus,venio ad q.& prima quæſtio eſt,an data cauſa conditionis implēdæ competentur in quarta. Et de hoc remitto ad ea,quæ ſcripſi.ſ.i.lec.antiquorum.in 3. & 7. contrario. & in diſi.ibi poſitis.Secunda q.eſt, an in una re poſſit detrahi quarta, & de iſta remitto ad ea,quæ dixi ſuper j.lec.in 7. contrario. Tertia quæſtio eſt,an donata competentur in quarta trebel.& de hac remitto ad ea quæ ſcripſi ſuper lectu.Hu. & Azo. in vlt. contrario.
23 † Quarta quæſtio eſt communis quaſi ad omnes lect. videlicet, an prælegata competentur in quarta. & pro qua parte veniant in reſtitutionem,& iſta eſt multum neceſſaria ad declarationem huius.l.Et licēt gloſſ. & communiter docto. remittant ad l. cum virum.& ꝙ ibi nota. ſ. de fideicomm. tamen mihi uidetur expeditius hic tractari,cum aliter de prædictis ueritas non poſſit lucidius,& facilius haberi,quam ſi materia connexa continuetur.Nam ſparſim poſita potius eſt apta errores inducere, quam veritatem
24 pandere.† Circam primam igitur quæſtionem, qua quæritur, an computentur in quarta, ſub breuitate reſpon. ſic diſtinguendo, quia aut nō capiūtur ex vltima volūtate eius,de cuius hæreditate, & quarta tractatur,ſed alterius prioris teſtatoris, cuius iſte eſt hæres,& tunc in aliqua ſui parte in quarta non imputantur. l. patre. ff.ad l. falci. facit l. debitor.§.fina.in eod.titul.Aut percipiuntur ex vltima voluntate eius,de cuius hæreditate, & quarta tractatur,& tunc,aut quæritur de illa portione quam habebat in eis iure hæreditario,& illam ſibi computat in quarta l.ꝙ autem,in prin.in eod. ti.Aut quæritur de aliis partibus quas habet iure proprio legati co hæredibus,& in his dic.Aut cōſtat, ꝙ ad hunc finem ei ſunt legata,vt cætera ſoluantur integrā,& tunc adhuc illas partes cōputat ſibi in quārtam.vt d.l.ꝙ autem.in fi.facit.l.ſi debitor.ſ. eo. tit. Aut conſtat de contrario.ſ. q̃ teſtator non uoluit, ꝙ imputarentur in quarta,& tunc non imputabuntur, quia in hac parte volūtas eius ꝑ lege ſeruatur.ar.prædictarum.ll.& in Auth de nup. §. diſponat. aut dubitatur,& tunc:aut quæritur reſpectu cohęredum,a quibus portiones illas percipit.& tunc quantum ad eos ſibi computat in quarta.vt tāto minus ab eis deducat.vt ff.ad l.fal.l.Neſennius uer. ſed cum eis.& l.ſi.in eo.ti. Aut quæritur reſpectu extraneorū, quibus etiam reſtituere tenet.& q̃ū ad illos ſibi non cōputat in quarta.vt eo.tit.l.in quarta. ver. & pro ea, & ſic pinguior eſt quarta reſpectu extraneorum,quam reſpectu cohæredum.Nec ob.huic vl timo.d.l Neſennius.uerſ.planc.q̃a dicendum eſt,ꝙ nō imputatur in quarta.tanq̃ a cohærede perceptū,vt dicto ver.ꝑ ea.ſed quaſi tā tominus uideatur cohæredi dediſſe.vt dicto §. planè,ſecundū Dy.
25 † Circa ſcm q.qua quæritur,an ꝓlegata ueniant in reſtitutionem fideicom.diſtinguo latius,q̃q̃glo.in d.l.cum virū,& ſic.Aut conſtat de teſtōris voluntate,& illam ſerua.vt l.cum virū.in fi. ſ. de fideic. Aut nō aſr cōſtat,& tunc,aut in fideicō.vniuerſali ſunt appo.verba futurū ſignificantia,ac ēt vniuerſaliter collectiua. & tunc prælegata veniant in reſtitutionē fideic.ſiue antecedant fideicōmiſſa ſiue ſequātur illud.& ēt ſiue non fecerit mentionem hŕditatis,ſed bonorum tm̃.vt l.cum pr. §. bonę fidei de le.ij.ſiue fecerit mentionem hŕditatis,vt q̃quid ex hŕditate ad te puenerit.vt d.l.cum virū.Et tanto fortius,ſi neutrius eorū mentionē fecit.ſed ſimpliciter dixit,quicquid ad te peruenerit.vt not. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad treb.Eſt enim verbū quicquid,vniuerſaliter collectiuum, & verbum peruenerit,in futurum ſignificatiuum;q̃a temporis futuri modi ſubiunctiui,vt no.in gl. d.§.bonę fidei.Aut prędicta vēr colle ctiue non fuerunt ꝑlata & tunc eſt recurrendū ad diſtinctionem gl.in d.l.cum uirum.& in d.§.quidam.vt dicamus,aut primo rogauit,poſtea prælegauit,& tunc non veniunt in fideicom. vt ff. ad l. fal.l.Titia.quod intelligo,vt ibi not.in d.l.cum virum.ſ.vt licet nō veniant in reſtitutione fideicom. tamen portio,quam in eis capit iure hæreditario,venit imputanda in quarta,quandoque totum, quandoque pro quarta parte, diſtinguendo,vt in d.l. Titia. Quia aut quarta deducitur contra,vel præter voluntatem teſtatoris; & tunc totam portionem hæreditariam imputat. Aut ex voluntate teſtatoris,& tunc ſolum quartam ipſius portionis hæreditatis, aut econtra primo legauit,poſtea rogauit;& tunc, aut fecit mentionem hæreditatis., puta quia dixit portionem hæreditariam ſiue hęreditatis, & tunc prelegata non veniunt in fideicom. ut d.l. Marcellus.§.quidam.& l. Titius. in fine.de lega.tertio.Et ibi ponitur ratio.ex qua collige,ꝙ illud eſt verum pro aliis partib. ſ. cohæredum:nō pro illa,quam percipit iure hæreditario, vt patet ff. ad treb.l.in fideicommiſſaria.in fi.& ibi no. Aut mentionē non fecit

hęreditatis, ſed ſimpliciter dixit portionē tuam, & tunc uenit in fideic.ut d.l.Marcellus.§.quidam. Et hęc de iſta q. ſufficiant. Sed dicet quis.in quo differt hęc q̃ a precedenti.R.ñ. q̃ñ non imputātur in quartam,poteſt dubitari,an ueniant in reſtitutione fideicō. Item pōt eſſe,ꝙ ēt q̃ñ imputantur in quarta,ipſa excedunt quartā: vnde in eo,ꝙ excedunt dubitari poteſt,an in reſtitutione fideicō. contineantur.Ad quod reſpondendum eſt,vt in prædicta diſt.patet. Nunc vltimo poſſet quæri, an quartam trebellianicam poſſit
a hodie teſtator prohibere: an etiā falcidiam, iure inſtitutionis debitam.Sed de hoc remitto ad ea,quę dicam Deo duce in authē. ſed cum teſtator.ſ.ad l.fal. vbi gl. tangit. Et hæc ſufficiant.

A D D I T I O.

a An etiam falcidiam. Vide Ang.in Auth.de hære.& falc. §. ſi uero expreſſim. col. 2.ver,nunc quæro an teſtator.colla.1.& in ſuo repert.in uer.trebellianica.& in l.ſi ut allegas,ad treb.Bal.in auth.res quæ,ad fi.in lect.antiqua. ſ. communia. de ſucceſ.an.in fi.de fideicomm.hęr.§.ſed ſtipulationes.Pau.de Ca. in conſi. 165. inc.uiſa facti narratione.& Alex.conſi.63.

LEX XXV.

Ex cauſa. Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem:hoc dicit. Not. quod materia collationis non habet locum in ſingulari ſucceſſore, ſed uniuerſali.

LEX XXVI.

1 *Diuiſio inter liberos facta ſeruatur inter liberos in iudicio fa. erc. & an inter ſuos,& emancipatos, & an idem inter naturales.*
2 *Diſpoſitio patris minus ſolennis,an ualeat inter filios naturales.*
3 *Filius parentes minus ſolenniter inſtituens,an ualeat inſtitutio.*
4 *Prætertio quotuplex ſit.*
5 *Relinquo uerbum, quotitati hęreditatis ſi adijciatur: iure inſtitutionis intelligitur.*
6 *Iudicia duobus ſunt teſtibus probanda.*

1 **Inter omnes.** †Diuiſio facta inter liberos, ſiuè in ſolenni, ſiuè in minus ſolenni uoluntate ē ſeruanda in iudicio fa.er.& ſi pr̃i ſuccedāt ab inteſtato. Et ſi extranea perſona cum illis ſit admixta,non ualet minus ſolennis uoluntas quantum ad perſonam illam.h.d.No.ꝙ minus ſolennis uoluntas ſeruatur inter liberos, quę non ſeruatur inter extraneos. Aggredior materiam huius legis per quæſtiones.&prima.q.eſt,quia hæc lex loquitur in filijs ſuis,& emācipatis,quid de non ſuis,nec emācipatis.rñ.gl.j.q̃ ſecundum hæc tempora lex iſta,& aliæ antecedētes non habebant locum, niſi in filijs ſuis,& emancipatis;ſed hodie per.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.ſ.de teſta.locum habet etiam in his,qui non ſunt ſui,nec emancipati, & iſta eſt veritas,&
2 ſic ad literā dicit tex.in Aut.de teſtimperfe.§.j.co.8.† Quæro 2.an hæc lex uēdicet ſibi locum in filijs naturalib.tantū a pr̃e inſtitutis in portionem,q̃ iure capere poſſunt,ut inter eos u ideat minus ſolennis diſpoſitio.Spec.hanc.q.poſuit,in ti.de inſtr.edi.§. compendioſæ.uer.ſi quid pr̃ naturalis,& dicit,ꝙ ſic,quia tex.in Aut.de teſta.imperfe.vr̃ moueri ad hoc ſtatuendum potius de iure naturæ, q̃ alia ciuili rōne.ex eo quia porrectum eſt iudicium,ut ibi pater. ī prin.Sed hæc rō locum habet etiam in filijs naturalibus tm̃,ut l.2. & l.humanitatis.ſ. de nat.li.ergo &c,& quaſi pro caſu inducit tex. ſ.de confir.tu.l.naturalib.dum ibi dicit Ifa,his rebus quas q̃o eis dederit,vel reliquerit.Quidā tenet oppoſitum, quia ſi leges huius ti.& earum proceſſus cōſiderētur,nulla in filijs naturalib.loquitur quia non.l.filijs.ſ.eo.quia loquitur in filiis naturalibus,quib.exhæredatis datur querela,ſed naturalibus exhæredatis,uel prēteritis ſi nea paterna,non competit querela:nec contrata.vt l.j.§.j.quod ibi no.ff.de contratab.Similiter nec.l. ſi cognitione. quia loquitur in liberis,qui in uniuerſa hæreditate poſſunt ſuccedere. Nec lex iſta, quia loquitur in filijs ſuis,uel emancipatis,& hæc.l.poſtea fuit extenſa ad non ſuos.nec emancipatos,quia ad preſentes per lineam fæmineam,ut in §.ex imperfecto.& ita dicit tex.in Aut.de teſt.imperfe.ī prin. Si igit̃ hæc lex in naturalib.tm̃ mō loquitur,nec nos ex tendere debemus,cùm hæ.ll.exorbitent à iure cōi,& ſic non ſunt extendendæ,ut l.ꝙ uero contra.& l.ius ſingulare.ff.de legi.Et maxime,quia naturales capiūt ex quadam humanitate iuris diſpoſitionem,vt d.l.2.& l.humanitatis.ſ.de na.li.Et ſic non dēt eſſe ita priuilegiati,ſicut hi qui capiunt ſine diſpoſitione. argum. eorum, quæ not.glo.in l.ſi quando.in prin.ſup.de inoff. te: Et hoc, ne duplex in perſonis eorum inſurgat fictio, vel ſpecialitas. una reſpectu,perſonæ,quæ habilitatur in certa portione,alia reſpectu ſolennitatis omiſſæ.ut illa non obſtante poſſit capere contra nota. in l.j.infra de do.pro.Hoc confirmatur ex eo,quia priuilegium datū, liberis,debet intelligi de iuſtis, & legitimis, non de naturalibus, tantum, ut infra de inſti.& ſubſt.l.generaliter.§ fin.& ff de ri.nup. l.ſul.§.nec diſtinguitur,& ex hoc inferunt, quòd § ex imperfecto, de liberis iuſtis,& legitimis debet intelligi. Ad l.naturalibus.in ꝺ alleg.reſpondent,quòd illa uerba quocunque modo debent intel ligi.habili, & ſolenni, quia inter viuos. vel in vltima volun. ſolennizata. Aliqui Moderniores diſtinguunt.aut iſti naturales ſunt inſtituti,vel eis eſt relictum à matre,vel linea materna & tunc va let in eis diſpoſitio minus ſolennis, quia in linea mater. a naturales habent iura legitimorum.vt ff.de inoffi. teſtamen.l. ſi inſtitu ta.§.de inoffi & inſti.ad orfi.§.nouiſſimæ.Aut à patre,vel linea paterna,& retert, aut in teſtamento in ſcriptis, aut nuncupatiuo.

Primo

Primo casu ualet etiam inter eos, dummodo sit seruata solemnitas auth. hic positæ. & alterius auth. positæ, infra de test, authen. ꝙ sine.alias non valeret.secundo casu videlicet in testamẽto nuncupatiuo,dicunt minus solẽne istis naturalibus nõ ꝑdesse:qa hæc. l.& §.ex imperfecto.de istis liberis nõ loquit, & ita ꝯsuluerũt aliq doc.Florẽtini.Or attẽde,si põderas bene ꝑdicta,in solo testõ.nuncupatiuo est dr̃ia.& quando a patre,nõ a matre procedit. Ego nõ bene concipio differentiã inter patrẽ, & matrem, qa de non pluri capiẽdo q̃rimus,q̃ iura eis ꝑmittãt. vnde arguẽdo de toto ad partẽ,vt l.q̃ de tota.ff.de rei.vẽ,nõ vides,quare naturales tñ illam particulã.q̃ l.ciuilis eis capere permittit,nõ sic capere possunt de minus solẽni volũtate,sicut legitimi,& naturales;qa in illa particula. l.eos ꝓ approbatis,& sufficientibus habet.Secundo, quia pure est verum,quod sunt de liberis,licet nõ de ipsa sobole.vt d.l. generaliter.Tertio,qa si ex testõ minus solẽni in scriptis redacto capiunt naturalitate nõ obstãte,quare nõ ẽt ex nũcupatiuo;mihi nõ apparet diuersa rõ.Et iõ inter eos, & legitimos nõ facio diuersitatem. Sed opi.Spe.sequor,vt in vtroq; idẽ ius statuat. & in vtroq; vnum solũ habeo dubiũ, videlicet, an minus solẽne testũ nuncupatiuũ valeat iter liberos,& legitimos naturales.Nã tex. in Auth. de test. imperfe.loquit,qñ facta est scriptura,vt eius litera appareat.Similiter videt mihi,ꝙ faciat §.ex imperfe. si series totius illius.l. hac ꝯsultissima põderet.Nã vsq; ad §.ꝑ nũcupationẽ in testõ in scriptis ꝑqui vr̃.& sic §.ex imperfe.q̃ añcedit de testõ i scriptura redacto loqtur.Hoc ꝓbat ẽt aduersatiua(aut) in eo posita, dũ dicit ex imꝑfecto aũt,q̃ aduersat præcedẽtibus.ꝙ facere nõ potest nisi de eadem spẽ testi loquat.simir.l.ista,vbi voluntas in scripturam est redacta loquit.Et,ꝙ hic dicit de ꝓbatione per indicia, nõ hẽt obstare.qa pondera,ꝙ litera nõ dicit,ꝙ voluntas non ꝓbet per indicia; sed ꝙ ꝓbet per indicia defunctũ scripturã illã reliquisse.vel si ꝓbatur,ꝙ testõr sic voluit,in scriptura contineri dr̃,& hoc patet ex cõstructione lr̃æ, & ex ratione recti sermonis. Nec ob. ꝙ s̃. de testõ simpliciter dixit,qa restringẽdũ est ad testũ in scripturã redactũ, siue sit in scriptis,siue nũcupatiuum.Et hoc pp sequẽtia,q̃ hñt declarare ꝓcedentia,vt l.si seruus plurium.in fi. de leg.j. cũ si, Et ne absurditas sequat,de qua statim dicet,& si hæc vera sunt,vr̃, ꝙ testamentũ nuncupatiuũ,ꝙ in scripturã nõ sit redactũ,inter liberos nõ valeat.ꝙ fortiter suadet rõ absurditatis vitãdæ,nã si testamentum scriptum testatoris uoluntate ꝑ extraneũ; trino, vel quaterno teste notatũ seu subscriptum,non seruatur inter liberos,si defuncti subscriptionẽ non habeat,vt in auth hic posita,& in auth. quod sine subscriptione,posita.j.de test. simul iunctis. quanto minus uoluntas non scripta a duobus tantum testibus probata.Et maximè, quia si aliter dicatur,de facili fraus excogitabitur.quam d.auth.& text.in cor.euitare voluerunt.hæc scripsi, vt dem materiam cogi-
3 tandi,donec legam dictã l hac consultissima. † Quæro.3.quid cõtra,si filius parentes instituit in minus solenni voluntate, an vale-
a bit inter parentes?dic ꝙ non, a quia.l non cauet,& sic stat regula, de qua in l.hac consultissima.§.si quis autem.ita tenet Spe.in d.§. compendiosæ.versi.quid si filius.Quæro.4.cum glo. testator,cum plures liberos haberet,& testũ conderet,vni liberorum prælegauit fundum,& cũ prosequi vellet,obmutuit,vel mortuus est.Quæritur,an filius ille succedens ab intestato cum fratribus possit illud prælegatum petere.Respon.ꝙ non vt l.si is.ff.de te.& ibi not. hoc etiam vult glo. hic posita super verbo, cõpletum. non obst. hæc l. cum si.quia hæc de imperfectione quo ad solemnitatem. Quõ vero nostra de imperfectione respectu volũtatis,q̃ vitiat,etiam si ibi esset ꝑfectus numerus testium.vt l.fideic.§.j.ff.de lega.3.Et ex hoc d.Bar.quòd si notarius in protocollo instrumenti dixit,talis in præsentia talium,&c.vẽdidit talem fundũ Titio ꝓ c.his pactis,& conditionibus,& vltra nõ scripsit,ꝙ instrm non valet, quia non hr̃ ꝓ ꝑfecto.vt d.l.si is qui.& in hac gl.facit.l.ius ciuile.ff.de leg. facit ẽt.
4 l.contractus.j.de fi. instr.† Quæro.5. quid si sit imperfectum ex cã ꝑteritionis.dic,ꝙ duplex est ꝑteritio.Vna vt verbum sonat,qa de quodã corũ nulla facta est mẽtio.Alij ãt filij sunt hr̃des instituti,& tunc inter eos non valet.vt j.de lib præte.l. 2.& l.fina. Sed quo ad legatarios.vt in auth.ex cã ibidem posita.Alia est præteritio,qa de eo factus est sermo,sed nõ ti.institutionis,sed legati.& tunc,aut pr̃ ei reliquit certam spẽm,vel certã q̃titatẽ: alium aũt filium heredẽ instituit.& tũc ẽt nõ valeret inter eos,vt in Auth.vt cũ de ap.co.§. aliud & s̃.de inoffi.test.auth nouissima.facit,ꝙ no.glo.in l.his,verbis.in prin.ff.de hære.insti.Et est rõ,qa verbũ, lego,ad certã speciẽ vel q̃titatẽ relatũ,ad instõnem nõ trahit.l.cogi.§.gñalr. ff. ad treb. Nec huic ob.extra de testa,c.Ray.in prin. qa ſm iura antiqua loquit.ſm q̃ sufficiebat reling quoquo relicti ti.Et iõ,vt tex.ille ꝓcedat ſm iura noua Io.An.super verbo,relinquẽs subdit,& hr̃dẽ instituẽs.Aut pr̃ vnũ hr̃dẽ instituit, & alteri quotã hr̃ditatis reliquit. Et tũc dñt qdã,ꝙ qa filius ille nõ hr̃ ꝓ ꝑterito,sed ꝓ hr̃de instituto in illa quota,licèt nõ expssim,& specificè,sed tacitè,& de iuris in
5 terꝑtatione,& intellectu;dicendũ est testm̃ valere.† Et ꝙ verbum,
b relinquo adiectũ quotitati hr̃ditatis,intelligat iure insti. b ꝓbant ꝑ tex.l.diuus.ff.de test.mil.& j.de test.l.qm̃ indignũ. Et de hac q.dñt esse casum.in c.Ray.extra de test.Ego hoc idẽ teneo, vbi aliũ filiũ in oib. bonis suis nõ fecisset vniuersalẽ hr̃dem, tũc alter filius cui simplr̃ relinquit tertiã partẽ hereditatis hr̃ pro fideicom. vt no.gl. singulariter notãda in l.mulier.§.filium.ff.ad treb. & idem dico, si vno vr̃ instituto,alteri filio reliquisset oĩa bona sua vr̃,vel indefinite,qa pro fideicom.hr̃,vt l.nam,ꝙ in fi & l.cogi.in prin.ff. ad treb. & ita loquit gl.in d.l.his verbis.in prin. Non ob.c.Ray.quia cõcor. supplendo tex.per gl.vt ibi no. nec l.diuus.& l.qm̃ qa loquunt al o
6 vr̃ non instituto. † Quæro.6.qũo iudicia,de qb.hic loqtur,sunt ꝓ
c banda.R ñ.gl. c per duos testes arg.l.Lucius.ff.de mil.test.ex interꝑtatione huius l quã facit gl.sentire vr̃ ipsa, ꝙ hic loqtur de directa probatione voluntatis.Sed si tex ponderet loquitur de indicijs, ꝓ quæ probetur defunctum hãc scripturam reliquisse,vel executionem mandari voluisse.tñ q̃cquid sit,Bart alle.istam gl.ꝙ indicium non sufficiat probari per vnũ testem:sed duo requruntur cui ꝯcor. vr̃ Inn.extra de simo.c.sicut.Non sufficit ergo vnus testis ad probationem indicij,licèt semiplenè probet,qñ deponit super negocio principali;vt no.j.de re.cre.& iureiur.l.in bonæfidei, & sic no. ꝙ semiplena probatio super indicio nihil releuat, ꝙ no. pro indicijs ad torturam,quæ debent esse plene probata.vt in hac glo. dixi de quæst.l.fi.Cętera tacta.in gl.vide per te.

ADDITIONES.

a Quod non.Adde Bal.hic.& in d.l.hac consultissima.§.fin. per illum tex. infra de test.& l.si qua illustris,infra ad Orfi.& d.Ale.in d.§.ex imperfecto. infra de test, alleg.in tex.

† Adde Spe.in ti.de instru.edi.§.compendiosæ.ver.quid si filius.in vl.co.Bal.in l.si qua illustris,per do.coapostí,meum allegata,& in l.scripto.in fi. pro qua facit tex, ad fi, ff. vnde li.

b † Intelligatur iure institutionis.Adde de hoc Gui.de Cugn. in l. 1. nu.4.& ꝙ ibi posui in add.ad ipsum.in uersi.uerbũ relinquo.supra de sac.san.ecc. Dy.in l.his verbis.post gl.sing.ibi.ff.de hære.insti.Bar.ple.in Auth.de hære.& Falci.§.illud quoque.& ibi dixi.in apo.in eo.uer.coll.j.& consi.j.

c Respon.gl.Adde,quod hæc gl.est sin.& no. quod iudicium est minus, quàm semiplena probatio.gloss.no.in l.cum probatio.ff.de proba. & uide pulchre.in l. debitori.de iu.& dum hic glo.dixit,ꝙ unus testis facit indicium, intellige si est probatæ uitæ,& bonæ opin.nec potest haberi suspectus familiaritate, & alia dẽ causa iudicis arbitrio committenda,ut refert Bal.in c.sacramentum. de cõsue. rec.seu.& ita a fortiori debet itelligi regula,quæ dicit, ꝙ unus testis facit semiplenam probationem,& quod no.in l.maritus.ff.de quæsti.& Bar.in l.fin.& ibi do.Ale.de quæsti.Ray.in l.j.§.idem e.ti.& cum Bart.tenet Bal.in d.c.sicut.alle. in tex.de si.Item unus testis facit indicium ad torturam.nisi aliæ circumstantiæ existant Bal.in l.2.infra quorum app.in prin.& hic.& adde, quod ut indicium sit sufficiens ad torturam,de eo prius per duos testes cõstare debet, ut per d.So. consi.118.inc.uisis narratis puncti.uer.postremo.cir.me.in 1.parte.inc. quamuis maximi doctores,& consi.151.inc.Marsilius.

AVTHENTICA.

Si modo. Gloss.hic posita tenet,quod l. præcedens loquatur in testamento nuncupatiuo.circa quod vide quod ibi dixi. Et si in testamento nuncupatiuo loquitur, hæc autem illam partem non concernit. Sed dubium est, an & in ea parte sit correcta per auth.quod sine j.de test.& Mar.dixit, quod sic.Accur.quod non,vide,quod ibi scripsi.

Communi diuidundo. Tit. xxxvj.

Continua Rubricam, vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Consors partem suam uendere potest,alio consorte irrequisito.*
2 *Iudicium diuisorium est in rem,& in personam mixtum.*
3 *Res si commode non diuidatur,ad licitationem peruenitur.*
4 *Licitatio non intentatur, si res communis commode diuidatur.*
5 *Res communis non potest alienari, nisi consentientibus consortibus. & nu. 6.*
7 *Translatio dominij,an impediatur per controuersiæ motionem.*
8 *Alienatio rei communis in iudicio singulari prohibetur: & an controuersia mota,& citatione facta.& nu.9.*
9 *Litigiosa quando dicatur res effecta.*
10 *Res in iudicio diuisorio, an possit pignori obligari.*
11 *Diuidere quando possint partes, sententia iudicis non expectata.*
12 *Motio litis coram arbitro uitium inducit litigiosi.*

FRater. Primo alienationẽ suę partis añ li.conte.ꝑmittit.Scdo,vt iudicium diuisoriũ intentet cõsulit.Tertio huius iudicij effectũ qui sequitur annectit. Quarto alienationẽ post li. ꝯt.vtriq, parti interdicit.scda ibi, sed aduersus. tertia ibi;& ea actione.quarta ibi;hic videlicet.Casus.Añ li.conte. non postea permittitur consortib. suæ partis alienatio: & cũ succedente in dñio,non tñ cum alienãte debet peti diuisio.& res, quę i
1 corpore pt diuidi,diuiditur alias ad licitationẽ ꝑuenit.h.d.† No.j. ꝙ vnus ex consortibus põt suam partem vendere alio irrequisito: vt hic.in prin.concor.j.de contrah.emp.l.dudum.fallit in casib.ibi no.in gl.quos vide.Item si consuetudine, vel statuto aliud cauere
2 tur.vt extra de rest.in integ c.instituimus. † Secundo no.quod iudicium diuisorium est mixtum in rem,& in personam,ideo concomitatur rem,& intentatur contra possessorem, vt hic.alias si emptor non possideret, sed venditor, contra ipsum intentari debet.
3 ff. de act. emp.l.Iul.§.idem Celsus.† Tertio not.quod vbi res non potest commode diuidi, ad licitationem peruenitur: ut sic plus offerenti

offerenti adiudicetur,adeo ꝙ quandoq; extraneus ad licitandum
4 admittitur,ut j.eo.l.officiũ.in fin.& dic,ut ibi not.† Quarto, quod ad licitationem non peruenitur,ubi res potest commodè & æqualiter diuidi, quia termini distincti, & de uno agro plures efficiunt. ut ff.communia prædi.l.si quis duas.§.si quis partem. Quinto, ꝙ sola pars fundi non debet ęstimari, sed tota res. & dimidietas totius ęstimationis præstari,ut hic,ibi uniuersum prædium, &c. Ex quo collige, ꝙ maioris precij est res tota, quã per partes æstimata
5 ut ff.fam.er.l.Meuius.§.fina.& hic not.in gloss.6.† Sexto.quod lit. contesta. in iudicio diuisorio utriq; consortum alio inuito inter-
6 dicitur alienatio. † Septimo, ꝙ omnibus consentientibus potest alienari.ex quo collige.ꝙ uitium litigiosi non impedit per partes compromitti. concor. j. de temp. ap.auth. si tamen. Contra hoc ultimum oppo.gl.de l.fi.ff.de alie. iu.mu. causa fac. ubi etiam ante non permittitur,dũ mõ lis moueri speret.Sol.vt in glo. ꝙ illud hẽt locum, qñ fit alienatio causa mutandi iudicij,& in duriorem aduersarium, quo casu contra alienãtem ad interesse agitur,vt in gl. uel dic melius,hic fit hæc distinctio, ante li.conte.uel post,ut sciamus quando dominij translatio impeditur. nam post lit. contest. non transfertur,sed ante sic,ut in prin.& ita etiam non impeditur
7 in ꝯ sed ad interesse agit,vt ibi.† Op.2. quod imo statim cõtrouersia mota, impediatur dominij translatio.vt ff. de pe. hęre.l. diuus. & l.sed & si lege.ff.dẽ pet.hr̃.§.sed & si añ.Sol gl.ꝙ hoc i singlari iudicio,illud in vniuersali.Ex quo ifert,ꝙ ꝯtrouersia mota in iudicio fa.er.alienatio est interdicta, nisi sit necessaria, vt l.alienationes. ff.fa.er.& hoc sequunt.doc. & hanc alienationẽ necessariam.d.gl.
8 hic ꝑmittendo eam,ẽt post lit.cõte.quod no.† Op.3.ꝙ imo ẽt in singulari iudicio sit prohibita alienatio statim citatione facta,vt j. de litigio.l.2 So.vt gl.si qa ibi in iudicio reali,i quo principalr vẽtilat q̃stio dominij.hic in cõi diuidũdo iudicio, in quo nõ q̃rit principalr de dominio.sed de diuisiõe fiẽda agitur, & tractat.imo si q̃stio mota esset de dominio, donec illa esset diffinita, non posset agi iudicio diuisorio, vt in l.fundi.ff.de excep.& no.in l.se.ſm Gu.
9 de Cu.† Op.4.& ab ex̃.ꝙ ista alienatio, vel nullo tpe sit ꝓhibita, vel statim sit ꝓhibita,ꝯtrouersia mota.& citatione facta legitime de pte aduersa.qa aut dices.ꝙ hæc actio sit realis:& tunc sola citatio sufficit ad faciẽdũ rẽ litigiosam. vt in cle.j. vt lit.pen.& no.in l. 2.j.de litigio.Aut hæc actio est ꝑsonalis, & tũc licèt actio possit fieri litigiosa, non tñ res ipsa,vt not.d.l.2.& sic ẽt post lit.cõte.poterit alienari So.dupliciter.Primo ꝙ hic res non efficit litigiosa,nec illo respectu ꝓhibet alienari.sed alio sic, vt hic in glo. fin.quæ aliter nõ declarat.Sed dicit Guil.quod vult dicere.ꝙ si esset ꝑmissa oporteret nouũ iudiciũ ꝯtra nouũ possessorẽ moueri, & eo moto ipse posset adhuc in aliũ alienare, & sic nõ esset finis. sed si glo. hoc sentit nõ bene dicit per not.per Dy.& doct.in l.j.ad fi.sup.de alie.iu di.mu cã fact.& ff.eo.tit.l.cũ miles.& j.de liti.auth. nunc si hæres. Ideo dicũt moderni.ꝙ q̃doq; actio est merè realis. & tũc efficitur res litigiosa ꝑ citationẽ deductã ad citati notitiã,vt in dicta cle. ut lit.pẽdẽ & j.de liti.auth. litigiosa.aut actio est merè personalis, & tunc res non efficitur litigiosa, sed actio ipsa. & ideo res ipsa non prohibetur alienari, sed actio prohibetur cedi lit contesta.vt l.2. j.de litigio. cum ibi not. Aut actio est mixta in rem, & in personam.& tunc,aut actio est vniuersalis,& tunc idem,quod in meris realibus,vt controuersia mota res efficiatur litigiosa,vt l. diuus. & l.sed & si lege.§.sed si ante.ff. de peti. hæredit. Aut actio est singularis,& tunc exigitur media via,vt efficiatur litigiosa per lit.contesta.ideo ipsius rei prohibetur alienatio.casus est hic notandus.hęc fallunt,quando alienatio est necessaria, quia illa est permissa,vt l.
10 alienationes. ff. fami. er. & hic not. in gloss. † Quæro cum gloss. an lite contest.in hoc iudicio diuisorio, possit res pignori obligari, Respon. gloss quod non, licet per hanc obligationem non veniatur ad traditionem arg.l. si infra. de reb. non alie.& hoc tenet Cyn.& doc.quasi res non possit affici in præiudicium iudicij mo
11 ti.† Quæro,an añ lit.contest.in hoc iudicio possint partes amicabiliter diuidere,iudicis sententia non expectata, vel compromissum in arbitros facere.dic quod possunt,vt probat hęc litera in fi.à sensu cõtrario.Ex quo collige,qđ vitium litigiosi non impedit cõpromissum fieri, vt in ultimo nota. dixi. Quæro, si lis pendet inter dominum, & subditos super obedientia præstanda, an lite pen. possit dominus in alium iurisdictionem alienare. dicit Inn. quòd sic,in c.ex parte.de ar.& mouetur ex eo, quòd non res sed factum
12 petitur.quod not.† Vltimo quæri põt,an motio litis coram arbitro inducat vitium litigiosi.& dicit quòd non,ſm doc.qa nõ eius sententia.vt extra.de te.c.Raynal.ergo nec corã eo litis de pendentia. argu.l.Iulian.ff.de cõdi. indebit. sed de hoc dicam.infra. de litigi.

LEX II.

1 *Frater portionem fratris non pignorabit.*
2 *Res aliena non obligatur.*
3 *Actio communi diuidundo intentatur contra eum,qui pignori recepit,non contra socium qui pignori dedit.*
4 *Iudium cum creditore agitatum obliganti præiudicat.*
5 *Iudicium rei vendicationis ad diuisorium ordinatur.*
6 *Exceptiones opponendæ in forma.*
7 *Res inter comproprietarios est æstimanda.*

Si probatum. Diuidit in duas.Primo qñ ꝯsors partẽ suã à creditore fratris sui vult auocare.
1 Scdo qñ cũ eo vult diuidere. Scda ibi:idẽ ꝑses.Casus. † Frater nõ põt portionẽ fratris pignorare:& iõ creditor cogit illã cũ fructib. restituere,& creditor,q̃ reperit i possessione rei cõis, ꝑt ad diuisionẽ ꝓuocari.h.d. No.ꝙ probationes sũt fiẽdę iudici,ut hic, & l.quin
2 quaginta.ff.de prob.† Scdo no.ꝙ res aliena nõ põt obligari.ut hic,
3 & in l.rẽ alienã.ff.de pig.ac.† Tertio no.ꝙ actio cõi diui. nõ intẽtat ꝯ sociũ,sed ꝯ creditorẽ,q̃ pignori recepit.Rõ est,quia hic actio est mixta in re,& in ꝑsonã.ut dixi.s̃.l.proxi.& quia ẽ in rẽ,iõ possessorẽ cõmitatur,vt ff.ad exhi.l.si adeo.§.fi.& in ꝑsonã dr̃ pp ꝑsonales ꝑstationes,quę cõsecutiuè ueniunt.† Quarto no.ꝙ iudiciũ agitatum cum creditore ꝑiudicat ipsi domino obliganti.facit.l.sæpe. ff.de re iu.uerũ,quia l.ur̃ exigere scientiam eorum quib. præiudicatur.consilium est,ut ad illius notitiam deducatur.sed an sit necesse,ut citetur,ut intersit iudicio,ur̃ dicendum,ꝙ non ex notatis ꝑ In.in c.q̃uis.extra.de re iu.ubi notabiliter dicit,ꝙ illis.quos res, tãgit alr̃,q̃ quia sũt authores litigantium,nõ præiudicat iudicium principalr cum alio motum,nisi citentur nominatim.quando sũt certi,uel ꝑ edictum generale quando sũt incerti.ut extra.de ma.et obe.c.fi.& ita intelligit.l.fi.j.de aut.ꝑstan.& l.nam ita diuus. ff. de
5 adop facit.j.si pp pu.pe.l.si deserta.† Quinto no. visis uidendis, ꝙ hic sũt duo iudicia,quorum primum ẽ necessario ordinatum ad ſm,videlicet rei uen.ad diuisorium.Ex quo collige,ꝙ si agẽs iudicio diuisorio negat dñs.oportet primo illum rei uen.pro parte indiuisa intentare,& illo pacto ad diuisorium ꝑuenire.Iõ ad huius, declarationem quæro,an iste frater,cui portio ẽ ꝑ aliũ fratrẽ pignorata,possit prius agere iudicio diuisorio,q̃ intentet rei uen. Et rñdet duplr,primo,ꝙ si negatur socius oportet,eum prius rei uen.intentare.ar.ff.fa.er.l.i.& ff.de exce.l fundi.Scdo,ꝙ licet negetur socius,si tamen aliud non dicatur,sed sup iudicio diuisorio lis cõtestet,ꝙ iudiciũ ꝓcedit,& i illo iudicio ꝓbauit cõionẽ. qua probata ad diuisionẽ ꝓcedet.Nõ ob.l.j.ff.fa.er.& d.l.fund.qa illę ll.uendicãt sibi locũ,qñ nedũ excipit de societate,&dñio.sed vltra addit.s. ut prius rei uẽdicationẽ,itẽt,ne ei fiat ꝑiudiciũ,uel ne ordo sit ꝑpostere. Et sic ibi exce.ꝑposterõnis opp.hic nõ.vel tardè hic oppone
6 batur.quia post li cõt. † Ex ista gl.no.duo.Primo, ꝙ exceptiones dẽnt opponi i forma:ut l.j.ff.fa.er.& hic in gl.Secũdo, ꝙ exceptio
a præposterationis: a & sic ordinis dẽt opponi añ li.cõt. nõ postea. & idem no.ff de eui.l.si mãcipiũ. Et hoc ẽt tenet Gui.de Cu.alle. ff de adul.l.si maritus.§.præscri.& ff.de fideius.l. inter eos.cum ibi no.Ex his vr̃,ꝙ si prius agitur ꝯ fideiussorem,uel ꝯ extraneum pi
b gnorũ possessorẽ. q̃ excussio b fuerit facta ꝯ principalem, ꝙ petitio teneat,& sup ea ꝓcedatur.nisi exceptio ꝑposterationis,& ordinis añ li.cõt.fuerit opposita. ꝙ ãt istæ sint exceptiones ordinis & dilatoriæ no.ꝑ Pe.& Cy.j.de fideius.aut.ꝑñte io 8.q.Sed caue,qa ad hoc.ut petitio in se dicat facta,oportet, ꝙ in petitionis narratione sit dcm̃,qũo principalis reus ẽ inops,& non soluẽdo. ut i Aut. de fideiusso.§.i.& §.sed neq;.& no.Ia.de Ra.& Cy. in d.aut. ꝑñte. in 3.q.& si ita ẽ,licèt exceptio ordinis nõ sit opposita,tñ illius inopia i ꝓcessu erit ꝓbãda,cũ illa sit cã intẽtãdę actionis ꝯ fideiussorẽ,ꝙ no.ne erres. Sed iuxta hæc quæro,quare cũ negetur socius, & opponitur exce.ordinis, oportet primo intentare rei uen. Rñdet doc.qa iudiciũ diuisoriũ ẽ duplex,& sic i eo q̃libet ẽ actor,& reus.l.i trib.ff.de iu.sed ipossibile ẽ negãtẽ se cõsortẽ hr̃ditatis,iudiciũ diuisoriũ intẽtare,& ꝑ ꝯñs actor i eo dicit, ergo &c. Sed si rei vẽdicatio erit intẽtata.& ꝓ actore snĩa lata,opportet cõionẽ istã ꝯ q̃ ñ ꝑt refricari pp autoritatẽ rei iudicatæ, iõ postea ad iudiciũ,
7 diuisoriũ ꝑuenit.† His sic declaratis op.cum gl. ꝙ nõ res æstimetur,sed debitum creditoris tñ consideretur.vt ff.e.l.commu.diui. §.iter eos.So.ꝙ iter duos proprietarios res tota ęstimat.ut s̃.l.ꝑxi. & iter duos creditores debitũ tñ,& ẽ rõ, qa vni ipsorũ tota res,ẽ assignãda,ꝑtãte luẽdi debitori nõ denegata.vt in ꝯrio.sed qñ iter debitorẽ,& ꝓprietariũ,hẽt locũ.l.ista,qa diuisio fit proprietatis,si ꝑt,uel licitat,vt alteri assignet. vñ ęstimõne suę partis carere ñ dẽt.

ADDITIONES.

a Exceptio pręposterationis.Adde glo.& Barto.in d.l.mancipium all. in text. de euic.& ad de l.fundi.de exe.& adde,ꝙ ẽt exceptio dilatoria,& omissa nõ uitiat processum,& opposita,& reiecta non reddit processum nullũ,sed in cã ap.denuo nẽtilatur,Bal.in addi.ad Spe.de ap.ꝙ exce.dilatoria,& adde,ꝙ opponi nõ põt in cã ap.Cy.& Bal.in l.per hanc.j.de tem.ap.& Ale.in consi.32. 4.par. ubi etiam dicit,ꝙ est dilatoria.

b Excussio.Vide Bal.hic qui ponit practicam.s.quando post litem contestatam necesse sit actori,uel excussionem facere,uel aliter de inopia debitoris docere,et uide inst.de ac.§.Item si quis,& uide inf.de appella.l.i.

c Adde Bal.in l.i.q.2.j.si quid in frau.patro.eundem.in l.i.uer.quæro utrum ista excussio.j.de reuo.his quæ in frau.credi.alie.sunt.Pa.de Ca.in l.fi.j.si cer.pe.& in l.decem.ff.de uer.oblig.

1 *Iudicium communi diuidundo pro quibus intentetur rebus.*
3 *Libellus contra unumquemque consortum separatim dirigi debet.*
3 *Agnatus proximior non pecuniosus,& sic non ualens emere possess.agnati,an possit ius suum alteri cedere,stante statuto,&c.*

Ad officium. Diuiditur in tres partes, quia primo de personis, contra quos debet peti diuisio. Secundo, de modo adiudicandi, ubi commoda diuisio non potest fieri. Tertio de personis ad licitationem admittendis.

1 tendis.Scđa ibi,cum aūt.Tertia.ibi ad licitationem.Casus,† hoc
iudiciū intentari dēt ꝑ rebus cōibus diuidēdis cū eo q̄ cōionē ha-
bet,ñ cū alio.& diuisio fit ꝑ assignationē partiū, uel diuersarū pos
sessionū,si vna præponderat alteri,venit ad licitationem, ad q̄ ex-
traneus admittitur.si alter ex consortibus inopia laborare digno
2 scit.h.d.†No.ꝙ ꝯ vnūquēque ex cōsortibus separatim dirigēdus,
a est libellus.[a] qñ nō oēs cōionē hñt in ead.re.Item no,ꝙ delegatus
inter fratres nō hēt iurisdōnem aduersus aliquem eorum singula
rē successorē,sed noua delegatione est opus.Item ubi plures fundi
sunt cōes,quilibet æstimaī,& vni vnus assignaī,& alter alteri. sed
q fundū hēt alterius estimationis,alteri pro rata in certa quātitate
ꝯdemnaī.Itē no.ꝙ vnus ex cōsortibus pōt offerre certū ꝑciū alte-
ri,& alter illi pōt plus offerre.Item no.ꝙ vbi alter eorū plus, uel
minus offerret quā fundus ualet,sciēs,qđ alter est inops,& nō hēt
pecuniā ad plus,& iustum precium offerendū,ꝙalter ꝑt offerre ex
neū emptorem plus,offerentem.Sed hic attende,ꝙ vr̄, ꝙ semper
hoc facere possit,cū añ litem ꝯt.ei sit ꝑmissum suā partem vende
re.vt s̄.e.l.j.& sic emptor reperieī socius,& ꝑ ꝯñs suo iure poterit li
citare.Scđo,ꝙ ibi añ lit.ꝯte.hic postea. quo casu est ꝓhibita alie-
natio.ſm Mar.Sy.& Cyn.vel hic extraneus, nō erat partem em-
pturus,sed totum,& sic partē vtriusq;.iō hic admittitur dūtaxat ī
subsidiū.& vtraq; sol.uera simul iuncta.Quæro primo.iste tex.loq
b tur.quando alter vtilius,q̄ res valeret offerebat.[b] iō extraneū em-
ptorē admittit,quid si iustū,& æquū ꝑciū offert.certè vr̄ a sensu ꝯ
rio huius literæ.ꝙ tūc extraneus licitator nō admittereī.ꝙ satis ē
æquum,quia animosus emptor non dēt attēdi.vt l.ꝑcia.ff.ad l.fal.
cū simi.Quæro scđo in casu,quo alter minus iusto ꝑcio offert,an
extraneus emptor sit audiendus,supposito , ꝙ ab altero forte ñ sit
submissus.Rñ.Gui.de Cu.ꝙ nō,quia iste exn̄eus nullam participa
tionem habet in cā,nec eius processu.iō ad hāc licitationē.q̄ fit ex
natura iudicij altero inuito non debet admitti.arg.ff.de testamen.
tut.l.nemo.& de iure do.l.cū fundo.§. sed si fundus.Sed ab altero
3 submissus audiī.qa venit de eius voluntate loco illius.† Quæro.3.
c consuetudo,vel statutū ē in Ferraria,[c] vt si quis vendidit rem im
mobilē ex ꝯsortes suos,uel agnatos,ꝓximior de agnatione possit
eā redimere ꝑ eo. ꝑcio vsq; ad annum.Sed pone,ꝙ iste ꝓximior
non est pecuniosus,uñ vult alteri hoc ius cedere.Quæriī,an possit
refert,ꝙ Pe.& Cy.dixerūt,ꝙ ñ,quia in cessionario cessat rō statu-
ti,q̄ est,ne res exeat de genere suo.vt l.cū pater.§.libertus.de leg.2.
Non ob.hæc.l.qa in odiū illius plus licitātis extraneus submissus
admittitur.nec hic ꝯ ius alteri q̄sitū venit,sed ꝓ iure propriodefen
dendo,& iā q̄sito aliū submittere ꝑmittiī.Quero.4.si iudex uni a-
diudicauit fundū.alij vsum fr.an nudam ꝓprietatē uideatur adiudi
casse illi,cui fundū adiudicauit:dic qđ sic,vt in tex.no.in l.& puto.
§.j.ff.fa.her.licèt aliud sit in testatore.ut l.si alij.ff. de vsufr.le. Et rō
diuersitatis ponitur per gl.in d.§.j.ex qua collige, ꝙ verba senten-
tiæ restringuntur secundum materiam iudicij.

ADDITIONES.

a Libellus.Qualiter libellus sit formandus in hoc iudicio com.diui.uide Bart.hic,
&no.ꝙ ad hoc,ut hēat locum hoc iudicium requiritur,uel ꝙ agens non nega
tur socius.uel ꝙ sit in possessione rei,quam petit diuidi,ut per Bar.in l.prouin
ciali.§.i.ff.de oper.no.nun.
b Alter utilius,quā res ualeret offerebat.Tu uide de hoc Bal.in l.2.in ult.q.in fi.ī.
de rescin.uen.ubi tenet contrarium,de quo dic,ut per Ang.& Imo.in l.qui Ro-
mæ.§.cohæredes.ff.de uer.ob.
c Statutum est in Ferraria.Tu uide de materia ista Rom.in l.i.§.usufr.in antiq.re-
collectis.ff.de ope.no.nun.ubi uidetur tenere contrarium.de quo etiam uide ꝑ
Pau.de Cast.in l.apud antiquos.de fur.ubi format quæstionem, in fi.inf.quoti
dianam.

LEX III.

1 *Diuisio sine scriptura facta quando rata debeat haberi,*
2 *Diuisio facta secreto inter fratres , quomodo probari possit testibus mor-*
tuis .
3 *Titulus empti,an præsumatur per longi temporis posses.uel præscriptionem.*

Si maior. Primo in bonis diuis.scđo in communibus. se-
cūda ibi,idemq;.prima.in duas.quia primo , in
maiore,secūdo in minore,scđa.ibi,qđ si minor. Casus. Diuisio fa-
1 cta ēt† sine scriptura dēt hr̄i rata,nisi bñficio restōnis veniat resci
denda,& ñ diuisa dēt diuidi.ideoq; culpæ.& fructuū rō in hoc iu
dicio dēt haberi.h d.No.primam partem contra rusticos, & me-
chanicos.qui cum sua consumpserunt iterato cum fratribus diui
dere quærunt,allegantes,quòd de diuisione non fuit facta scriptu
ra,uel instr̄m.No.ex prima parte,ꝙ minor læsus aduersus diuisio
nem petit restitutionem,de quo dic,vt s̄.dixi si aduer transl.i.& 2.
No.ex tertia,ꝙ consortes pñt quædā ex reb.cōib.diuidere,quædā
in cōione retinere.Item,ꝙ ꝑ iudicem debet haberi rō doli, & cul
pę,ac ēt fructuum ꝑ alterum ꝑceptorum.Itē,ꝙ æqualitas īter fra-
a tres per oīa in diuisione est seruāda,licèt sint sexu uel ætate dispa-
2 res.† Quærit gl.pone diuisionē factā secreto īter fratres,uel palam,
sed testes sunt mortui,ſm illā diuisionē possedit bona ꝑ 10.per 20.
an.postea īter illos fratres,uel eis mortuis, īter eorū filios orit dis-
cordia.vñ aliq ipsorū petīt oīa bona uelut cōia,ex diuerso allegaī
diuisio,&ad ꝓbādū īducit̄ possessio lon.tem.facta īter fratres ꝓ di
uisione,an intelligaī ꝓbata diuisio.Gl.hic notabilis, & singularis,
determinat ꝙ sic,qa ex quo qlibet seorsū fruct⁹ ꝑcepit,diuisio all.
ꝓsumiī.ar.ff.de vsur.l.cū đ ī rē verso.& de aqua.plu.ar.l.i.ī fi.& pro
hoc facit.l.itaq;.ff.ꝓ soci.Vltramontani tenuerunt contra:qa hæc
actio spacio lon.tem.non tollitur. sed 30.an.vt ī.de an.ex.l.j. Non
obst.l.cum de in rem verso . qa ibi manualis præstatio interuenit,
vñ faciliter titulus allegatus præsumiī,qa non est credendum pre
stātē iactare,vt l.cum de indebito.ff.de proba . sed in casu nr̄o sola
patientia interuenit,quæ licèt in eo qui est obligatus habeatur pro
traditione. vt l.minus.ī.de acq.pos. & l. qua rōne.§.interdum.ff.
de acq.re.do.nō tñ in non obligato. vt l.qui vas.§. vetare.ff.de fur.
Quidam Perusini dñt,quod inter istas possessiones est æqualis por
tio,seu proportionata qualitas,ita quod versiſr pōt ad diuisionem
adaptari,qa tunc diuisio præsumaī.aľs non præsumiī, qa nemo ia
ctare crediī.vt d.l.cum de indebito.Ego credo gl.simpľr veram, q̄
Ia.Bu.Bar.& cæteri patres nr̄i sunt sequuti.& hoc per iura s̄.allega
ta.ac ēt ꝑ ea,q̄ scripsi.in l.si certis annis.s̄.de pac.Nec obsto,ꝙ equa
litas non sit proportionata, qa ꝯsensu partium pōt esse dispropor-
tionata,& donatio æque ꝓsumereī,si illa allegareī , & possessio cū
patiētia donatoris tāto tpe ꝓbareī.Et sic hæc ꝓsumptio, vt conue-
nietior aliam gñalem sibi oppositā facit silere, & cessare, & sic nō
obstat.d l.cum de indebito nec obstat, ꝙ patiētia non hr̄ pro tra-
ditione in nō obligato,qa illud procedit in casu certi.l.qñ constat,
3 ꝙ patiēs non est obligatus.at qō nr̄a locū hēt in casu dubij.† Quę
rit.2.gl.Titius possedit diu fundū meū,ego postea vendico ab eo-
ipse opponit ꝓscriptionē lōgi tpis afferens se titulo empti possedis
se.Quæritur,an titulus iste probata possessione lōgi tpis præsuma
tur.Huic qōni non rñdit gl.sed Ol.vr̄ sentire,ꝙ si allego me emis-
se à tertio,qa tūc titulus non presumiī,si vero ab actore,vel ab eo
à quo actor dicit se cām hr̄e,tunc titulus ꝓsumiī.ar.eius, ꝙ in ꝑce-
dēti q ōne dixi.Alij moderniores dicunt,ꝙ ēt ꝯ.ac.titulus nō presu
mitur ꝑ.l.nullo.s̄.de rei vē. Nā frustra lex requireret titulū,& pos-
sessionem longi tpis ad ꝓscribendum,vt ibi, si ex diutina possessio
ne titulus præsumereī. pro hoc facit.ff.de iureiu.l. si duo patroni.
§.si quis iurauit.& §.Marcellus.Non obstant notata in præcedēti.
q.qa dicunt ipsi.ibi actor fateī fuisse cōionē, quæ obligat ad diui-
dendū,iō facilior est præsumptio diuisionis, probatis his quæ.s̄.in
gl.dñr argu.l.si filius.s̄.de pe.hæ.Sed in hac qōne nullius tituli ꝓ-
sumptio pōt fieri,qa non subest cā.vel coniectura,ex qua ista præ-
sumptio possit fundari.Et ideo inter vnam quæstionē,& aliā rō ē
diuersa. Addit Bar.aliam rōnem , scilicet quia in præcedenti quæ
stione de modico præiudicio tractatur. in ista de magno. Hæc ra-
tio non placet,quia in præcedenti si de magno præiudicio tracta-
retur,quia æqualitatis proportio non fuisset,adhuc ista decisio lo-
cum haberet , vt ibi dixi. Forte quòd Odof.non malè dixit, vt sic
velit dicere,aut reus ex solo titulo , & traditione velit actorem ex
cludere,& habet locum,quod in præcedenti quæstione est dictū,
quia tunc possessio longęua non est de substantia exclusionis, sed
sola probatio tituli,& traditionis.Aut vult eum excludere ex præ
scriptione,& tunc, quia præscriptio causatur specialiter ex duob.
scilicet ex titulo,& possessione.vt d.l.nullo. ideo vtrūq; verè est ne
cesse probari.sed quia exceptio præscriptionis non est necessaria,
quando traditio facta est ab actore,cum sola traditio facta ex legi-
timo titulo eum excludat , ideo ipse distinxit.aut allegat titulum
ab actore,aut à tertio.Et ex prædictis habes rationem diuersitatis
optimam inter vnam quæstionem,& aliam.& hæc est veritas.

ADDITIO.

a Est seruanda , Adde.d.Soc.consi.4.inc.visis actis , & actitatis.circa.fi.j. col.in 2.
parte. quod æqualitas inter fratres , ex quo est inductiua nutritiua confirma-
tiua,& consolidatiua concordiæ, & fraternæ charitatis , & affectionis , & per
contrarium inæqualitas est nutritiua discordiæ,& ideo seruanda est.& adde qđ
vnus fratrum alterum labore suo defraudare.& spoliare non debet.sed æquani
miter misericorditer sibi dare,nec damna ab eo,imo lucra,& auxilia peruenire
debent,& sic,vt dictum,inter eos æqualitas est seruanda, vt per præf.Soc.consi.
160.inc.in præsenti consul.subtiliter.versicu.sed in casu nostro.circa medium.

LEX V.

1 *Communio libera esse debet.*

a In communione.[a] Primo dictum . secundo con-
silium ex eo illatum . secunda
1 ibi quapropter.Casus.† Nemo compellitur in communione per-
manere.h. d. Ratio huius est , quia communio consueuit exci-
tare discordias.& quia segnius expediunt cōmissa negotia plures,
& quia suæ rei quisque debet moderator esse , quod non
potest fieri stante communione.Quæro cum glo . an de societa-
te inchoata , vel inchoanda loquatur dicit gloss. quod de
vtraq;-

ADDITIO.

a In communione. Ad intellectum huius l.uide Bar.in l. si non sortem.§.si cer.
tum.ff.de condi.inde in l.filium quem habentem.uer.uenio ad.2.gl.& uiđ Bar.
in l.in 4.ad l.falc.& adde,quòd vltra casus hic positos fallit etiam in duob.aliis
casibus,de quibus habes singu.tex.in l.fi.& ibi Bar.ff. de alien.iu.mu.cau. fac.&
adde eo.Soc.consi.145.inc.uisis inuestituris.uer.dato,ꝙ prædicta.in fi.in 2.par
te.quod diuisio ubicunque non est prohibita conceditur etiam aduersario in-
uito,quia nemo stare cogitur in communione.Sed quid quando est appositum
pprijs, vel sup collo boum, vel super carrecta, vel quadriga, veniet
puniendus pœna statuti. Statutum enim factū exportationis con
fiderauit, non modū exportandi, vel super quo, & expressio facta
de equo curru, vel asino, facta est gratia exempli: & ad euidentius
demonstrandū, qđ non curabatur sup quo frumentū portaret, &
in quocūq; modo est eadē rō, & omnimoda similitudo. ergo, &c.
& quia materia est indifferens ad masculū, & fœminā. & eadē rō
& oīmoda similitudo in casu isto inter eos. ideo si fœmina exporta
ret, pœna statutaria teneretur. Non idē dico in statuto, quo cauet 29
quod si quis decesserit abintestato, fœminæ nō succedant, existētre
aliquo agnato masculo vsq; ad certū gradū, puta quartum. nā ali
qua mulier mortua superstite eius fratre, & filia defunctę nō ex
cludetur filia, sed pferetur fratri, quia statutum nō habebit locū in
muliere decedente, cum nō sit omnimoda similitudo. nā statutū
loquitur, quando de masculo, qui sustinet onera totius domus, &
generis sui, essent bona transitoria in mulieres, quæ ad alienas vt
plurimum transeunt familias. sed in casu nostro bona iam sunt pe
nes mulierē, q nō sustinet onera generis sui. ideo facilior debet esse
ad aliam mulierē transitus. arg. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. versi. in
specie. nō est ergo inter eos oīmnimoda rō, & similitudo. & sic in
hoc statuto masculinum non concipier fœmininum. Aliæ etiam
rationes possunt assignari, quas nunc omitto. Quæro, hodie ture
la defertur, sicut hæreditas, vt infra. de leg. tu. authen. sicut. adeo
quod non est differentia agnationis, & cognationis, sicut nec
in hæreditatis delatione. sed pone in hæreditate innouatum per
statutum, an in tutela dicetur innouatum. Et videtur quod non,
quia non est eadē ratio in vtroq;, nec omnimoda similitudo. & sic
non est fienda extensio, vt in præcedenti dixi. In contrarium quia
quod in vno dicitur, in alio exauditur, vt d. auth. sicut. & sic non fit
extensio ab homine, sed a lege. & non per modum exceptionis,
sed per modum dispositionis illius iuris, sicut quæ omni die loqui
tur, & omni die talem subordinationem inducere videtur, vt l. Ar
riani. §. de hæret. & l. hodie. ff. de pę. & quia in casibus in quibus ha
bent locum leges interpretantes, & interpretatę, & in Auth. de fi.
an. instru. do. na. in prin. Et pro hoc induco gl. in simili, quam doct.
sequuntur, quæ quærit, an hodie statuta contra regulas iuris in l. si
quis seruo persuaserit. ff. de fur. contra illum, qui corrūpere uoluit
seruum, & non corrupit, locum habeāt in eo, qui corrumpere vo
luit filium alterius ad fugam, vel furtum faciendum. Et tenet glo.
quod sic, per reg. antiquam, quæ disponit, vt statuta in seruo vendi
cent sibi locum in filio, & ita not. in l. quod vero. ff. de legi. in d. l. si
quis seruo. & si ibi ita est, ergo in proposito cum non sit diuersa. &
27 similitudo vī bona. † Quæro succedūt, statutum in successionī
bus abintestato repellit mulieres extante aliquo masculo de agna
c tione vsq; ad certum gradum, an poterunt legitimam petere. [c] &
vī q nō, quia legitima debetur respectu portionis, quam essent ha
bituræ abintestato: sed per statutum nullam portionem sunt habi
turæ. ergo, &c. & pro hoc facit quod dixi in q. præcedenti. Con
trarium teneo, & plenè scripsi in auth. nouissime. §. de inof. test. &
ibi rationes. & ll. induxi, quas vide. & inter alias rōnes hæc est vna,
quia filij potissime ad legitimam portionem admittuntur, quan
do sine eorum facto ad successionem vniuersalem non vocātur,
vt l. si arrogator. ff. de adop. l. q. sq; is. ff. ad l. iul. maie. & in authen. si
mulier. in fi. §. de sacrosancc. & ex hoc patet, q dicta in præceden
ti quęstione non habent obstare, quia ibi tutela defertur his, qui ad
pupilli hæreditatem vocantur. ideo si non vocantur, tutela nō de
d [d] fertur. Sed in casu nostro licet legitima quotitetur [d] respectu por
tionis, quæ ab intestato deberetur, non tñ eius portio conceditur
duntaxat si [e] abintestato vocetur, sed etiam si non vocetur, dumta
men sua culpa non excludatur, vt ll. §. alle. & ideo illa verba, quib.
vtimur. s. quod legitima est quarta eius, quod habiturus esset abin
testato, sunt dicta respectu quotæ demonstrādæ, non respectu suc
28 cessionis ab intestato necessario requirēdæ, vel exigendæ. † Quæ
ro. 3. pœna adulterij in adultero est capitis de iure [e] communi, pœna
vero stupri est leuior, quia in honesto dimidiæ partis bonorū pu
blicatio, in vili coertio corporis cum relegatione. vt inst. de pub.
iud. §. item lex. vel deportationis, quando tutor stuprum commisit
in pupilla. Pone per statu. cum pœna adulterij est innouata, quia
in ducentarum librarum, an per hanc innouationem dicemus pœ
nam stupri innouatam, vt non excedat ducentas libras. & in tuto
re non videtur mihi dubium, quòd non, quia tutoris officium ag
grauat delictum, nō sic in alia persona honesta habetur dubiū, qa
dicam, quod reperiret grauior pœna stupri, q adulterij, quod vide
tur absurdum, quia non sic est graue delictū, vt patet ex genere pœ
nę & iure cōi impositæ. & quia leges antiquæ mitius volunt puni
re stuprum. In contrarium facit, quia delicta sunt diuersa, nec pœ
na in vno imponitur per correlationem ad pœnam alterius. & sic
ex correctione vnius, non debet inferri correctio alterius vt l. præ
cipimus. ff. de appell pro prima parte facit, quia pro adulterio mu
lier detruditur hodie in monasterium, & c. vt. ff. de adult. auth. sed
hodie. Adulter autem punitur capite, vt prius, vt not. in l. quamuis
adulteri. in gloss. fi. ff. de adult. & idem vult gl. in muliere stuprum
cōmittente, vt in monasteriū detrudatur, vt not. ff. de adulter. l. pe
nulti. Et hoc ne grauius stuprum eius puniatur, quam adulterium
& pro illa glo. videtur hodie casus in Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. qa
vero quædam. Sed attende, quia ille tex. loquitur in muliere, quæ
sine causa saltem iusta diuortium fecit, & postea stuprum commi
sit. vnde quia adhuc ipsa potest reconciliari viro, ipsa detruditur in
monasteriū. sed in vidua non loquitur text. ille. vnde videtur, quod
pœna antiqua debeat imponi, in qua statuentes videntur perman
fisse, ex quo nihil innouarunt. Consilium tamen esset, vt hi, qui ha
bent potestatem super hoc interpretandi, & statuendi, adirentur.
argu. l. cum de nouo. ff. de legi. & eius quod no. in l. non possunt. ff.
eo. tit. † Quæro 4. mandans de iure communi debet puniri pœ
e na mandatarij, [e] vt l. 3. §. diuus. & l. senatus. §. j. ff. de iure fisc. modo
pone, quod in faciente pœna est per statutum minorata, quia de
corporali est redacta ad pecuniariam. Nunquid idem erit in man
dante, vt sic statutum de mandatario extendatur ad mandantem.
Et hāc quæstionem latius pertractaui. ff. de acc. l. non ideo minus.
in vj. q. ad fin. & ibi finaliter tenui, q in mandante locum habebat
noua pœna a statuto facienti imposita, & non antiqua iuris com
munis, & hæc sufficiant.

ADDITIONES.

a Concipit fœmininum. Sed quo casu masculinum non concipit fœmininum. vi
de per d. Soc. consi. 110. incip. abūde, & subtiliter circa prin. 2. col. in par.

b Si quis portauerit frumentum super equo asino, vel curru. Facit ad hoc quæstio,
quam Bart. consi. suo, 129. decidit, an incurrat pœnam statuti prohiben. aliquid
extendi venale in platea communi, rusticus, q. in manibus suis in dicta platea
offert corium bouis venale.

c An poterunt legitimam petere. Adde Soc. consi. 150. incip. & nos introducere.
versic. confirmantur prædicta. in j. parte. & cons. 274. incip. in causa fr eris And.
ver. secundo, vbi hoc idem tenet.

d Licet legitima quotitetur. Adde Soc. consi. 150. incip. & nos introducere. versi.
postremo etiam. in j. parte. vbi hoc idem allegat. & firmat.

e Debet puniri pœna mandatarij. Adde an hoc sit verū indistincte. & an puniatur
pœna mandatario imposita diuersa, quæ sibi per formam statuti imponit no.
Bart. in l. is qui opem. de fur. & in l. vtrum. ad l. iuli. de pari. Bal. in l. non ideo mi
nus. & hoc versi. premisso. & ibi per illum. ff. de accusa. & not. Ange. Aret. in suo
tracta. maleficiis. in gl. in ver. mandatorem. q. xij.

LEX III.

1 *Seruus delinquens criminaliter conuenitur, sed pro eo dominus ciuiliter.*
2 *Seruus, an possit criminaliter accusari, vel conueniri.*

1 **Si seruus** † Pro delicto cōmisso a seruo si agatur crimi
naliter, debet seruus accusari, si ciuiliter debet
dominus cōueniri, q si nō cōsenserit, facultatē habet dandi seruū
pro noxa hoc dicit. No. tria, q habes in summario. Itē no. q seruus
2 cōsistit in iudicio criminali, cōuentus [a] vero in ciuili, qa non po
test ciuiliter conueniri. Ex quo not. quod nemini est auferenda
facultas sē defendendi, vt hic. & l. sequen. & infra, de iure fi. l. facul
tas. & ex quo non auferuntur seruo, sequitur quòd defensio est de
iure naturali. l. prima. §. sed cum artetes. ff. si qua paupe. fecisse dic. &
d. l. facultas. No. etiam, quod pro vilissima persona accusata, quis
potest se inscriber ad pœnam talionis, & alia a iure requisita fa
cere. † Oppon. quod criminaliter non possit seruus accusari, ut l.
2 hos accusare. §. omnibus ff. de accusatio. Solutio. secundum glos.
quod accusari potest, quando pœna corporalis est infligenda,
vt hic, non quando pecuniaria, vt in contrario. Or attende,
quia quod glos. dicit de pœna corporali, intelligi debet late, vt pœ
nam deportationis, & relegationis contineat, vt infra, de sepulc.
viola. l. secunda, & ff qui & a quibus. l. secunda. Item scias, quod in pœ
na pecuniaria Bartolus fatetur gloss. veram, vbi sit quotitas bono
rum. Sed ubi esset certæ quantitatis, puta. x. aureorum, dicit glos.
non bene dicere, & tunc seruum accusari, & conueniri posse. l.
si quis id quod. §. in seruos. ff. de iurisdictio. omni. iudicum. & per l.
quod si minor. §. si seruus. ff. de minor. & hoc quando applicatur
pœna fisco, ut dictis ll. fecus si parti, quia tunc fatetur dominum
conueniri debere, ut hic. cum similibus. Ego teneo glossam,
non in pœna certæ quantitatis, per textum, in dicto. §. in omnibus.
in fine, coniuncta glosla ibi posita & per textum. ff. de mi. l. sed si
unus. §. cum seruus. & per text. ff. de termi. mo. l. agraria. uersi.
culo. alia. Non obstat dictus. §. in seruos. quia secundum prę
dicta debet intelligi, ut sentit glosla in dicto. §. cum seruus. & plenius

ADDITIO.

2 Conuentus. In exemplaribus vetustioribus per uocabulo conuentus ponitur de
minus, quod iudicio nostro rectius quadrat.

3 plenius super his scripsi. in l. 2. ff. de accusa. † Oppo. 2. quod etiam
li criminaliter agatur, dominus possit ipsum defendere, vt l. 2. ff. de
accusa. Solu. confitendo, vt in gl. Sed vide quod ibi plenius scripsi.
Quæro, an huius noxæ deductio sit in obligatione. Respon. quod
non, sed in solu. vt no. in l. præcedenti.

LEX IIII.

1 *Seruus in criminali iudicio legitimam personam habet.*

Si seruus Ex rapina serui dominus ignorans, vel sciens,
& non prohibere valens, cōuenitur noxaliter,
prohibere autem valens, & non faciens cōuenitur in solidum. sine
nox. deditione. criminaliter tñ accusatio ꝯ seruum, non ꝯ dñum
1 dirigitur. h. d. † No. q seruus hēt legitimā psonam in se defenden
do in iudicio criminali, vt hic, & l. hos accusare §. oībus. ff. de accu
2 sa. Idem dicendum est in monacho. Idem dicendum vī in filiof. [a]
& multomagis cum sit liber homo, etiam si sit actor. per l. post le
gatum. §. filius. ff. de his qui. vt indig. & argu. l. nam quod. ff. ad treb
licet glo. dubitet in l. cum non solum. §. necessitatem. ff. de bo. quæ
libe. circa materiam. l. vide quæ dixi in l. præcedenti.

ADDITIO.

2 † Idem videtur dicendum in filiosa. Adde Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniam
cōtra falsam. §. confessiones. nu. 3. uersic. similiter fallit in causis criminalib. &
q ibi posui in apost. ad ipsum in eo. uer. extra. de proba. dixi etiam post Gui. de
Cug. in l. cum non solum. §. necessitate. nu. 3. in apost. in uersic. sine consensu pa
tris. ff. de bo. quæ lib. & de hoc per Bart. Soci. in suo tract. fal. reg. 151. fallen. 1.

LEX V.

Si tibi. Ex delicto serui debet dominus criminaliter con
ueniri. hoc dicit.

Ad exhibendum. *Tit. xlij.*

Conti nua rubricam, vt hic. & dic, q exhibere est rem extra secre
tum habere, vt ff. de tab. exhi. l. 3. §. & quid sit. & de liber. ho. ex
hiben. l. 3. §. ait prætor. & ideo hæc actio pro rebus mobilibus, quæ
secreto tenentur, competit non pro immobilibus; quia per seipsa
se exhibent vnicuique, vt infra. quando, & qui. quarta pars de l. j. §.
sed vbi. & hæc est actio personalis, sed in rem scripta, vt dicam. ff.
eodem. l. exhibitionis.

LEX PRIMA.

1 *Marius uxoris bona alienare non debet.*
2 *Pater rem filii alienare potest.*
3 *Iudex rem exhiberi non debet iubere incontinenti.*
4 *Probatio qualis debet esse in actione ad exhibendum.*

a **SI dominium** [a] Qui rem vult sibi vēdicare rō
ne dominij, pōt prius ad exhiben
dum experiri. h. d. vel sic. Actio ad exhibendū est præparato
1 ria rei ven. h. d. † No. q maritus non hēt potestatē alienandi bo
na vxoris. Item. q ex psona matris filia venit ꝯ factū patris. Itē, q
factū patris nō iudicat filio. Itē qđ lata sīa in actione ad exhibē
dū nō tollit, qn de veritate dominij postea in rei vē. debeat quæri.
Item pondera bñ literam, qa hic est casus, q acturus rei ven. corā
vno iudice, intentat actionē ad exhibendum coram alio. Itē not.
q, pbationes summariæ factę in iudicio summario, nō faciūt fidē
in ordinario, in quo requiritur plenior cognitio. Opp. j. psequendo
ordinē gl. q actio ad exhibendum nō tantum sit præparatoria rei
ven. sed etiā aliarū actionum, vt ff. eo. l. j. & l. 4. §. j. & §. est aūt perso
nalis. & §. item si. & §. si quis ex noxali. Sol. cōstitendo cōtrariū, ut
2 in r. gl. in fi. nec hęc l. dicit contrariū. † Opp. 2. q pater rem filij vē
dere potuerit, vt l. 1. ad fi. ff. de bo. ma. Sol. vt in seq. gl. qa verū in p
iudiciū sui vendentis, sed nō filij non consentientis, ut hic. Opp. 3.
q, imo præiudicet filio, vt §. de rei vend. l. cū a matre. Sol. q sola vē
ditio non præiudicat filio, vt hic, sed hæreditatis patris secuta adi
tio per q incipit a modo, vt patris hæres teneri de euictione, quod
procedit in dubio, si non fecit inuentarium. Sinautē fecit inuenta
rium, dic, vt no. in l. cum a matre, & ff. de iure delibe. l. fi. §. in cōpu
3 tatione. † Opp. 4. q iudex non debeat sic incontinenti, & ex abru
pto iubere rē exhibere, vt ff. e. l. 3. §. iudex. & §. ibidē. Sol. q hæc fm
illam, vt in gl. fi. q iubebit pcedente summaria cognitione, & semi
plena, pbata causa dñij. In actione enim ad exhibendum ēt in q
busdā aliis notatis in d. §. iudex. summatim cognoscitur, & pcedi
tur, & qa fides est summaria, necesse est postea, pbare plene de do
minio in rei ven. q nō esset, si in priore iudicio plenaria iteruenis
4 set, pbō, vt l. is apud quē. cū ibi not. ff. de eden. † Quæro modo, qua
lis debeat esse ista, pbō. Rñ. q in actione ad exhibendū dēt esse ta
lis, q animū iudicis ad præsumptionē inducat, vt l. thesaurus. ff. e.
& solū iurm vī sufficere, vt ibi in litera. & no. in l. 3. §. iudex. et. ti. sed
in rei ven. debet fieri plena, pbatio dñij per testes, vel instrumenta,
vel cōnem sfuorum, vt ff. de qō. l. quoties. & no hic in gl. fi. & an
sufficiat semiplena cum iuramento. dicet. ff. de reb. cre. sup rubrica.
vbi gl. tangit. Quæro, an sufficiat huic filio probare rem fuisse ma
tris, dic, q sic, dūmodo offerat se eius hęredem: qua si filius, & hę
res; ergo dominus, vt l. si possidetis. infra de prob. & ita no. hic gl. j.

ADDITIO.

a Si dominium. Qualiter in hac actione ad exhibendum procedatur, & quæ pro
bationes requirantur. Vide per Spec. de summa. cogn. §. postremo. uersi. 6. quæ
rendum. Et an in eodem libello possit intentari cum rei uendicatione no. in ti.
de actio. & pe. §. sequitur. uersi. & no. quòd dicitur, & in tit. de iudi. §. ultimo ui

dendum. & §. est autem ibi acturus. & ibi glo. no. ff. ad exhiben. & glos. in l. iul. §.
quantum. in verbo incentionē. eod. tit. sed glo. tenet contra. in l. 1. in verbo ne
cessaria. ff. eod. & in lege prima. de interrog. actio. in ver. instituitur. vide in Spe
de iud. §. vlt. videndum est per totum. & tex. & Bal. in l. fi. ff. eod. & Bart. in l. qui.
de inofficio so. versi. queritur vtrum. ff. de inoffi. tita. vbi tenet hanc partem, q
simul possunt cumulari in eodem libello, sed an competat pro instrumēto edē.
Innoc. in c. cum olim. de probat. Bal. in marga. ver. act. versi. fi. & Bald in l. pē in
ver. & adde. j. quemadmo. test. aper. vbi dicit dari cām contra notarium, vt exhi
beatur instrumentum. Et adde quod actio. ad exhiben. ponitur in Spe.. de his
quę me. causa fi. & in toto. titu. ff.

LEX II.

Si criminis Ratione criminis inquirendi pōt prima ex
hiberi. q no. facit ff. de pub. l. cū si exhibuis
set. & no. extra. de test. c. cū cām. Opp. q actio ad exhibēdū nō cō
petit, nisi pecuniariter iteretur, vt ff. e. l. si liber hō. & l. de eo. §. j. Sol. q
hic pecuniariter iterarat, qa ciuiliter, & noxaliter agebat, vt i gloss.

LEX III.

1 *Absolutoria in actione ad exhibendum lata, non præiudicat in rei uendi.*
2 *Exceptio rei iudicatę quando obstet iterato agenti.*

Neque Absolutoria lata nō nocet agenti ex noua causa. h.
d. vel sic Absolutoria lata, qa reus non possidet, nō
1 p̄iudicat, qn ex noua possessione agi possit. h. d. † Not. vltra dicta in
summario, qđ absolutoria lata i actione ad exhibēdū, nō p̄iudicat
in rei vendica. Gl. variis modis ponit casum, q p te vide & ponde
ra. qđ vbi reus nō possidet, ꝯ eū, nec actio ad exhibē. nec rei vēdi.
intentari pōt: quia deficit principium necessariū ex parte quenti, vt
hic, & §. vbi in rem actio. l. j. & de alie. indi. mu. l. j. & tamen ex hoc
solo nō fert sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, seu diffi
nitiua, ut hic. Et iste est vnus de casibus, in quo causa debet poni
in sententia, & ea non posita nō fiat præiudicium actori in alia cā.
Quærit gl. quid si possidebat, sed absolutus fuit reus quasi nō pos
sideret, an tūc actori obstabit exceptio rei iu. & vī, q sic. ar. ff. de iu
reiurā. l. qui iurasse. §. si pater. econtra, q non, qa non poterit reus in
terrogatus dicere, ego fui male absolutus, quia tunc possidebam,
quia sic propter mandatum videretur absolutus, vnde ei non de
bet prodesse sententia ar. l. cum ꝓtor. §. j. ff. de iu. Et si dicat, ego tūc
non possidebam, actor habet quod petit, quia exceptio rei iudi. si
bi non obstabit. gloss. tenet primam partem; & in d. §. si pater. dicit.
q huiusmodi interrogationibus, vt captiosis non tenetur respōde
re. sed infert Cy. q Ia. de Ra. dixit, q satis respōdet, dū objicit de re.
iud. q nō obstaret, nisi tūc temporis possedisset, vt hic, vnde de illa
obiiciendo videt de possessione fateri, tanq̄ antecedens necessariū
argu. l. illud. ff. de acquir hære. & aliter non respondet ad dictā. l. cū
ꝓtor. §. i. sed dic, q ibi quando contra absentē falso aliquid fuit alle.
2 † Vltimo distingue, vt in gl. cum q̄rit, an iterato agenti obstet ex
ceptio rei iud. quia aut agit cā adiecta, & non præiudicat in alia, q
fatet. Pe. verum in psonali, nō in reali, in qua de pleno iure dñij tra
ctatur, quia cum ex vna cā tñ quis possit esse dñs, vt l. 3. §. ex plu
rimis. ff. de acq. possillud videt in iudicio deduxisse, & ideo omnē
cām, ex qua dominiū in iudicio deductum possit verificare, dicit i
iudicio deduxisse, & sic ex superuenienti tantum pōt agere, non ex
antiquo. q hoc facit, qa i appellatione à diffinitiua licet vna causa
exprimat, tñ oīs alia dicit in ea deducta, per quā appellatio suā p̄t
iustificari, vt ff. de adopt. l. scio. §. fi. Sed tene gl. qa pro ea est casus i
l. si mater. §. finautē. & in l. & eadē. §. actiones. a sensu ꝓtrario. ff. de
exce. rei iud. Nec ob. q de appel. dicit, qa illud in fauorē appellātis
est inductū, cū vltra x. dies ñ possit iterato appellare, sed i casu nō
ppetuo p̄t agere. iō illa cā, & nō alia solū dī i iudiciū deducta. Aut
agit cā nō adiecta, & tūc distingue realē a psonali, qa i reali, aut fuit
re absolut[a]: qa ñ possidet, & ñ obstat exceptio, vt hic, q fm gl. aliā.
§. posita ē intelligēdū, nisi tūc possidebat, aut fuit absolut[a] qa actor
se dñm ñ, pbauit: & tūc i oi cā dñij sibi p̄iudicauit vsq; ad tps illud.
ex. sup uēiēti ergo, & ñ ex antiquo p̄t agere. In psonali vero dicitur
vnā tñ, p̄sequor, aut oēs, vt i gl. Sed hic reuoco in dubiū. si in reali
nullā cām adieci, postea ā vno tñ capitulo, & sic vnā tñ, p̄sequor
an idem erit, q in personali. & videtur, quod sic. qa rō non videtur
diuersa. & pro hoc facit, quod not. gloss. insti. de ac. §. aliæ.

LEX IIII.

1 *Actio ad exhibendum est arbitraria.*
2 *Possidere de præsenti se negans, an præsumatur possedisse.*
3 *Possidere rem mobilem præsumitur qui olim possedisse probatur.*
4 *Probatio possessionis de tempore anteriori fieri potest.*
5 *Esse, an præsumatur, quod olim fuit.*

a **Non ignorabit.** [a] In actione ad exhibēdū iurati litē,
1 hoc dicit. q not. † Et ex hoc collige.
q ipsa ē arbitraria arg. l. i actionib[us]. ff. ā i litē. iurā. & ē rex. ifti. de ac.
b §. pterea. Itē no. ex verbo fuisse. q verbū p̄teriti plusq̄ pfecti [b] affir
mative

ADDITIONES.

a Non ignorabit. Adde Bald. hic & adde quod probatur interesse per iuramen
tum Bal. in l. pen. ver. fi. & adde. j. quemad. & est opin. ité adde quod est ordina
ria, & au exhi. fiat ante lit. conte. in Spe. de act. seu peti. §. sequitur. ver. sed nun
quid debet fieri, vbi remittit se ad no. in l. 2. ff. eo. tit. ad exhiben.

b Verbum præteriti plusquam perfecti. Adde Bartol. in l. si debitor. in 3. nota. ff.
de cōtrahen. emptio. & in l. j. in 7. q. de iure co dicil. idem in l. si ita esset. ad fin.
ver. pro declaratio. ff. de auro. & argen. lega. & in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de
verborum obligationibus.

matiuè probatum non includit abnegationem de p̃senti.in cõ
trarium facit insti. de nupt. §. affinitatis. Item no. quod qui olim
possedit,præsumitur hodie possidere. Contra hoc vl.opi.Ioan.de l.
fin.infra de fide instr.& de l.his solis.§.quicquid.ff.de reuo.do.Sol.
ipse,quòd hæc est restringenda p̃ illas.s.quòd p̃sumitur hodie pos
sidere,si probatur in initio litis eum possedisse, non si probetur de
tempore anteriori,vt ibi.Sed Hu.& Pla.dixerunt, quòd etiã si de
anterioti tempore probetur,hodie possidere præsumitur, & moti
fuerunt per l.siue possideris.infra de probatio.Sed glo. hic,& ibi se
quitur opin.Ioã.& Respon.quòd ibi in dominio,q̃ sine domini fa
cto non perditur,vt l.id quod nostrũ.ff.de regu.iuris. Nos i posses
sione,quæ de facili perditur,& solo animo,vt l.si qs vi. §. differen
tia.ff.de acqui.pos.Moti fuerunt etiam per l.si rem.ff. de exce.rei iu
di.Sed gl.hic respon.q̃ ibi probatur eoipso,q̃ p̃rium non ꝓbatur.
inducebant etiam contra.l.si creditori.ff. de pi.act.Sed ei respõde
bat Ioan.q̃ ibi agebatur contra eũ,qui cãm habuit ab actore.nos
quando conuentus causam non habet ab actore.inducebant etiã.
l.istam.Sed ipsi respondent,vt supra dixi.Alij dixerunt,quòd huic.
l.si rem, est sufficienter responsum.ideo forte alij antiqui glossato
res dixerunt.aut quæritur q̃n tractatur de cõmodo possessoris affir
mantis se possidere;& tunc qui olim possedit, & hodie iuste asse
rit se possidere.aut quando tractatur de eius incõmodo, & tũc lo.
dicit verum.ita no.glos.in d.l.siue possideris.Ista sol.in hoc secun
do membro de quo quęrimus,vt dixi,videtur cõtra istam l.& d.l.si
rem.Nec etiam primum membrum est expeditũ,ut ꝑ.dicã. Alij er
go,vt Iacob.de Ra.dixerunt.aut cõtra eum, qui dicitur possidere,
probatur possessio de recenti : & tunc præsumitur hodie possidere.
aut de antiquo,& non p̃sumitur,& aliter non declarat quãdo
a sit de recenti, vel antiquo. † Alii, vt Petr. dixerunt, quod qui ne
gat de p̃senti se possidere,si probatur q̃ olim possedit, non p̃sumitur possedisse illa possessione quæ est iuris, quia illa de facili per
ditur solo animo,vt d.l.si quis vi.§. differentia. Sed illa possessione
quæ est facti,quę detentio appellatur, bene præsumitur possidere,
3 vt hic,& d.l.si rem. † Quidam moderni dicunt,q̃ qui olim posse
dit rem mobilem,præsumitur hodie possidere seu facultatem rei
habere:licèt neget se possidere. Et hoc propter eius facilem occul
tationem;cum res se ipsam non exhibeat, & sic de facili nõ potest
sciri apud quem sit.& ita intelligunt.l.istam.in re immobili procedunt aliæ opin. Alij,vt Bartol.tran seunt cum opi. Io. & Azo. Ego
sequor opi.Iac.de Ra.ista rõne,quia qui dẽt litigare,cogitare hẽt ꝺ
probationibus,vt s.de eden.l.j.& l.q accusare. & hoc antequã lite
inchoet.& sic de tpe anteriori,q̃ sit litis initiũ.Exempli gratia volo
mouere litẽ Titio super sylua,quæ ceditur de quinquennio in qn
quenniũ,cuius possessionis signa,vt plurimũ non ostenduntur nisi
per incisionem,vel volo petere vineã vindemia iam collecta, vel
pratũ feno iã secato,& exportato,& si debeo probare illũ possidere sc̃dm initiũ litis,non potero:quia secundum illud tps testes nõ
viderunt aliquid,per quod vere dicere possint,sed secundum tempus anterius,sic,quia viderũt illum vineam facere putare,liconiza
re,& vuas percipere.& idem de prato, & simi. Et si aliter dicatur
datur facultas reo euitãdi iudicium per simplicẽ negationem,vel
consequendi absolutionem propter negationem generalem,quę
frequentatur in iudicijs.communiter enim negant narrata prout
4 narrantur, & petita prout petuntur fieri debere. † Concludo ergo,quòd de tpe anteriori potest probatio fieri,& de tanto qđ præsumitur potius secundum litis initium:qa si definat postea possidere,præsumitur quod dolo desierit,nisi probet q̃ sine dolo desijt.&
ita loquitur.l.si rem.ff.de excep.rei iu.quicquid ibi, & hic dicat gl.
Latius tamen prædictam materiam concludo.cum quæritur, an
qui olim possedit,præsumatur probata illa possessione hodie possidere. Distingue. aut ille negat se de p̃senti possidere, aut affirmat,& asserit se possidere:aut nec affirmat nec negat. Primo casu
aut ipse negans habet causam ab actore, & præsumitur possidere,
vt l.si creditor.infra de pig.act.aut non habet causam ab actore;& tunc aut possessio probata est secundum tempus initij litis. & res
est clara,quia præsumitur non possidere, vt hic secundum lect.Io.
Aut possessio probata est de anteriori tẽpore, tunc opi. Ioan. fuit
quod non præsumatur possidere.opi.Hu.quod sic. Ego distinguo
secundum Iac.de Ra. Aut illud tempus anterius est de proximo,
seu de recenti,& p̃sumitur possidere,vt hic secũdum aliam lect.
& l.si rem.ff.de excep.rei iudi.nisi de alio possessore doceatur, quo
casu si is qui possidebat dolo desijt possidere,habeatur pro possessore.ff.de rei ven.l.quod si dolo.& l.si is qui.præsumitur autem do
lo desijsse,si lite mota desijt possidere, nisi de contrario probet, vt
d.l.si rem.Aut illud tempus anterius non est de recenti,vel de proximo,& tunc non præsumitur possidere. Quando autem dicatur
de recenti,vel de proximo siue de antiquo,relinquo in iudicis arbitrio.ar.l.j.ff.de iur.deli.qui ex qualitate facti,& rei,cuius possessio
debeat probari, poterit arbitrari, vt in exemplis, quę supra scripsi.
Secundo casu, quando affirmat se possidere: & ad probationem
præsentis possessionis induxit testes, qui probant de anteriori tempore; an ex illa possessione sic probata præsumatur partis possessio. Et dixit Odo. quòd sic,& ita tenet glo.in l.siue possideris.infra
de proba.quod est notandum.Sed hoc limito,nisi ꝑ.tempus possessionis probatæ,& præsentẽ assertionem cõcurrat tẽpus tũ, qđ ex
iuris dispositione possessio perdita dicatur. quod est maius, & minus secundum rei qualitatem,& eius conditionem. vt not. dominus meus.l.j.infra de ser.fugi. vbi dicam. Nam minori tempore p̃
ditur in re mobili,quàm immobili,& etiam quandoque in immobili perditur per negligentiam biennalem. vt est videre in prædio
tributario,vt l.qui agros.infra de om.agr.deser.lib.11. Tertio casu
dico,quod præsumitur possidere,cx quo non apparet alium possidere,vel tãto tempore neglexisse ad possessionem accedere,quòd
p̃sumatur mediante oblitione possessionem perdidisse, vt dixi
in d.l.j.Oppo.2.quod si non exhibeantur,non propterea iuretur in
litem,vt ff.de fid.instr.l.instrumentis.Solu.vt in gl.2,Oppo.3.quod
non iuretur in litem,sed ad interesse condemnetur,vt ff. eodem.l.
5 iulia.§.fin.Solu.vt in glossfin. † Vltimo, quia consueuit generali
a ter quæri,an quod olim fuit,præsumatur hodie esse. a Ideo in hoc
generali distingue.Aut quæritur de eo quod tẽpore tractus
mutatur in ætate;& tunc quod fuit olim,hodie non præsumitur,
vt supra de in integ.resti.l.si te minorem.& ff.de excu.tut.l. spadonem.§.si quis absolutus.Aut quæritur de eo,qui solo tempore tra
ctu non mutatur:& tunc aut quæritur de eo,quod est mutatum a
natura;& tunc illud præsumitur semper esse,nisi probetur contrarium.Aut de eo quod per accidens euenit ex postfacto. Et tũc aut
quæritur de uirtutibus antiquis;& tunc quod olim fuit hodie præsumitur.quinimo incrementum per continuum exercitium recepisse creditur,vt l.legatis seruis.§.ornatricibus.de le.3.& l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mi.Aut de vitijs. & idem, quia semel ma
b lus semper præsumitur malus b vt d.§.a barbaris. & ff.de accu.l.si
cui.§.iisdem.Aut de aliquius rei dominio.& idem,vt l.id quod no
strum.ff.de re.iur.& infra dẽ prob.l.siue possideris. Et prædictorum
est ratio,quia illi de difficili mutantur,vt in d.ll.patet.Aut quæritur
de possessione quæ de facili perditur.& in illa distingue, vt supra
dixi.& hæc sufficiant.

ADDITIONES.

a † Quod fuit olim præsumatur hodie esse. Adde ultra notata per Bal.hic nu. 5. & quod ibi positi in addi.ad ipsum in uersic.semel hæreticus. eundem Bald. in l.ex persona.ff. de proba.& in c.1.in tit.de feu.dato in vicem legis comuni.in usi.feu. & omnes in c.testimonium,in fin.extra,de testi.quod limita,ut per Ant. Corse. sing. suis in uersi.præsumptio.

b † Semel malus semper præsumitur malus. Hoc uerum in eodem genere delicti, & salua limitatione,quam posui supra ea.l.in apostil.proxi.in uersi. quod fuit olim,& ultra,adde quod notaui in additio.ad Dyn. post d. Boe. in regu.semel malus.in eod.uersi.

LEX V.

1 *Authoritas peritorum contemni non debet.*
2 *Actio ad exhibendum quo casu utilis sit, & quo directa.*

Ad exhibendum. Ad exhibendum tenetur etiã qui desijt possidere. hoc dicit
1 Not.quod qui dolo desijt possidere,habetur pro possessore.† No
quod autoritas peritorum nõ est contẽnenda:licèt istis tempori.
modicum apprecietur.Mars enim louem, & Mercuriũ demersit
in profundum,ideo vndique bella fremunt,& insensati regunt, &
2 nõ habentes alia bona expendunt.† Quæro, an hæc actio in casu
nostro vtilis erit,vel directa.Respon.quod est directa:sed datur utiliter secundum doctrinam gl.positam in l.curatoris.supra de negs.Tunc opp.quod nec vtiliter detur,vt l.cum seruus. ff. eodem.
Solu.quod vtilis non competit.vt ibi,sed directa vtiliter sic.ut hic.
istam reprobat glos.per l.si res.infra eodem. Sed modicum facit.
Ideo melius reprobatur per l. in contrarium alle. quæ dicit nullã
dari,& sic omnem excludit.Solu.ergo,vt in glo.qđ ibi quando ex
facto serui tenentis dominus tenebat, quo casu desinente eo tene
re,licet dolo, dominus desinit teneri. hic quando ex sua detentione tenebatur.& ideo casus ille est notandus. Quæro inquantum
teneatur is,qui dolo desijt possidere.respon. vt in glos. Bartho.

LEX VI.

1 *Instrumenta rapiens criminaliter accusari potest.*
2 *Accusationes solemniter fieri debent.*
3 *Actio ad exhibendum, an detur pro instrumento.*

Instrumenta. † Raptor alienorum instrumentorum
1 potest criminaliter accusari,& ciuiliter
ad exhibendum.hoc dicit.No.ex tex. coniuncta gl. quod inuasio
non est sine violentia,quod tene cordi pro statutis terrarum. Item
quod inuasio proprie est rerum immobilium:improprie mobiliũ
2 vt hic.& instit.vi bono.rap.§.si res.de rei vendica.l. domum. † Itẽ
quod accusationes debẽt esse solennes.concor.l. libellorum. ff. de
accusa.& de hoc dic,vt ibi.Item quod de eis fides debet iudici fie
3 ri.quæ qualis debeat esse,dic,vt in glo.† Oppo.cum glo.fina.quod
pro instrumento non possit agi actione ad exhibendum, ut ff.eo.
l.3.§.si quis.& §.interdum.Solu.quod prætendẽs in charta ius dominij potest ad exhibendum pro instrumentis agere: non prærendens vero agere non potest, vt ibi. quod est notandum, quia in
chartis est speciale,cũ ꝓ aliis rebus licèt alienis dummodo interfit
actoris,possit ad exhibendum agi,vt notatur in dicto.§.interdum.
& potest esse ratio,ne materia tituli de edendo reperiatur superua
cuo intenta. Quærit glo. an accusatio de instrumentis subtractis
sit publici iudicij,dic ut in ea.& vide quod scripsi.in l.eum qui,in
fra ad l.Cornel.de fal.

LEX

LEX VII.

1 *Actio ad exhibendum personalis est.*
2 *Exhibens rem deteriorataṁ, qua actione teneatur.& nu.3.& seq.*
6 *Actione prim̃ua quando,& in quibus agatur.& nu.seq.*
11 *Obligatio cuncta tollitur,quando,quod debitum est soluitur.*
12 *Libellus quomodo formetur,quando a primæua actione non est quis liberatus.*
13 *Recipiens rem deterioratam,quando sibi præiudicet.*
14 *Vitium rei patens quando quis scire præsumatur.*
15 *Creditor,quando rem teneatur a debitore recipere,sine interesse deteriorationis obligationis.*

Exhibitionis. Ista est difficilis lex in tex. & in mate
1 ria,& multoties vidi eam dari in pun
ctis,ideo diligentius est intuẽda.Et pro † declaratione literæ, quæ
dicit necessitate iuris &c.scias,quòd hæc actio est personalis. ut
ff.eodem l.3.§.est autem, sed concomitatur possessorem.vt ca.l.
3.§.fin.ideo appellatur in rem scripta. & hæc est necessitas iuris,
exhibitionis, de qua hic loquitur,quia ratione possessionis seu de
tentationis,quam habet,astringitur iure exhibitionis.i.act.ad exhi
ben.vel aliter, videlicet quòd hic non loquitur de necessitate a
ctionis ad exhiben.sed de necessitate iuris resultantis, ex præce
pto facto de exhiben.Diuiditur autem in duas partes,quia primo
dictum in genere:secundo illud declarat in specie.secunda ibi,ita
& qui rem. Et secundum hanc diuisionem pone casum sic. Ille,
contra quem actum fuit actione ad exhibend, fuit condemnatus,& factum ei fuit præceptum,vt exhiberet,& dolum vel culpã
commisit in exhiben. quæritur, an teneatur aliquo iure.Rñ.q̃ sic
2 & hoc,primo † Quæritur tũc in specie,quid igitur si rem deterioratam exhibuit,qua act.tenebit.Rñ. q̃ actione in factum, non ad
exhibẽdũ,qa ab illa æquitate exhibitionis liberatus est.Vel aliter
primo dictum,secundo illud limitat,vt tollat obiectum.secunda.
ibi,ita vt si.Tunc pone sic casum,quod condemnatus, cui factum
est præceptum,vt exhibeat,dolum,vel culpam in exhibendo cõmisit:quæritur,an aliquo iure teneatur.Respon.q̃ sic,contra q̃ op
ponitur,quia qui rem deterioratam exhibet actione ad exhibendum non tenetur.Cui respondet,quòd licèt ab actione ad exhibendum sit liberatus,non tñ ab actione in factum,quæ ꝫ eum dat.
Et ſm hãc positionẽ btera nõ ꝫ dicit subijpsi,quod tene mẽti,qa
hanc ꝫdictionis oppositionem feci,vni scholari in examine, qui
multum se inuoluit.Et ſcđm vtrãque positionem hoc intendit in
summa.Exhibens rem deterioratam sui culpa, forma tamen nõ
mutata,liberatur ab actione ad exhibendum,sed tenet in factum
h.d.No.duo.q̃ sunt in summario.Item no. q̃ iudex præcepit rem
exiberi.ex quo collige, q̃ hæc actio esset arbitraria. ut institu. de
actio.§.præterea.Item q̃ ex p̃cepto de faciendo,uel soluendo nascitur actio in factum,sicut ex suia,qđ no.ga ad hoc singulariter,
allego ista.l.licèt gl.& doct.aliter intelligant istam l.vt inferius di
3 cetur. † Oppo.primo,quod actio in factum non detur, quia act.l.
Aquil.competit. vt.ff.ad.l.Aquil.l.qui tabulas. Glosf.dat duas sol.
Vnam in prin.glo.ff.Aliam in eius fin.Prima est ista, quod illud,
quod dicitur in contrario,quod datur Aquilia.debet intelligi de
vtili,cum qua concurrit actio in factum.Ista so.non placet Pe.nec
Bar.qa illa actio in factum est subsidiaria.l.Aquil:& ita competit
domino,sicut actio.l.Aquil.vt l.item mela.§.legis.ff.ad l.Aquil.Sd
hæc litera loquitur sic generaliter,quod etiam de eo qui non prætendebat interesse dominij. potest loqui: ergo de alia actione in fa
ctum loquitur. Qua propter dicunt, quòd de actione in factum
generali loquitur: Ista solut.non fuit noua, quia est una cum illa,
quàm ponit glo.ista in fin. Sed debemus dicere vtramque veram
distinguendo:aut prætendit interesse dominij : & habet locum
prima so.dummodo illa concurrant,quæ vidisti in l.de pecoribus
sup.ad l.Aquil. Aut non prętendit interesse dominij. & habet locum so.Pe. Vel dic,quòd ibi loquitur de actione in factum descẽ
4 dente ex sententia, vel iudicis præcepto.vt infra dicam. † Oppo.
2.q̃ imo actio ad exhibendum locum habeat. vt ff.eod.l.iul.§.sed
& si quis.Sol.aut exhibet rem deteriorem forma mutata,vt ex ci
pho,massam,& tunc agi potest ad exhibendum,vt prius,vt in cõ
trario,quia res non cẽsetur.nec est illa,sed diuersa,cum forma det
esse rei.vt d.§.sed & si quis.& de auro,& argen.le.l.Scia.Aut licèt
sit deterior facta,forma non est mutata, & tũc non agitur primæ,
ua.vt hic. Oppo.3.ad idem de l.qui tabulas. ad l. Aquil. vbi datur
ad exhibendum.Sol.eodem modo,vt in glo. Oppo.4. quod imo
licet non sit mutata forma,tamen agatur primitiua. vt ff. com.le.
3.§.i.& depositi.l.j.§.si quis res depositas.Solu.vt glo.quia illud ꝑce
dit,quando agitur actione,quæ est bonæfidei: hic quando stricti,
iuris.Et hæc differentia fit per iuris consultum.ff.de dolo.l.elegã
5 ter.§.non solum.† Oppo.v.contra proximam sol.de l'iuli.§.j.ff.de
verborum obliga.& de l.etiam.ff.de sol.So.vt in glo.quia hic quã
do res soluitur deteriorata,ibi quando non deteriorata, sed aliud
quod erat fiẽdum non est factũ,puta ꝑstatio cautionis, vt igit cau
6 tio illa præstetur,agatur primitiua:quasi res non sit tradita. † Oppo.6.ab extra. quod in actio.stricti iutis re deteriorata agatur primæua.vt l.non solum.ff.de rei vendi.Sol.Bart.quod ibi actor petit
quod suum est,hic vero quod deberi dicebat, vel aliud interesse,
quàm dominij,prætendebat.Hæc so. est contra sol. quam dedit

glosf.ad primum contrarium,quam nixus fui sustinere.Ideo pos
sum aliter dicere videlicet, quod hic egit simpliciter ad exhiben
dum præparatoria,ibi actione institoria. vnde ibi interesse respectu deteriorationis non definit, hic interesse exhibitionis definit
sed non interesse deteriorationis,vnde agitur hic noua actione,
non antiqua quæ euanuit, desinente eius respectu interesse, vel
aliter ibi in actione reali, hic personali, licet in rem scripta.
7 † Oppo.7. quod in stricti iuris iudicijs agatur, primæua, licet sit
personalis, vt ff. de lega. 1. l. huiusmodi. §. ædes. Solu. ibi in per
sonali, quæ descendit ex testamento, & sic sapit naturam bonæ
fidei. vt l.minorum.s.in quibus cau.in integ.rest. non est ne.& l.Ti
8 tia.§.vsuras.ff.de leg.2.† Oppo.7. q̃ etiam si personalis nõ habeat
naturam bonæfidei,agat primæua.vt ff.de so.l.qui sibi.§.j.3.rñ.So.
9 ibi in debitore generis,hic speciei certæ.† Oppo.ix.imo idem sit in
debitore speciei certæ. vt eadem.l.& §.j.& 2.respon.So ut ibi sen
ti glo.sequen.q̃ non liberatur, scilicet quoniam dolo vel culpa te
a neatur,vt hic.& ĩl.& elegãter.§.nõ solũ: a ff.de dolo.sed à primitiua liberat,vt hic.† Op.x.q̃ ubi liberat à primitiua,ñ agat i factum,
sed de dolo.ut d.l.& elegãter.§.ñ solũ.ff.de dolo.So.Bar.q̃ ibi ꝓ
niciem creditoris rem deteriorauit, hic culpa. Nec obst. q̃ in primo respon.hic dicat,culpa,vel dolo, quia inquantum de actione in factũ postea loq tur,debet intelligi,quando culpa, & non dolus
interuenit,vel aliter quando deterioratur dolo,añ sententiam, &
præceptum de soluendo,datur de dolo,si postea,tunc datur in fa
ctum.vt hic.& intelligo de actione in factum,quæ oritur ex præce
pto de exhibendo,in cuius contemptum dolum,vel culpam dete
rioratonis commisit.Et hoc operatur autoritas sententiæ, uel
11 præcepti,quod no.quia hæc lectura est noua, vt dixi. † Concluda
mus modo istam materiam sic.Aut quis soluit rem perfectè, ita
quod nihil restat facere,& tunc res est clara,quia solutione eius,q̃
debetur omnis tollitur obligatio.insti.qui. mo.tol. obli. inprinci.
Aut rem perfectè non soluit,& tunc pro parte soluit,& tunc,aut il
lud quod defuit est pars rei,aut aliud.si pars rei, & tunc pro parte,
soluta liberatur,pro alia remanet obligatus.vt l.si ſtipulatus.§.j.ff.
de so.Si est aliud,& tunc,aut est ipsius rei forma,& tunc non libe
ratur,quia res ipsa est diuersa a prima.vt ff.e.l.Iul.§.sed & si qs, aut
non est rei forma,sed aliud,& tunc,aut illud constitit in aliquo iu
re extra rem,vt ius cautionis non praestitæ, & tunc non liberatur
à prima obligatione:sed res ipsa petitur,vt cautio præstetur, vt l.
iul.§.j.ff.de ver.ob.& letiam.ff.de so.aut cõstitit in iure intrinseco
rei:vt interesse deterioriationis,quia res deteriorata solvitur fine in
teresse.& tunc,aut actio erat bonæfidei,& non liberatur si res pe
titur,vt æstimatio deteriorationis soluatur.ut d.l.2. §. si res aut a
ctio erat stricti iuris,& tunc aut sapit naturam bon.fi.vt sunt actio
nes ex testamento descendentes.vt probatur.in l.Titia.§.vsuras.ff.
de le.2.& l.in minorum,& ibi no.s.in quibus cau.in integr. restit.
non est ne.Et adhuc agitur primæua.vt ff.de leg.1.l. huiusmodi.§.
ædes.Nec ob.l.si hæres.in eo.ti.quia quod ibi dicit de dolo,expone.i.testamenti nomine doli,secundum Dy. & docto. aut non sapit naturam bon.fi.& tunc,ant actio est simpliciter in rem,aut in
personam.si in rem, & tunc adhuc agitur primæua,vt habeat rõ
deteriorationis.vt l.non solum.ff.de rei vend.& potest esse rõ.quia
ratione pleni iuris agitur,& quod suum est petitur. ideo magis ei
fauetur.vt l.videamus.§.si actionem.ff.de vsufru.& ideo in aliqui
bus dicuntur participare de natura bo.fi.vt no.glos.in l.vinum.ff.
si cer.peta. Si vero actio est in personam,& tunc,aut in debitore:
certę speciei,& tunc liberat à primitiua, vt hic. & esto quod personalis sit in rem scripta,est actio ad exhiben. vt sup.dixi in euidẽ
tiali. Nec obst.d.l.q̃ sibi.a.respon.qa intelligo quod non liberatur qui de dolo,vel culpa tenetur.vt ibi no.gl.licèt a primitiua liberetur,non tamen quin alia actione teneatur,quæ autem,sit illa,
dubitatur.ideo aliqui dixerunt,aut dolo deteriorauit, & tunc daẽ
actio de dolo.vt l.& eleganter §.non solum.ff.de dolo. aut culpa,
& tunc actione in factum generali tenetur, vt hic,& ita dixit Bar.
vt §.in vlt. contra.dixi. Ego dicebam,aut deterioratio facta dolo,
vel culpa,contingit post sententiam,vel præceptum iudicis,& tũc
datur in factum ex sententia,vel præcepto descendente, a qua nõ
est liberatus propter iudicis contemptum,& auto.sententiæ. aut
contingit,ante sententiam,uel iudicis præceptum, & tunc, aut
dolo,& datur actio de dolo,aut culpa, & tunc actio in factum.Et
de ista materia habes hic per Cyn.& in l. Iulianus.§.1.de uerborum,obligatio. per Bar. & in quo verba mea diuersificentur, à
suis, per te videre poteris. † Quæro, quomodo formabitur libellus in casibus, in quibus dixi, eum non liberari à prima.Respond.docto.quod narrari debet factum, quomodo se habuit circa obligationem,& solutionem rei deteriorataẽ. Et in cõclusione
debet dici,quare peto rẽ, vt mihi de cuictione caueat,vel mihi in
terestse

ADDITIO.

2 §.non solum.Adde Bal.in l.si.infra.de condi.fur. qui pereꝛea quæ habentur in d.§. non solum.dicit,q̃ si fur,rem pignoratam abstulerit,non prodest sibi, quoniã si res postea pereat etiam absque sui culpa,non tenetur nisi dominus rem scien
ter & sponte recuperet,& de soluente rem deterioratam,vide Bartol.in l. qui sibi.§.i.de solu.

teresse deteriorationis præstetur, hoc probat in sæpius allega.l.Iulia.§.fin.de verbo.oblig.Et si quæras,quomodo rem petis quàm habes.Respond.quod non peto rem simpliciter,nec ad finem rei habendæ,sed vt cautio,vel interesse deteriorationis præstetur. Et si quæras,quæ fuit ratio huiusmodi inuentionis,respondent doct. quod ratio fuit,quia ista veniebant præstanda iudicis officio mercenario,quod sui natura expirat, vbi actio principalis non durat: vt inf.depositi.l.4.Non voluerunt ergo legum latores his casibus principalem actionem expirare, vt iudicis officium ad prædicta, possit implorari. Et si vltra quæras,quare indistinctè permiserunt, in actionibus bo.fid.& non in stricti iuris.responsio patet per se:qa æquitas bon.fi.quæ debet interuenire,hoc suggerit in vno,& non in alio. Et si quæras,quare in stricti iuris,quæ sunt in rem,hoc permittitur,& non in personalibus ex contractu.Respon.quia in realibus agitur de iure dominij; & peto quod meum est restitui, ideo iudicis officium exuberantius eis deseruit.vt l.videamus.§.si actionem.ff.de vsu.& in hoc participant cum bo.fi.sed in personalibus non agitur de pleno iure rei,nec peto meum, sed mihi debitum.

13 † Quæro ad declarationem prædictorum,si reciperem deterioratam sine interesse deteriorationis,an verum sit similiter, ꝙ mihi non præiudicem,istam quæstionem mouet glo.in l.& eleganter.§. non solum.ff.de dolo.& in l.qui sibi.§.j.ff.de solu.& in nullo loco se firmat. Iacob. de Raue. dixit, quod sibi non præiudicat per ll. supra.allega.in distinctio.quæ hoc videntur velle.& per l.2.§.idē Iulia.ff. de eo quod cer.loc. Item quia ipse tractat de damno vitādo. secus si de lucro tractaret,vt de vsura,quia tunc sibi præiudicaret.vt l.4.ꝟ.depositi.Pet.dixit,quod si ignoranter recipit,sibi non præiudicat,quia remittere non videtur,quod ignorat. Sinautem scienter,tunc remittere videtur,quia qui vult rem principalem,uidetur remittere accessorium.quod per se non habet subsistentiā, sine principali.argum.l.illud.ff.de acquiren.hæredit. & hoc sequitur Cyn.per l.vltimam.§.siue ex contractibus.sup. de petit.hære. & ff.de aqua plu.arc.l.si iter.§.si vnus. Non obst.l.2.§.idem Iulia. ff.de eo quod cer.loco. quia ibi fuit solutum alij, quam principali stipulatori.& hæc,nisi cum protestatione receperit.argum.ff.nau.cau.sta.l.fin. §.idem si prædixerit. & ff.de religio.& sumpt.fun.l.at si quis.§.plerique.Bart. vero in aliquo addit, & in aliquo deficit à prædictis.in d.l.qui sibi.Dicamus igitur sic.aut æstimatio deteriorationis venit petenda iure actionis, & res est clara, quia sibi non præiudicat,aut iudicis officio mercenario,& tūc aut vitium ignorauit;quod ignorasse præsumitur,si vitium erat latens,& occultū, vt notat gloss.in l.hac.ff.de tri.circa princ.& tunc sibi non præiudicat.aut vitium sciuit.& tunc,aut cum protestatione recepit, & sibi nō præiudicat.vt l.supra allega.aut sine protestatione. & tenet Bar.ꝙ sibi non præiudicat in actione principali ꝑ l.fi.ff.đ eo quod cer.lo.& per l.4.ꝟ.depositi.non in actione de dolo,si dolo,rem

a deteriorauit.vt d.l.& eleganter.§.non solum. a † Quæro , si vitium

14 erat patens,an præsumitur sciuisset tenet Barto.ꝙ sic.Ego puto satis hoc ꝓcedere posse in re debita,quàm qualis antea fuerit ignorauit, & sic cum soluit diligenter creditur inspexisse. sed in re propria quàm sciuit cum commodauit vitio caruisse.tunc licèt receperit,ꝓsumptio ē,ꝙ vitiū licèt patēs ñ viderit.sed receperit, qa talē eē credidit,qualē ei cōmodauit,nec tātā diligētiam debuit adhibere pp eius sciētiā, quā habuit, nisi vt ita loquar vitiū sic patēs fuisset, ꝙ lippi vidissent,& ꝓ hoc facit,qa hoc ꝯsistit ī facto, qđ qs ignorare præsumitur.l.verius.ff.de probatio. & pro hoc videt tex. si eius forma benè ponderetur in l. quarta.§.si reddita.ff.commoda.& in l prima.§.si res deposita.ff.depositi.cogitandum tamen re-

15 linquo. † Quæro,an in casibus prædictis tenear rem recipere , si non offerat mihi interesse extimationis.glo.in d.l. & eleganter. §. non solum.dicit,quod sic,quia ex diuersis causis ille debitor est. illa glossa communiter non tenetur, quia interesse deteriorationis venit officio mercenario,quod non duraret, re recepta scienter, vt proximè dixi. Et si verum est, quod tenerer recipere , ergo scienter recipiens,non viderer interesse remittere.arg.l.rem legatam.ff.de adimend.legat.cuius contrarium.sup.dixi.Sed fortè illa glo.potest sustineri,vbi ille dolo fecit, ita quod æstimatio peti pōt ꝑ actionem de dolo,& sic vbi venit iure actionis, credo in dubio, ꝙ qs non teneat recipere,quia ignorat,an ille dolo fecerit necne, & sic tutiorem viam pro se debet eligere,nec aduersarius turpitudinem suam poterit allegare,vt sup.de transa.l.cum donationis.& ꝟ.de cond.ob tur.cau.l.2.& hæc sufficiant.

ADDITIO.

a Et eleganter.§.non solum.Et per ea,quæ in d.§.non solum habentur, dicit Bal. in l.fin.ꝟ.de cōdi.furt.ꝙ si fur rē pignoratam abstulerit,non prodest sibi, quin si res pereat etiam absque culpa sua,non teneatur,nisi dominus rem scienter, & sponte recuperet.

LEX VIII.

1 *Deponenti debet res deposita restitui,non obstante pacto,quòd alii restituatur.*
2 *Deponens actione directa potitur,sed utilis penes alium moratur.& nu.3.*

Si res. Diuiditur in duas partes,in prima deponens non fuit pactus, vt domino restituatur.in secunda sic. secunda ibi, quod si pactus. Casus. Rem propriam ab alio commodatam , vel depositam , non prohibetur dominus uendicare, &

1 alteri q̄rat vtilis.h.d.†No.ꝙ pactum deponentis de re deposita alteri restituēda,ñ impedit,quominus ipse deponēti repetēti resti-
2 tuere dēat.† Itē no.ꝙ licèt ex pacto alteri q̄rat vtilis actio;tñ directa remanet penes deponētē.Itē no. ꝙ ista directa ꝓfert vtili,si eligat.Itē ꝙ q hēt directā, ñ hēt vtilē.Et sic nota.ꝙ vtilis,& directa non se compatiuntur in eadem persona,ut hic.& ff.ad trebell. l.si hæres.la.1.Item,quod directa extinguit utilem in eadem persona etiam si utilis prius competat.Et hæc duo intellige,quando utilis & directa ueniunt ex eodem fonte,& facto.secus si ex diuerso,qa tunc in eadem persona concurrunt,vt est uidere in directa rei uēdic.& vtili ex pacto,vel contractu.vt l.si cum venderet.ff.de pign. act.& ideo in utroque casu istius legis directa rei vendi.non tolleretur,domino directa, vel vtili competente ex pacto. Oppo. de l. cum seruus.ff.eodem.Solu.ut in glo.vt dixi.sup.eodem.l.ad exhibendum.Oppo.de l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de uerbo.obligatio. So.vt in glo.secundum Ioan.reprobata opin. Mar.est ergo hic speciale in contractu depositi,vt ex pacto alteri quæratur vtilis actio. concor.l.Publia.ff.depositi.Sed contra hanc solutionem oppo.de l.donationes.§.penultimo.ff.de donat Sol. ꝙ quidā dixerūt, spāle est,vt dño rei,vel filio deponētis q̄rat hæc vtilis, vt hic, & d.l. Publia.sed ñ alicui alteri,vt ī ꝯrio.sed trussa ē,qa ñ ꝓsonæ,sed ꝯctus, spālitatis,& frequētia huius spālitatis fuerūt cā. Iō dic melius, vt notat in ꝯrio.videlicet.ꝙ ex tali pacto non intelligitur ei , cui dēt restitui,facta donatio,nisi aliud appareat,sed benè datur ei vtilis, depositi,vt hic.& ipse tenetur restituere deponenti,uel eius hære-
b su,aut confiteẽ se scripsisse,& tunc ꝓbat plene, ᵇ contenta in ea.vt d.l.Publia.in fine.& in Auth.de trien. & semis.§. studium.& in authen.de fide instrumento.§.si tamen quisquam.& s̄. de non numera.pecu.auth.contra qui propriam. & vltra contenta in ea nihil ꝓbat.& ideo si causa non esset adiecta seu scripta , illa non probaret vt.ĩ.dicam.Aut negat se scripsisse , & tunc habet subscriptionẽ testium,& partis,aut non.Primo casu,aut testes fatentur scripturam & subscriptiones,& tunc probat plene in ea contenta.vt ĩ.qui po. in pig.hab.l.scripturas.in fi.in auth. ibi posita. Aut illa non fatenẽ, & tunc,aut quia non viuunt vel non producuntur,& tunc scriptura illa pro tunc nihil probat,sed ad comparationem literarum recurritur tam principalis qui scripsit,q̃ testium: & si vndique est similis,semiplene probat. vt in Auth.de fide instrumen. §. si tamen. quisq̃.& §.si vero omnes Aut testes nõ attestãtur , sed subscriptiones negant, & scripturam se ignorare dicunt , tunc scriptura illa nihil probat,sed commparatio facta si vndique similis est,qualem qualem præsumptionem facit: quæ secundum aliquos est minus quam semiplena probatio. & hoc operatur testiũ contradictio , q̃ facit ipsam aliqualiter vacillare.quod ego fateor,vbi solius scripturæ debitoris facta est comparatio . sed vbi ipsarum subscriptionum testium sit facta comparatio , & vndique similis reperiatur, tunc puto comparationes præualere contra testes , sicut contra ipsum principalem , cum non sit ratio diuersa , & etiam ne detur occasio negandi veritatem . & sic isto casu facit semiplenam probationem:vt hic probatur in Auth. de fide instrumentorum §.si. ue ait. & hoc qñ habet subscriptionem testium . Secundo vero casu,quando nullam habet subscriptionem testium,tunc similiter ad comparationem literarum debitorum recurritur. & tunc,si similis est,dicit gl.in l.admonendi.ff.eodem.quod qualem qualem fidem facit.Sed quanta sit ista qualisqualis fides glo. non dicit:tamẽ sonat,quod sit minor,quam semiplena probatio. sed in Auth. de fide instrumentorum.§.si tamẽ quisquam.videtur ĩnuere,quod semiplenam probationem faciat , & pro hoc bene facit text. ibidem.in §.si vero nihil,vbicunque autem dixi eam probare plene, vel semiplene procedit,vbi causa legitima sit in ea contenta. vt ff. de probationibus. l. cum de indebito. §. fi. Vbi autem causa legitima in ea non esset contenta,tunc gloss.penul.in d.§.fin.tenet , & bene.quod nihil probat.Et est ratio clara: quia non plus debet operari talis scriptura , quam eius confessio etiam coram testibus facta.argumen.s̄. de eden.authe , si quis in aliquo documento. & ff.ad macedonian.l.filium.sed confessio extraiudicialis facta præsente parte sine causa non præiudicat confitenti. vt d.l.cum de indebito. §.fi. & no.in l. 1. in glo.fi.ff. de inter. act. ergo &c. Hæc de

12 scriptura facta à debitore.† Secundo casu principali , quando scriptura facta est a creditore.dic,aut est alicuius obligatoria , & ei nõ statur,sicut nec confessioni proprię , quam quis faciat pro se, vt infra de probationibus.l. exceptioni. & ff. de inter. act. l. de ætate. §. primo. & nol.gloss.in dicta l.inter chartulas. Aut erat liberatoria, & tunc probat , prout & sicut dixi de scriptura debitoris. Vnum tamen singulare not. quod hæc scriptura contra debitorem probat,etiam si penes ipsum reperiatur, & non penes creditorem , & etiam si per modum cuiusdam breuis reperiatur.ita no.glo.singulariter notanda in dicta.l.inter chartulas.Ideo esto cautus, vt cum tibi redditur à creditore , vt eam laceres , ne apud te reperta tibi noceat,si solutionem,vel redditionem probare non posses. Nam quouis istorum probato,tibi non potes præiudicare.l. Labeo.in §.

13 finali.ff. de pactis. vbi prædicta tria probantur. † Tertio vero casu principali,quando à quodã tertio est confecta,dic, aut hæc scriptura est per duos testes coadiuuata,vel per vnum,qui iuratus deponit quomodo vidit,& audiuit, quod talis mandauit tali, vt scripturam de tali re inter eum , & talem conficeret. &c.& tunc talis scriptura sic adminiculata probaret semiplene , vt probat glossa in d. l.inter chartulas . Aut non est ab aliquo teste iuuata , & tunc contra negantem se mandasse nihil probat , nec plus - opera

ADDITIONES.

a † Semiplena probatione interueniente. Adde de hoc,scilicet, an & quando iuramentum in probationis supplementum deferatur, vltra Bar.hic in prin.& quod ibi posui ĩ apostil.ad ipsum post Barba.in ver.in bonęfidei.& post Bal.nu.j.ver. tertio.quando non certitudinaliter in apostil.in versi.ad delationem iurament. Fely.in c.in omni negotio.col.pe.versi.secundo modo. Ben.Vadum in repe.Fel. in versi.iuramentum.Io.magno.& Barto.Soci.in suo tracta.fallen.regu.204.vbi ponit regulam affirmatiuam,quam immutat.xxx.fallentiis.& no.idem cõsilio. clv.incip.pręstantisśimè.volu.2.

b Probat plene. Et sic not. quod scriptura apocha non probat etiam semiplene.l. scripturas. & l. comparationis.ĩ. de fide instrumento.nisi sit confessata per debitorem.vt d.l.Pub.alleg.ad hoc per Saly.& doc.in l.admonendi. de iureiuran. & hic.& Barto.in d.l.scripturas.in 2.col.versic.unde cum quęritur. Item nisi sit subscripta ab vtraque parte.& testibus.d.l.scripturas.cũ auth.si quis.& ibi Bar. ad finem.item etiam non subscripta à partibus,sed à testibus tribus , & accedat comparatio literarum.auth.& si contractus.ĩ.de fide instrumento. & per Bald. in auth.sed nouo.in 2.colum.ĩ.si certum peta. si tamen comparatio contradicit testibus,iudex potest credere cui magis uult. Barto.in d.l. admonẽdi.vj.col. uersi.circa primam.item etiam nõ subscripta à tribus testibus, dummtamen probetur testes tres affuisse in ea , qui sint bonæ conditionis.& famæ.in Aut.de instru.cau.& fi.§.si uero.qbus casib.ꝓbat plene,ut sup.Sed semiplene ꝓbat, prio quãdo est subscripta à tribus testibus,non tamen coadiuuatur cõparatione literarum.Item secundo,quando esset scripta manu tertii de partium consensu gl. sing.in Auth.de instr.cau.& fide.§. tamen quisquam. in uersi. interuenit. & sic intelligitur glo,hæc in uerbo,oportet,dicens simpliciter scripturam semiplene ꝓbare cõtra cõtumacẽ,tñ ꝓbat plene Bal.in addi.ad Spe.de cõtumacia.uersicu. an priuata scriptura. Alexã.consilio.xxv.ad fi.2.parte.de fide scripturæ priuatæ.

operatur scriptura illius tertij, quã vox eius,sed vox vnius non iurati,vox nullius.ĵ.de testibus l.iurisiurãdi.ergo,&c.itẽ ne sit in potestate cuiusq̃ alteri parare semiplenã ꝓbationẽ,altera parte ignorãte,vel inuita:& sic fradulenter.vt d.l.exẽplo. Et hoc de primo exẽplo,& đ scđo ꝙ hic posuit gl. & ꝑdicta nota, qa non ita plenè nec
14 ita clarè puto te alibi reperire.† Tertium exẽplũ, qđ successiuè po
a nit gloss.est de fuga rei [a] &c.sed in contrarium quod plenam probationẽ faciat, dicit text.ff.de suspe.tu.l. impuberibus.§.fina.Item quod nec plenã nec semiplenã faciat probationẽ.s. vt oẽs tã ciui: quam crimi.l.j.§.penu.Sed ꝓ concordia omnium istarum legũ,& aliarum,dic.nam quandoq; fuga allegatur,vt principale delictum, & sic propter se tm̃,vt puniatur,& tunc sufficit suijpsius ꝓbatio.vt ĵ.de ser.fugiti.l.si fugitiui.& authen.ibi posita & ff. de ædili.edic.l. qđ si fugitiuus.& de re.mi.l.desertores.Qñq; fuga ad aliud probandũ inducitur,& tunc aut quærit in casibus,in qb.sola suspicio sufficit:& tunc sola probatio fugę plenã probationẽ facit.vt d.l.impuberibus,cõiuncta.l.3.§.tutor.eodẽ.tit.Aut quæritur in casibus,in qbus sola suspicio nõ sufficit,& tunc aut quæritur de fuga debitoris priuati non gerentis officium publicum, & illa nullã probationẽ facit debiti petiti,licèt fuga & cõtumacia eius aliter posset puniri. ff.si qs ius di.nõ obtẽ.l.j& ff.ex qui.cau.in possess.ea.l.Fulcinius.& ĵ.
15 de bonis,auto.iudi.pos.l.cũ proponas.†Aut q̃ritur de fuga rei an respõdere debeatis, vbi gessit officiũ publicũ: & tunc aut fugit ante administrationẽ finitam,aut post.primo casu reus est maiestatis,& ideo sufficit, vt sola fuga probetur, vt primo membro dixi,& probatur in authen. de admi.§.primo. co.vij.Si post administrationẽ finitam.& tunc,aut transactum est tempus ibi respondendi,quod est tempus suo syndicatui præfixum. & tunc fuga nihil probat, quia liber debet esse ei recessus.si igitur iniustè ibi retinebatur,ipse non dicitur iniustè recedere.ff.de iusti.& iur.l.vt vim.& ff.de iniur. l.j.& infra.de adulte.l.Grachus.Aut fugit.infra tempus respondẽdi. & tunc, aut postquam fugit, ipse est retractus ad locum vnde aufugit etiam inuitus, & tunc semiplenam probationem contra eum non facit.quod probatur ex eo,quia text.dicit,quod ibi debet causam peragere vsque ad finem,& per se, vel per procuratorem debet defendere causam.vt supra.vt tã ci.q̃ mi.l.j.§.penul.& Auth. vt iud.si.quo.suf.§.necessitatis.& sic ibi bene colligitur quod ad sacramentum non recurritur, sed ibi bene probatur. Aut ad locum vnde aufugit non est retractus,& tunc fuga facit contra eum semiplenam probationem.vt in gloss.& probatur in Authen đ collatio.§. super hoc, & hoc quando nondum officialibus erat traditus custodiendus,aliàs si custodibus iam traditus aufugit,& tũc videtur,quod fuga plenam probationem faciat per l.consiliarios. supra.de accus.& infra.de exa.tri.l.3.lib.10. Sed illæ non loquunt de principali fugiente,sed de ipsum subtrahente, & fugere faciente,qui pœna illarum.ll. punitur. Tene tamen menti casum d.l.iij. quia secundum lect.& expositionem ibi scriptum habes ibi text. quod licet fugiens à custodia sit captus,& ad custodiam reductus vt prius,non propterea ille,qui eum aufugere fecit,à pœna,& solu
16 tione debiti liberatur.quod no. † Quartum exemplũ, quod ponit gloss.est de vno teste, & quod vnus testis semiplenam probationem faciat,probare nititur.primo per plures leges,quas ad hoc inducit.sed modicum faciunt,quia de pręsumptione loquuntur.quę potest esse minor quã semiplena probatio.secundo inducit quadã rationẽ in vers.Item si duo.& in ver.nec obst.respon.ad l.maritus. quæ videbatur obstare vsque ad versi. in prædictis.Et si dicas cur ibi non recurrit ad sacramentũ.Respõdet gl.ibi posita,qđ actor ibi facti veritatẽ ignorabat, & sic remanet gl.in ꝯclusione.qđ vnus te
b stis facit semiplenã ꝓbationẽ.[b] qđ intellige, vbi duo testes ꝓbarẽt plenè,alias si ad plenã ꝓbationẽ reqrunt plures,q̃ duo,tũc vnus nõ ꝓbat semiplenè,vt patet a sensu ꝯrio huius glossæ, & ad sensũ dẽt patere vnicuiq;.sed exigereẽ testiũ reqsitorũ dimidietas,si essent paris numeri,sinaũt disparis,& tũc maior ps.ex trib9 duo,ex 5.tres,& ex 7 quatuor.Et dico hæc vera,nisi testiũ pluralitas reqraẽ ad solẽnitates actus,qa tũc vno solo deficiente nihil agereẽ, vt patet in testamẽtis.ĵ.đ testibus.l.si vnus.Et sic i eis nec tres nec quatuor nec qnq; ꝓbarẽt semiplenè,saltim vt ad iuramẽtũ istud deberet peruenri,qa cũ actus sit in se nullus,frustra ad iuramentum petitur recursus;cum & si reus confiteretur sic fuisse,ei non posset ꝑiudicare: vt ĵ.de fideiuss.l.si veritas.& l.finali.Quod fatetur Bartolus,si de sola voluntate deponant,secus si etiam de solennitate deponant,vt quia dicant,quod in præsentia eorum fuit testatus coram.7. testibus rogatis,&c.quia licèt secundum glossam non probent plenè vt no.ĵ.de bono.possessio. secundum tab.l.2.tamen secundum eũ probabunt semiplenè,nec exigentur quatuor,sed sufficient duo.& hoc nititur probare ex eo, quia ante solenitatem iuris ciuilis duo sufficiebant ad plenam probationem,vt patet in testamento militis,in quo solẽnitas iuris ciuilis nõ est necessaria.l.j. & l.diuus.ff.de testam.milit.& infra eodem titulo l.milites.cum ibi notatis. Et patet etiam in testamento inter liberos facto, vt infra de testamẽ.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.& authen. hoc inter liberos.Et quia hodie maior numerus est additus à iure ciuili,patet quod ex solennitate iuris gentium, quæ exigit tantum duos, & ex solennitate iuris ciuilis,quę addit quinq;,fit plena probatio in testamentis.vnde deficientę vna ex istis solennitatibus, & altera remanẽte, debemus dicere semiplenè probatum esse, argumento eius,quod dicit gloss.de vno ex duobus testibus.& hæc est eius ratio.Sed mihi apparet vna truffa,quia fides,& probatio,quę fit iudici,nõ fit ex solennitatibus istis,vt ex duabus solennitatibus distinctis, sed ex fide quæ adhibetur testibus propter eorum numerositatem,vt probat textus.infra.qui testamenta facere possunt,vel non.l.hac consultissima.in fine.& de testa.l.si vnus.in principio, & de fideiussoribus.l.quæstionem.Item etiam, quia si ius gentium exigit tantum duos testes.ius autem ciuile.7.tota hæc solennitas iuri ciuili debet attribui.argumen.ff. de iustitia.& iure.l.ius ciuile.& ita ei attribuit ius canonicum.vt in c.cum esses.& in c.relatum.extra.de testamẽ
17 tis.† Dico igitur, quod necessario exiguntur quatuor ad semiplenam probationem, sed non propterea puto quod in testamentis talis semiplena probatio aliquid releuet. aliàs sequeretur, quod testamento non publico, & testibus tribus deficientibus posset hæreditas legata, & fideicommissa peti, ex quo alij quatuor superuenientes deponerent de voluntate, & solennitate, quia iudex tũc deberet deferre sacramentum. & tamen hoc videtur contra no. in l.j & 3.de testamen. Et pro hoc facit, quia in contractu in scriptis celebrato semiplene probato, non recurritur ad sacramentum,vt infra.titulo.j.auten.sed nouo iure. quod etiam no-
18 † Item est sciendum,quod tunc vnus testis facit semiplenam, quã do omni suspicione caret,alias nec semiplene probaret, sed tantũ suspicionem faceret,puta si esset vnicus consanguineus, vel alius coniunctus.vt no.gloss.in l.etiam.ff.de proba. & idem etiam,si esset infamis infamia facti. nam etiam cum torturis non faceret semiplenam probationem, licet tortura faceret simul cum alio plenam.nam multũ coadiuuat alter testis nõ infamis.ar.ff.de edẽ. l.si quis ex argentarijs.in prin. Concludo igitur, & quod ipse dẽt omni exceptione esse maior. Et ex hoc dicit Bartol. notabiliter, quod vnus testis in probatione opinionis vulgi alias famæ,nõ faceret semiplenam probationem.nam cum verisimiliter de fama debeant esse multi testes, non caret ille solus suspicione.nec etiam ille,qui ipsum dũtaxat producit.ad quod facit.l.si.infra:de fid.inst. & idem dic,si præsumptionem legis, vel naturæ haberet cõtra se
19 per ea quæ dixi supra in 7.contra.† Circa prædicta quæro de casu quotidie occurrenti. puta datus est vnus testis pro confidato ab vtraque parte, an tunc probabit plene, dic aut partes conuenerunt stare eius dicto,& tunc probat plene, nec possunt contrauenire.quia etiam vim iudicis obtinet.l. quæstionem.ĵ. de fideicom. pro hoc.l.Theopompus.ff.de do.præle. Aut hoc nõ conuenerunt, sed tantum in eius persona.i.vt testificaretur consenserunt, & tũc solum probat semiplene,& eius dictum reprobari potest. infra de
20 testi.l.si quis,& hoc de exemplis gloss.† Quintum exemplum ad
c dunt videlicet de fama,vt ex illa semiplene probetur. [c] vt no ff.de testi.l.3.eiusdem.Sed attendendum est.quia gloss.in hoc sunt contrariæ.nam gloss.posita in l.2.§.j.ff.de exc.tu.sentire videtur, ꝙ per se solam nõ probet etiam semiplene sed demũ cũ secũ aliqua hẽt in dicia.Alia

ADDITIONES.

a Fuga rei.Vide Spec.de proba.§.fin. versi.45. sed quid si statutum dicat,quod fuga faciat plenam probationem de crimine cõtra fugientem,an valeat.dic quod non,Lud,in l.lege.ff.ad Sylla. Ange.Aret. in tracta. malefi.versic. quod fama.6. colum. Sed contra facit c.cum dilectus.de fid.instrum.sed quid si statutum dicat,quod fugiens stante fama de crimine puniatur capitaliter,an valeat. vide Lud.in d.l.lege,& Ang.vbi.sup.

† Adde vltra hic deducta Bar.omnino,in l.j.ff.de bo.eorum qui sibi mor.cõscie. Ang.in l.fi.col.pen.ff.de quæstio.docto.in l.admonendi.de iure iurand.& ibi do.meum Iaso.May.col.77. versic. limita singulariter in repeti.d.l.Nec omitto vnum singulare dictum in l.fi.C.đ aqui.re.do.quod in quibus casibus fuga facit prȩsumptionem,& aliquale indicium,quod illa per iuramentum fugientis tollitur.Ita not. Cyn.sing.vbi. sup. ꝙ dictum refert pro sing. & sequitur Hypp. de Mar.sing.145.ad fi.incipien.fuga non semper.dixi de hoc post Lanfran.de Oria. in c.quoniam contra falsam.§.recusationes,num.3.in apost.magna.in versi.qa forensis,extra de probatio.

b Semiplenam probationem.Quod probatio semiplena fiat per vnum testem no. Spec.de iuramenti dela.uersi.no.igit.& tit.de offi.om.iudic. §. postremo.uersi. sexto,quæren. per totum, quod uerum,si probet directè glo.& doct. hic & in l. admonendi.de iureiur.& in Spec.de satisd.§.2.uer,sed qualiter.& de iure deliberan.uersi.non ergo.& per Alex.post Bart.in l.j.§.idem cornelio.de quęst.quod uerum est,nisi quando agitur de fama probanda Barto,in l.admonendi.in x.col. uer,uenio,ad 3.& ibi Alex.& Bal.hic in 3.col.uersi.alii dicunt hoc verum,quando circa idem possunt haberi plures testes. ut si statutum dicit,quod probatio per famam non sufficiat pro plena probatione,quia unus testis non ꝓbat semiplene Bar.& Ang.& Alex.in d.l.admonendi. Bal.& Saly. hic. & Bu.in c. fina.de prob.Bal.in l.de quibus.de leg.2.2. col.dum dicit unum testem non sufficere ad probationem consueti,uel notorij.item nisi quando requiritur maior numerus testiũ,ut in testamentis,Bar.ubi.sup.i uer.& ideo ut declarẽ istud.& Bal,ubi.sup uer.item dico,& Bal.in c.i.§.sacramentum.de consue.rec.feu.in ij.col.uersi.sed nunquid hic consonat.Item uerum,si testis est omni exceptione maior,ut ibi ꝑ eos.& Ale.in d.l.16.col.præsertim per Bar.in d.uer.uenio ad tertiam.& ibi omnino d.Ias.May.in sua eleganti repet.cum multis concor.per eum signatis.

a Semiplene probetur.Adde dom. Soc.consi.170. incip.consideratis his.uer. ista, conclu. circa me. in 2. parte. quod licet probatio semiplena fiat per famam,tamen fortior est illa unius testis,& magis certa.&.adde quod per famã in antiquis est plena probatio,ut per præfa. do. Socin.consi.266. incip.in causa quæ uertitur. uer. præterea. Io. An. in prin. in d. parte. & consi. 105. inc. difficultas præsentis consul. uer. 4. optimè ad propositum in d. parte,

dicia.Alia gloss.videtur sentire quòd probet plenè in l.at qui natura.§.fina.de nego.gest.& ad idem multoties allegatur gloss.in l.4.ĵ. de proba.quæ meo iudicio potius sentit,quòd semiplenè. Sed pro concordia remitto ad ea,q̃ scripsi in l.ea quidem.infra. de accusat. in materia famæ.in 9.& vltima.quæstio.ubi vltra cæteros plenius
21 illã materiã declaraui.† Sextũ exẽplũ addit Barto.videlicet de cõ
a fessione [a] facta extra iudicium parte absente,quæ licet non probet plenè.vt no.in l.prima.ff.de interro.actio.tamen secundum ipsum probat semiplenè.& pro hoc inducit.l.capite quinto.ff. de adulte. & dic esse casum in c.fina.extra.de succes.ab intesta.Ego puto, ꝙ etiã semiplenè nõ probet,sed minus fidei faciat,& hoc probo primo per dictum gloss.fin.in prin.ĩ d.l.prima.de interroga. actio.vbi gloss.simpliciter & indefinitè dicit,quòd non probat, & sic nec semiplenè quia à quo remouetur genus,& quælibet eius species.ff. eodem.l.duob.§ colonus.& §.sequen.& de leg.tertio. l. si chorus. Secundo,quia hac l.non cauetur,nec ratione probatur, ergo &c. per l.illam.infra de collat.ad l.capite quinto.respondeo, quòd glo. ibi non dixit,quod semiplenam probationem faciat, sed quod facit indicium,vt torqueri possit.at indicium potest esse minus quã semiplena probatio,qa ex suspicione etiã ꝓcedit,ut per doctor.in l.fina.infra.de quæstio.Quinimo ibi confessio erat facta parte præsente,& corã testibus,& erat coadiuuata indicijs alijs,scilicet captiuitatis factæ in loco,& tempore,congruis ad suspicionem inducendam.vnde potius facit pro,quã contra.Eodẽ modo respondeo ad l.quæro.in fin.ff.de ædil.edic.licèt Barto. eam non alleget. Ad c.fin.de success.ab intesta.quod fortius vrget respond.multipliciter. primo quod confessio ibi non fuit facta absente abbate,sed præsente,vt ibi patet iuxta medium,sed quia non emanauit ad eius petitionẽ, vel instantiam,non probat ibi plenè,sed semiplenè. Vel secundo,quod ibi fuit facta ad petitionem abbatis,sed ꝑ abbatẽ non fuit deducta in sua petitione,vt ibi not.gloss. nã si deducta fuisset, & probata,tunc plenariam probationem faceret. Vel tertio ibi nõ emanauit dispositiuè per modum principaliter sic confitendi, sed per modum causæ. Vel quarto ibi illa confessio sic incidenter facta erat in extremis vitæ,& ob causam mortis separatam, ideo tunc maioris est efficaciæ,quia tunc non creditur in illam, vel ob
22 aliam causam sic fateri,& ista magis placet.† Septimum,videlicet exemplum addunt quidam,videlicet de exemplo ab authentico, & publico instrumento per notarium sumpto sine iudicis autoritate,& inducunt gloss.quæ hoc videtur velle in l.secunda. ff.de fide instrumentorum.Sed Rayn.hoc reprobat.quia sicut testis đpo-
b nens de auditu auditus,nihil probat [b],quia facti veritatem ignorat ita nec hoc exemplum,ut authenti.si quis in aliquo.supra. de edẽdo.& meo iudicio hoc sentit gloss.in l.sicut iniquum. infra de fide instrumentorum.licèt aliter intelligi possit.De octauo videlicet đ dicto testamen.nondum publicato dubitabitur,sed Iacob.de Aretio.dixit,quod non probat etiam semiplenè.per nota.in l. gesta.in-
23 fra.de re iudicata.& ibi dicam.† Visis quæ semiplenam probationem faciant,quæro utrum duo ex illis semiplenis faciant vnam plenam, & perfectam probationem, & videtur, quòd non. infra. qui nu tut.l.prima.& ff.de excusation.tuto.l. spadonem.§.qui iura multa.Contrarium tenent communiter docto. siue sint eiusdem generis,vt sunt duo testes,siue diuersi vt vnus testis, & fama.ff. de testibus.l.tertia.§.eiusdem,& extra. de appellatio. capitu.primo & ibi gloss.siue vnus testis,& confessio,quando non plenè, sed semiplenè probat confessio,vt proximè dixi. & sic de cæteris. & ita est de mente huius gloss.& gloss.in l.admonendi.ff. eodem.& ad l. in contrarium allegat.responde,vt supra in solutione septimæ op-
24 positionis.† Reuertor ad glossam in versiculo, sed nõ apparet cui, & quæro cui hoc sacramentum,vel iuramentum necessarium de
c feratur,[c] an actori uel reo,& dicit glos.quòd iste textus dimittit in cognitione iudicis, qui habet multa ponderare, primo quis eorum melius nouit rei veritatem, secundo cuiuslibet honestatem, & fidẽ,tertio si in his sunt pares,recitat opinio. inter Hug. & Azo, & postea in fin.respon.duabus.ll.quæ videbantur facere pro Hugo. & sic videtur gloss.inclinare in opinio. Azo. sed in l. admonendi. ff.eodem.gloss. ponderat etiam magnitudinem, & etiam æstimationem causæ, & ideo per modum summæ capio illam, & istam gloss.Incipio a cauda huius glossæ, & sic aut quæritur de iuramento, quod habet per se vim plenæ probationis, puta quando defertur ad probationem rerum vi ablatarum, violentia tamen prius probata, & illud defertur actori in odium violentiæ. infra. vnde vi.l.si quando, & hic in fin. gloss. Aut quæritur de iuramento,qđ defertur ratione contumaciæ, & dicit glo. quòd actori propter contumaciam rei.supra. de iudi.l. properandum.§ si autem reus. & in fi huius gl.Aut quæritur de iuramento,quòd defertur vtraq; parte præsente propter defectum plenæ probationis, & in supplementum semiplenæ, & tunc dic cum gl.Aut neuter eorum nouit veritatẽ,aut alter tantum,aut vterq;. si neuter nouit,neutro defertur.l.maritus.cum ibi not.ff.de quæstio,& est ratio,quia hoc sacramentum veritatis defertur ad perfectionem probationis,sed perficere non potest quæ ignorat cum testis de eo, quod sensu corporeo percipit,deponere debeat. infra. de testi.l.testium.Si uero alter tantum nouerit veritatem,quia in facto eius consistit, & tunc ei q nescit deferri non debet, quia, ut dixi, hoc iuramentum est ve-
25 ritatis.not.ff.eodem super rubrica.† Sed an alteri parti, qui sciuerit veritatem, debeat deferri,dic, aut ipse est vilis,& abiecta persona,& ei etiam deferri non debet,ratio, quia ratione suæ vilitatis est suspectus adeo, quòd si in aliena causa produceretur vt testis, sine tormentis non admitteretur.ff.de testi.l.ob carmen.§. si ea.& Auth. de testi. §.si vero ignoti. Si autem est homo bonæ condi
d tionis,& vitæ frugi, tunc ei deferri debet, nisi magnitudo causæ [d] aliud inducat, vt in seq. q. dicam. Si autem vterque nouit verita
e tem, tunc si vterque sit vilis, & abiectus,neutro defertur,[e] si alter tantum, tunc nec etiam illi, sed alteri honesto sic, nisi causæ magnitudo contradicat.Si uero vterque est honestus,bonæ conditionis,& famæ,& sic ambo sunt status indifferentis,in rei substantia,moribus, & vita, tunc insurgunt opin.inter Hug.& Azo.nam Hugo, quòd actori qui semiplenè probauit,& hanc opi. videtur tenere glo. in l.admonendi. Azo uero dicit, quòd reo, & in hanc inclinat gloss. ista. Examinemus rationes pro vtraque parte,pro veritate habenda.Azo inducit pro casu.l.admonendi.ff.eodem.in ver.sed hæc,quæ loquitur in reo absoluto ex eo, quia iurauit,ut patet in se.versicu.& sine dubio ille text.fortiter facit pro Azo. & etiam inducit.l.cum etiam.infra eodem.sed illa nihil facit, quia in iuramento iudiciali non necessario loquitur.Secundo probat, qa in cã propria quis non põt esse testis.ĵ.de testi.l.in omnibus. de fideicom.l.quæstione.sed si deferatur actori,ipse erit testis in causa sua, ergo,&c.Tertio inducunt qui hanc partem sequuntur, quia in dubijs fauorabiliores sunt rei,quàm actores. l. Arrianus, de actio.& obligatio.& l.fauorabiliores.de reg.iur.Quarto addit dominus meus,quia in vno grauatus in alio debet releuari.l.eum qui.in prin ff eodem.sed reus est huiusmodi,cum debeat absolui actore non ꝓbante.l.qui accusare.supra de eden.cum si.ergo ei iuramentum debet deferri.Quinto induco,quia si post publicationem testium, & eorum testificata didicita,non potest actor super eisdem articulis alios testes producere,propter timorem subornationis. ut infra.de probatio.autentica.qui semel.& in Autentica de testibus. §. quia uero multi.col 6.quanto magis eidem sui ipsius testimonium non debet committi.Ergo dicunt communiter canonistæ esse casum pro illa parte extra eodem c.fi.& hanc partem ibi sequitur Ioan. Andræ.& Iac.Butri.hic,& dominus meus.Ad oppositum, ut actori deferatur faciunt istæ rationes.primo,quia leges abhorrent piuria.ff.de in lit.iu.l.videamus.& l.Marcellus.§ pater.re.amo.sed magis est verisimile deierare reum,quàm actorem,cum grauius sit à se abdicare,quàm nõ acqrere.ff.de his quæ in frau.cre.l. qui autẽ. in princip.& hæc fuit ratio Petr. per quam ipse hanc partem tenet. Secundo loco confirmat Barto. qui eum sequitur per doctrinam euangelicam.de qua extra. de iudi.c.nouit.ibi dum dicit, & si te non audierit,adhibe tecum vnum, vel duos testes, quia in ore duorum,vel trium stat omne verbũ.vñ dicit ipse no. ibi dũ dicit ad-

ADDITIONES.

a De confessione. Adde Soc.consi.8.inci.visis & diligenter. versi. præterea prædictis.in 1.parte.vbi hoc idem inducit,& alle.& firmat.

b Nihil probat. Adde quòd fallit in antiquis,quia probatio de audi. ab auditu admittitur,vt per Soc.consi.205.inci.difficultas præsentis consulta.versic.4.optime ad propositum.in 2.parte.& vide per eum consi.79.inci.in causa agitata.ver confirmatur vltimo.in 1.parte.quod probatio testium de auditu cum tractatur de probanda identitate corporum,& confinibus,in antiquis admittitur etiam semiplena in probatione finium.

c Deferatur.Iuramentum in supplementum,an reo,vel actori deferatur. vide etiã Ang.in Auth.de nup.§.nõ vero vsusfructus.Bar.& Ale.in l. admonendi.ul.col. Bal.hic pe.q.vbi dicit, quòd actori petenti defertur,sed & si etiam reus petit,defertur iustiori.i.arbitrio iudicis,sed gl.in l.manifeste dicit reum præferri.Bal.ĩ auth.sed nouo.ĵ.si cer.pet.quòd actori defertur,quando prȩsumptio est pro eo uel multum præponderat.idem Bald.in l.non hoc.vnde cogn.dicit,quòd in dubio defertur reo,si iudici videatur ex qualitate personarum,& actuũ.vide Lãf. in c.quoniam contra.ver.testes.18.col.de probatio.sed quid si actor non probauit,an reus cogatur iurare,vel iuramentum deferre iuxta.l.manifestæ turpitudinis.ff.de iureiu.vide per dominum Soc.cons.184.inci.difficilis & dubius est,per totum.in 2.parte,& ibi recitat multas,& diuersas limitationes ad illã tex.quas omnino vide.Item adde,quòd actor probatione superflua iuramenti in casu victoriæ grauari non debet,ita & fortius reus in casu victoriæ ad solutionem ut ꝑ præfa.d.Soc.in d.consi.ver.2.quia tex.circa fi.

d Magnitudo causæ.Iuramentum suppletorium,an & quando,& qualiter deferatur in causa magna.vide per d.Soc.consi.155.inci.præstantissime doc. ver.circa secundum fundamentum.& ver.noto ergo,dum dicit Abbas.in 2. parte.

e Neutri defertur.Adde d.Soc.consi.155.inci.præstãtissime doc.ver. 2. requiritur. Lud.Ro.ibi sed in casu nostro in 2.parte.quòd iuramentum suppletorium non de facili defertur rustico.cum ipse non dicatur legalis,& sic facilis ad deierandũ, & in d. consi.in prin.cum uersi.seq.uide,an ad exclusionem delationis iuramenti probatione semiplena facta in causa,necessarium sit parti aduersæ probare conditionem personæ,& causæ qualitatis,& quid super his pertineat ad officium iudicis,& quid requiratur ex latere partiũ, si una ex his petat sibi iuramentum deferri,& quæ qualitates debeant concurrere, & requirantur, ut iuramentũ in supplemẽtũ probationis deferatur in d.consi. versi. quibus ꝓsuppositis. Item,quòd non potest deferri per iudicẽ nisi causa cognita, & multa uersantur in causæ cognitione ut in d.consi.uersi. 1.quia tale iuramentum. Item adde,quòd non defertur periuro,ut per præfa.Soc.in d.consi.ver.4. & vlt.

cie adhibe vnũ, quia ꝓ illud datur intelligi, ꝙ credit vni testi cũ dicto actoris, ꝙ intelligit iurato. & per hoc rndit ad rõnẽ Azo. qa cũ vno teste admittit, qñ alia probatio non hr. Tertio ego confirmo ꝓ hãc & sequẽtes rões, qa hoc iurm defert ad probationẽ ꝓficiẽdã, & supplẽdã, vt hic. ergo actori deferendũ, q in hac ꝓbone defe-
26 cit, & cui onus ꝓfectionis, & suppletionis icũbit. † Quarto, qa hoc
a iurm defert in intuitũ & spẽs est probationis. [a] sed probationes non recipiunt de domo aduersarij illo inuito, ſ. de testib. l. nimis graue. & l. de minore. §. tormenta. ff. de qõ, nec ẽt eo volẽte, vbi adueſarius sit inuitus arg. s. de legib. l. qd fauore. & ff. de re. iu. l. inuito. Quinto, qa ex parte actoris sunt duo. scilicet affirmatio, & semiplena probatio, & ex parte rei sola negatio, igit actori, vt plura, & validiora iura hũti, dẽt deferri. ar. ſ. cõi. de suc. auth. itaque. & de leg. hæ. auth. post fratres. Sexto & validius, qa ꝓ semiplenã probationem quam actor fecit, iudex pro eo opinari cœpit. ff. de testi. l. 3. §. ciusdẽ. & ff. de qõni. l. de minore. in prin. ꝙ declara, ut s. latius dixi. in 7. op. & ꝓ ꝑs reũ, q negauit, suſpectũ hẽt de mendacio, ergo nõ sibi vt suſpecto, sed actori vt magis credendo pro se semiplenã ꝓbationẽ hũti dẽt deferri. Septimo cõfirmo ꝓ textũ in titulo de consu. re. seu. c. r. in prin. & §. facẽm. ubi videt quod dam mõ casus. & hanc opi. secut' fuit Pe. & Rayn. & Bart. & ꝓ ea est cõis practica, & ego eã teneo ꝓ
27 rões, quas feci, & potissimẽ ꝓ sextã, & ꝓ dictũ tex. Tũ vtramq; opi. puto cõcordari posse, & sic, aut actore semiplenẽ ꝓbãte intẽtionẽ suã, reus nihil contrariũ ei probauit, & tunc actori debet deferri: qa ipse habet aliquid pro se, ꝙ iudicẽ informat. vt d. §. facẽm. & ꝓ quo iudex cœpit opinari contra reũ, vt in 6. rõne. Aut reus suam exceptionẽ probauit, & tunc aut plenè, & cessat qõ nostra, qa tũc absq; alicuius iurĩ præstatione debet absolui. Aut exceptionẽ suã probauit duntaxat semiplenè, & tunc si exceptio est directo contraria intentioni actoris, ita ꝙ intuicẽ se non compatiantur. puta si
28 actor probat se mutasse reo certo loco, vel tpe certã quãtitatẽ. reus uero probat se tũc illo loco, vel tẽpore non fuisse ibi, sed alibi in remotis partibus, & tunc ex quo vterq; tantũ semiplenè probauit, ꝓ bationes inuicem conquassantur, & reus debet absolui absque delatione alterius sacramenti, & idem si vterq; plenè, & tanto fortius si actor semiplenè, & reus plenè probasset, & actor probasset intẽtionem suã, reus vero exceptionem suam contradictoriam illi probasset semiplenè, tunc locus non est delationi sacramenti, quia nõ sunt elisæ probationes actoris, sed reus ex probatis omnimodo est condemnandus. vt no. glo. in hoc singularis. ff. de testa. l. ob carmẽ. §. fi. & Cy. s. de proc. l. j. in 3. q. & Io. An. in c. fi. extra. de iureiur. Si ue ro exceptio ꝓ reum semiplenè probata, non est directo contraria intentioni actoris, sed compatitur se cum illa, vt exceptio solutionis, transactionis, pacti de non petẽdo, iureiur. & si. tunc esto, quòd actor plenè probasset, reo in casu isto debet deferri sacramentum super exceptione semiplenè probata, & hoc per easdem rationes, per quas. s. dixi deferendum actori, quando reus nihil probauit, & hæc tene menti, quia quotidiana. Modo respondeo ad oppoſita ꝓ parte rei inducta, primo ad l. admonendi. respondeo, quòd illa potest loqui quando reo defertur ex eo, quia vel ipse melius nouit ue
29 ritatẽm, vel quia erat magis dignus, vel si hinc inde erant pares, dic quòd ei super exceptione semiplenè probata defertur. & sic cõcor. cum prædictis. Nec ob. ver. solent, quia dico, quòd ita generaliter loquitur, quòd tam in actore, quàm in reo potest locum habere. Ad rationem secundam respondeo, quòd propriè non est ipse testis, nec ipse ut testis recipitur. ut not. in l. quæstionem. infra de fideiusſoribus. Item ex necessitate iuris hoc euenit, & eius dispoſitione, ut aliàs patet in ratione per Bar. inducta. Item eadem ratione si deferretur reo, ipse videretur testificari in causa sua. Ad tertiam respondeo, quòd rei sunt fauorabiliores in alio, sed non in isto, qa contra eos est suſpicio ex eo, quia semiplena probatio actoris informat iudicẽ pro actore, & facit eum opinari contra reum, & eũ suſpectum habet de mendacio. Ad quartam respondeo per nota. hic in gl. quia procedit actore nihil probante, sed actore semiplenè probante non debet absolui, sed recurri ad iuris dispoſitionem, quæ & in hoc moderat, & prouidet, vt ad sacramentum recurratur, & sic reus non potest dicere se grauatum. Ad quintam, quę fortius urget, respondeo, quòd post didicita testificata non permittitur, vt testis, ut dixi, præterea iuramentum, & semiplena probatio talẽ suſpicionẽ tollunt, quia non creditur deierare, & immemor esse diuinæ salutis. l. fi. ad legem iul. re. Item in hoc casu medio tutioris, & minus suſpectæ uiæ faciẽda est electio, ꝓterea illa rõ nõ attenditur in aliis casibus, in quibus oẽs fatentur actori deferendum esse, & tñ eodem modo hſet obstare. Ad sextam de c. fi. extra eo, ti. respõdeo primo ſm aliquos, ꝙ aliud est de iure canonico: aliud est de iure ciuili, qđ obseruandũ est in foro eccleſiastico. Secundo respondeo, ꝙ illa preſumptio, de qua ibi dr, non erat tanta, quòd ſe miplenã probationem induceret pro actore. & hæc satis bona rnſio, licèt non constet de ea. Tertio, qđ ibi sunt uerba possibilitatis, nõ necessitatis. l. sæpe. de offi. præſi. & l. nõ quicqd. de iudi. Quarto quòd ibi tex. ñ ſtetit ĩ opinione illa, iõ subiũxit, nisi iudex &c. Ego & quinto aliter dico, ꝙ ibi loquit in cõuento actione famoſa ex delicto descendente, puta iniuriarũ, q est famoſa. l. j. §. j. ff. de insa. at in iudicio famoſo sacramentum necessarium nõ defertur actori, qa ĩ eo probationes debent esse luce clariores. ar. l. sciant. ſ. de ꝓb. & ẽ qa cã censetur magna, & arduꝰ ponderis, & sic iurm actori nõ debet deferri, vt dicã in seq. q. ꝙ aũt qõ sit ardui, & maximi ponderis, patet ex eo, qa ipsa absorbet dignitatẽ fidei, & famæ. hinc est, qd in talibus actionib. famoſis ex delicto descendentibus dẽt apponi in libello tps, & locus, vt probat extra de ꝓ. c. tuæ. & de testi. c. ꝑsentiũ. in 6. & no. ꝓ doc. in l. libellorũ. ff. de accuſa. ad qđ facit de iure noſtro. ff. eo. ti. l. aliàs. & ff. de dolo. l. itẽ exigit. & ff. de iniur. l. prætor edixit. in prin. Et ꝙ in actione, q ifamat infamia iuris, ñ dferat actori sacrm, tenet hic. Bart. & ꝙ tãto in illo. c. fi. põdera, qđ ibi iurm, qđ defert reo, vt ibi dicit litera. defertur ad innocẽtiã purgãdã, & oſtẽdendã & sic ꝓ illud verbũ innocẽtiã, colligẽ, ꝙ ille ver. sẽe &c. ibi positus logit in eodẽ casu quo ꝑcedẽs. ſin ac. iniuriarũ, cũ mortia & innocẽtia cõcernãt delictũ. ff. de iniur. l. cũ q. & de pe. l. absẽtẽ. Nec inde ob. exceptio, q ibi ſequ nisi iudex &c. ꝙ q vr dari intelligi, ꝙ ẽt in actione famoſa iurm põt deferri actori, qa rndeo, ꝙ tã pot esse vltra semiplenã, ꝓbationẽ ꝑſumptio ꝙ actore, qđ iudex ei deferret, vt ibi, nõ aũt, ubi nil plus foret quã semiplena ꝓbatio, qa tũc nõ deferretur actori ꝓp obstaculũ actionis, q est famoſa, vi ſi famoſa nõ esset, ei deferret, & sic potius cõcordat cũ prædictis, q
27 ꝺdicat. Et iste vr mihi verior intellectus ſ illo tex. quẽ not. † Quæro
b mõ, & secũdo, vbi cã [b] esset magnæ ſummæ, vel æſtimationis, an actori semiplenæ ꝓbãti debet iurm deferri. & gl. in l. admonẽdi. ff. eo dicit ꝙ non, & licet glo. nihil alleget, nec ẽt exꝑſſim ꝓbet. l. Tamen doc. cõiter idẽ dũt & allegãt, qa instar hẽt cãæ criminalis, nec alter ꝓbatur. Aliqui allegãt, qa timor est ſuſpicionis in cã magnæ ſummæ, vel æſtimationis. iõ non sic faciliter ad hoc facm est deuenãdũ ff de excu. tu. l. ꝓp itẽ. & Insti. eo. ſ. Itẽ ꝓp itẽ. & hæc rõ est melior. Quis enim ille, quẽ magna quantitas pecuniæ nõ faciet vacillare à fide, dic mihi, & honorabo ipſum laicũ, uel clericũ. † Sedẽ
28 c ro, qñ causa [c] dicatur magnæ æſtimationis, vel ſummæ, dicũt doc. ꝙ hoc velut indeterminatũ relingtur arbitrio iudicis, qui multa habet considerare, videlicet, an sit quæſtio proprietatis, vel possẽſionis, qa quæſtio possẽſionis non censeatur magni præiudicij, l. momentaneæ. supra qui. leg. perſo. & ſ. fi de mo. po. fu. ap. l. j. Itẽ vbi est qõ ꝓprietatis, vel alicuius quãtitatis petitæ, hẽt cõſiderare qualitatẽ, & diuitias ꝓsonæ. ff. de iud. l. fed si ſuſceperit. & ibi gl. Itẽ hẽt cõſiderare, an qõ sit talis, q ſtatũ abſorbeat, puta ingentitatis vel ſeruitutis. nã illa est maxima. arg. ff. de reg. iu. l. qđ attinet. s. de pedã iu. l. placet. nã tunc nõ deferetur prouocanti in ſeruitutẽ, ſed in libertatẽ sic. argu. ſ. co. l. cũ proponas. & idẽ si vertitur periculũ famę arg. ff. eod. l. alias. circa qđ dic, ut s. dixi. Quæro tertio, qñ id est, ꝓ dũ in cõdẽnatione, & nõ ĩ diſpoſitione, an semiplenè ꝓbata cõdẽnatione, sit recurrẽdũ ad iurm. Bald. cõſuluit, qđ ñ, qñ rẽdũt ad obligationẽ iducẽdã, qa cõdẽnationes debẽt ꝓfectè impleri, nõ ꝑfectiones. l. Lucius. ff. de cõdi. & dẽ. secus dicit ipſe, si tẽdãt ad infrã ctionẽ faciẽdã, vt ĩ rescripto delegatorio, cũ dicit si de his tibi ꝓbaterit cõdẽnabis, nã hæc clauſula est appoſita ad iuris obſeruãtã, iõ nõ alterat. l. sæpe. cũ ibi no. ff. de offi. præſi. pro his inducit, quod no
29 Inn. in c. prudentiã. de offi. deleg. & gl. in cle. j. in eod. tit. † Quæro vſq; ad quod tempus [d] põt peti à iudice hoc sacramentũ de
d ferri Bar. reſpondit vſq, ad conclusionem causæ, & hoc qa species est probationis, ergo &c. vt extra. de fi. inſtr. c. cum dilectus. Nec ob. ꝙ ante conclusionem causæ nõ põt quis scire, an sibi expediat hoc petere, dũ demũ didicitis testificatis hoc sciri possit, quia ingꝺ ipſe, ille debet petere sub condition, si semiplenè tantum sit probatum, sicut aliàs dicitur. infra de proba. l. excepti. & argu. eius qđ no. in l. si quidem. infra de excep. Ego puto, quòd etiam post cõclusionem factam in cã possit peti. Itẽ quòd iudex suo officio possit ꝺferre, primum probo, hoc sacramentum, quod est ſpecies probationis, demum post conclusionem cãæ per iudicẽ est deferendum & vſq; ad ſiſam est præſtandum, ergo & tunc potest peti, ut sic eo tempore quo possit deferri possit peti, cũ non sit ſpecies probationis, quæ dẽt ante fieri, & sic non obſt. c. cum dilectus. nam si post conclusionem

ADDITIONES.

a Et ſpecies est probationis. Adde do. Socy. consil. 184. incip. difficilis & dubius est verſi. confirmo, quia delatio. in 2. parte. quòd iuramenti delatio ſpecies est probationis in cuius recuſatione ſine causa turpitudo cauſatur, quod patet: in delato à iudice, quia habetur pro confeſſo, ſi non iurat ſine causa.

b Vbi causa. Adde Socy. consil. 17. incip. ſupradicta causa, uerſi. quoniam ista. in fi. 1. parte. 7. ubi hoc idem inducit, & allegat.

c Quando causa. Adde Soc. consil. 235. incip. uiſa contingentia. ver. & secundum iſta opi. in 2. parte. vbi hoc idem inducit, & firmat.

d Vſque ad quod tempus. Adde quod iuramentum in ſupplementum probationis defertur in concluſione cauſæ. Bar. & doc. in l. admonendi. ff. de iureiur. vide licet ſi petat ante, quia poſt non petitur, ut ibi, & per Bal. in §. item ſi vaſallus. de contro. inueſt. Ang. in d. l. admonendi. Pau. de Caſt. conſi. 94. Bald. hic in pen. col. dicit vſque ad concluſionem in cauſa poſſe iurare, & ſic etiam poſt publicationem proceſſus licèt etiam poſt concluſum in cauſa quandoque poſſit ad declarationem retro attentatorum quod no. in c. cum Io. de fi. inſt. idem Bald. in l. ge neraliter. in prin. ſ. eod. dicit poſſe deferri uſque ad concluſionem in cauſa. in ſummariis uero quando cũque ante ſententiam, ſecundũ Lud. & Lanfr. in d. l. admonendi. ſed nunquid poſſit præſtari per iudicem de conſenſu partium, poſt quam cauſa eſt commiſſa ad conſilium ſapientis, uide Bal. in addi. ad Spec. de exce. ſen. uerſiculo. pen.

concluſionem cauſæ poſſet probari, non dubitaret quin teſtes tũc poſſent produci, propterea iudex neceſſitatur ad deferendũ illud demũ poſt cõclusionem cãæ, cũ nec añ poſſet ſi vellet. qa an, & cui debeat deferre, nõ põt prius ſcire q in cã concluſerit, & ꝓceſſum totũ examinauerit. & ſi ita eſt, ſequitur, ꝙ nec ps añ ad petendũ, q̃ iudex ad deferẽdũ aſtringat, imo nec iure prius vr preſſe poſſe, vt de creditore in diem dicitur. ff. quando di. vſufru. le. ce. l. i. in fin. & ff. de eo quod cer. loco. l. 2. §. ſi quis ita, & de verbo. oblig. eum qui kalendis. propterea petitio ante concluſionem cauſæ, quam ipſe Bar. permittit, ſuum effectum poſt concluſionem cauſæ porrigit, & dirigit, ergo non refert, an ante, vel poſt peratur. ar. ff. de hære. inſti. l. in tempus, & ſ. de do. ante nup. l. quod ſponſæ. & infra ad l. fal. de pla. l. in fuga. propterea cum quid permittitur, & omne illud ꝓ quod peruenitur ad illud. l. ad rem mobilem. de procur. & l. ad legatum. eodem titu. & de acqui. hęre. l. illud, ſed huius ſacramenti dilatio permittitur poſt concluſionem cauſæ. ergo & eius petitio, quæ eſt cauſa neceſſitans iudicem ad delationẽ. l. 4. §. hoc iudiciũ. ff. de dam. infec. Tertium autem. ſcilicet, ꝙ iudex poſſit ſuo officio, probo per l. admonendi. ver. ſolẽt. ff. eo. ti. quia iudex poteſt ſupplere ex notis ſibi in inſtantia iudicij, & ex agitatis in eo. vt infra de appel. l. ampliorem. §. 2. & de tempore appel. l. 2. in fin. & ibi nota. Tertium per no. per doc. in l. quod inſſit. ff. de re. iu. dicunt enim ꝙ interlocutoria infra decendium ad petitionem partis eſt reuocanda: ſed poſt decendium poteſt iudex mero officio reuocare.
30 ita & in propoſito. † Quæro. 5. de forma petitionis huius ſacramẽti. & dicit Bart. ꝙ petitor non debet petere ſibi deferri, ſed imperſonaliter ei cui de iure teneatur iudex deferre, & mouetur ex eo, qa petens ſibi deferri ſe ſuſpectum facit, propter auiditatem & affectionem, quam oſtendit. l. 3. §. 1. ff. eod. & ff. ad l. cor. de fal. l. vxori. §. 1. & de iur. immu. l. ſemper. §. conductores. & ſupra de epiſc. & cleri. l. ſi quamquam. & infra qui mili. non poſſ. cura priuilegii. lib. 12. pro hoc etiam facit, quia teſtis ſponte ſe offerrens repellitur, vt ſupra hoc etiam facit, quia teſtis ſponte ſe offerrens repellitur, vt ſu-
a ſpectus. [a] ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum. §. his vero. & ibi glo. de hoc. Ego uero, licèt credam illam formam petendi fore magis honeſtam, non propterea puto, quod ſi petat ſibi deferri ex eo, quia ipſe ſemiplenè probat, & ex eo, quia ſibi de iure debet deferri, ex hoc debeat repelli. primo, quia ipſe petit id, ad q̃ iudex tenetur de iure, & ſic non repellendus. ar. ſ. de adul. l. Gracchus. imo ei præbendus eſt aſſenſus. arg. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. l. 2. Secundo, quia ex quo ſupponitur, quod de iure ei dẽt deferri, nec refert, an petat ſibi, uel ei, cui de iure debet deferri, quia tunc hæc ſunt æquipollentia, cum ius ipſum ſit certum, ad quod ſe refert, & paria ſunt quid exprimi certum, vel certificandum per relationẽ ad id, q̃ eſt in ſe certum. vt ſ. de ſen. quæ ſine cer. quanti. l. 2. & 3. &
31 ff. si cer. pe. l. certum. & de re iud. l. in ſumma. † Tertio, quia nemini allegationes ſuæ debent eſſe, vel dici interdictę. ſupra de iu. l. iudices, & auth. iubemus. & ſ. de iure fiſl. facultas. li. 10. Nec ex illarũ allegatio. quis debet ſuſpectus iudicari, vel repelli, ut infra de appel. l. & in maioribus. in fi. & ff. in eo. titu. l. illud. alias fruſtra ei permitteretur a l. † Quarto, vt clarius pateat, pone quod imperſonaliter deferri potuiſſet, vt Bar. ipſe dicit, & contentio poſtea inſurgeret coram iudice, cui partium deberet deferri: nonne licebit allegare, ꝙ ſibi, & non aduerſæ parti. non eſt dubitãdum, ꝙ ſic. ergo
32 ſi tunc poteſt, poterit & anteriori tempore, quo petit ſacramẽtum deferri, cum nihil referat tunc, vel poſtea. imo cautius eſt præueni re. vt ſupra de tempore reſti. l. fin. & etiam exceptio peremptoria, quæ ſui natura debet opponi lit. conteſt. vt infra ſen. re. non poſſ. l. peremptorias ante lit. conteſta. poteſt opponi, vt infra de proba. l.
33 excep. † Quinto, quia cauſa pudoris, & honoris ſui conſeruandi hoc petit, igitur nec vt ſuſpectus, nec vt auidus repellendus, vt infra de adul. l. ita nobis pudor, & l. quamuis adulterij. & ff. de procu. l. quæ omnia. §. ſ. pudor autem, & honor colligitur ex eo, qa petit ſibi deferri, vt magis digno, & iuridico, & minus ſuſpecto ex eo, quia ſemiplenè probauit, & non aduerſario, contra quem iudex iã aliquam habet informationem, propter quam factus eſt ei ſuſpectus de mendacio, vt ſupra dixi. Sexto, quia non tam ſponte dicitur hoc petere quam ex neceſſitate ei inducta ab aduerſario, qui ex ſemiplenè probatis præſumitur iniuſte reſiſtere, ergo ei ſubueniẽdum. ff. ad ſil. l. 3. §. vtrum. & de bo. li. l. qui cum maior. §. ſi liber-
tus, & ex prædictis patet, ꝙ in oppoſitum allegata non obſtant, qa in illis affectio non eſt iuridica, & honeſta, hic ſic, nec ingerit ſe in facto alieno, ſed in ꝓprio, & hic ſit finis de præſenti. l. commentata, & repetita publice per me Bartholomæum Anno domini 1382. Laus honor, & gloria in excelſis deo, & eius vnigenito domino Ieſu Chriſto Saluatori noſtro.

ADDITIO.

a Repellitur ut ſuſpectus. Adde ultra hic petita, an ſupradictis ceſſantibus ſcilicet militante nullitate in actore, & reo, nunquid ille cui defertur iuramentum habet neceſſe iurare, vel deferenti referre. & uide doc. in l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiu. de quo plene per Bart. Soc. in ſuo trac. fal. re. 205. ubi regulam affirmatiuam limitat per eundem in conſ. 104. inc. difficilis. ver. confirmo. vol. 2. & de hoc dixi poſt Bar. in addi. ad ipſum in l. in contractibus. nu. 1. in 2. lec. in apo. in uerſi. non cogitur iurare.

LEX IIII.

1 *Delatio ſacramenti ſi non valeat, cauſa iterato exercebitur.*
2 *Pupillus, an poſſit iurare cum tutoris autoritate.*

3 *Pupillus tutore autore ſi ſacramentum detulerit, an poſſit reſt. in inte. petere.*
4 *Pupillo, an poſſit iuramentum deferri.*

Si ad excludendam. Iſta lex legit uno modo ꝓ gl. ego alios addã. Casus.
1 pupillus non põt iuſiurandum deferre. h. d. † No. ꝙ vbi delatio ſacramenti non valet, cã iterato exercet. Contra hoc opp. gl. de lege 1. ſ. eodẽ. Sol. ꝙ ibi delatio tenuit: hic non, quia iurm debet deferri a pupillo cum tutoris auth. ff. eo. l. iuſiurandum. §. j. quod hic nõ fecit, quia ſibi ꝓpli tutor autorari non potuit. vt ff. de auth. tut. l. & ſic ſecundum glo. hic detulit ſuo tutori, nondum finita tutela. ſed quia hæc lec. fuit de modico dubio: & etiam, quia forte non benè conuenit literæ, quæ dicit ad excludendam actionem tutelæ, quæ demum tutela finita naſcitur. l. niſi. & l. tutor reipublicæ. §. fin. contra ibi no. gl. ff. de tu. & ra. di. Vel etiam ſuppoſito, ꝙ ante naſcatur tñ intentatur. at iſte tex. ſupponit eam non intentatam, dum dicit eandem litem, &c. Ideo aliter videtur intelligenda, ſcilicet quod pupillus detulit iuramẽtum ei, qui tutor eius fuerat, ſed ſi tutela finita erat, non nocet ei, quia ſine auth. tutoris fecit, vt d. §. 1. & intelligę mediante replicat. vt ibi. Poteſt etiam legi tertio modo, ut ſ. dicam, ſed dices tu, ſi pupillus erat, quomodo tutela finita erat. reſpondeo, quòd certi ſunt caſus, in quibus ſuſcepta finitur. ff. de ex
2 cu. tut. l. idem vlpianus. §. 1. & ibi vide. † Sed circa iſtam quæro, an quilibet pupillus cum tutoris autoritate iurare poſſit. gl. 1. in d. §. j. dicit, ꝙ ſic, ſi ſit doli capax, nõ alias. Sed doc. dicunt, ꝙ licèt nõ ſit doli capax, poteſt tutore autore deferre, dummodo fari poſſit. ff. de
3 admi. tut. l. 1. §. ſufficit. † Quæro. 2. in caſu, quo defert tutore autore, an poſſit petere reſtitu. in integrum, dicunt gloſſ. ibidem, aut detulit extra iudicium, & ſic ſine iudicis autoritate, & tunc reſtituitur. vt ſupra ſi tuto. vel cura. inter l. 2. aut in iudicio, & ſic iudice ap probante, & tunc eſt maius dubium, quia iuramẽtum habet vim ſolutionis. ff. eod. l. iuſiurandum. ſed aduerſus ſolutionem factam cum autoritate tutoris, & iudicis decreto, non datur reſtitutio. ſ. de admi. tuto. l. ſancimus. & ff. de minо. l. ait prætor. §. 1. ergo nec ad uerſus iuramentum prædictum, ſed hoc non obſtante, licet gloſſ. dubitet, tamen doc. tenent, quod poteſt reſtitui, quia non per omnia vim ſolutionis obtinet, cum ciuilem obligationem non tollat. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolu. Poteſt & tertio hęc lex legi, vt loquatur in pupillo adulto facto, tutori quondam detulit ſacramentum. in quo diſtinguc. aut ipſe non habebat curatorem. & tũc ipſo iure, delatio & ſacramentum ei præiudicat, ſi extra iudicium detulit, ſed reſtitutio peti poteſt. Sinaũt in iudicio, & tunc eſt dubium, quia iſte actus videtur iudiciarius, & ipſe non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio: vnde videtur ſibi non præiudicare ipſo iure, vt ſupra. qui le. perſo. l. momentaneæ, & per totum. aut curatorem habebat, & tunc gñalem, & tunc in eo idem dicendum eſt, ꝙ in pupil. l. ſi curato. s. de in inte. reſt. mi. Aut non habebat gñalẽ, ſed ſpãlem ad litẽ iſtam, & tunc puto, ꝙ tñ operet hæc particularis interdictio in hac re particulari, quantum generalis in
2 † Et ex prædictis sume ar. quòd accipere mutuo ad vsuras extra cām propriæ necessitatis est peccatū & a l.dei interdictum. Tertio casu, quando est dubius, quia ad bene placitum superioris, & sic tēpus certum non habet, tunc idem quod in perpetuo ar. l. sufficit. ff.de condi.inde.& pro hoc ff.de exc.tu.l.iure peritos. in princi. & hoc in mutuo. Quæro quid in alijs contractibus. respon.do. quòd perpetui vel dubij possunt. ar. eorum quæ in præcedentibus dicta sunt. Temporales vero, aut iurisdictionem habent, & non possunt nisi ex causa suæ necessitatis, & mobilia tātum, & immobilia ꝓut in promissione continetur, & non vltra l.j.s̃.de ꝯc.iu. & l.non licet ff.de ꝯhen.emp. Item & sine permissu speciali principis potest lege ei permittente pater emere pręedia paterna a fisco ei distrahenda, vt l.q officium in eo.ti.& hoc siue sint a maioribus, siue minoribus no.gl in d.l.j.s̃.de contrac.iudi.adde, quod hic Cy.di.qđ empta applicantur fisco, vt probatur in d.l.non licet. Aut iurisdictionem non habent, sed sunt meri officiales, & tunc aut ipse est officialis ad huiusmodi contractus, puta ad vendendum bona fiscalia vel fisco obligata, & adhuc ei non licet emere etiam per se vel interpositam personam, vt d. l. non licet aut. quibuscunque. s̃. de fac. san. ec. Addo, quòd si essent plures officiales ad hoc deputati non potest vnus eorum emere. alio vel alijs autorantibus, vt not. gloss. singularis in d.l.j.s̃.de contrac.iu. Et est ratio quia inter ementem, & vendentem debet esse differentia. hic vero est nulla, qa ipse emēs cēsetur etiam vendens ratione officij, quo vendere tenet̃, & ratione cuius rempublicam reprȩsentat. licet secus sit in plu ib. tuto.l.pupillus.ff.de auto.tu.& est ratio, quia pupillus est venditor. ita not.gl.in dicta lege.qđ not. pro his qui vendunt gabellas in Bononia. Aut officialis ille ad huiusmodi contractus non est deputatus: & tunc licitum est sibi emere, & per alios contractus sibi acqrere. ar.d.l.non licet.a sensu contrario, & qa in eis stat regula, vt intelligant̃ omnia ꝑmissa, q̃ non apparent ꝓhibita.l.nec nō.§ sed qđ
3 cis.ff.ex quib.cau.ma.† Quæro, an precium solutum ab officiali p̃sumatur de bonis fisci, q̃dam glo. videtur velle, qđ sic: quæ est in l. facultas.ĩ.de iur.fis.li.x.& est gl.fi.& mouetur ꝑ text.in Auth.de eccle.ti.§.interdicimus.Sed Gui. de Cu. & do. cōiter reprehendunt illā per l.si defunctus.ĩ.arb.tu.& melius per l.3.§.multa.de iure fisci. Item quia quilibet præsumitur bonus & nō fur, vel subtractor l.non omnes.§.a Barbaris.ff.de re mil. cum si. Ad §. interdicimus. respondent, qđ ibi in prelato ecclesiæ, qui administrat sibi quandiu viuit, & quod ei superest ecclesiæ, si in opus pium non dispensat, reseruare tenetur, & qui nec ex operis, vel industria præsumit̃ lucrari. Nos in officiali qui administrat alteri, nec prohibetur ex opera, & industria sibi lucrari, & qui ex illis quotidie pręsumitur locupletari, nec propterea minus eius officium fideliter exercere. lege supra alle. De prælato tamen vide, quod scripsi in authen.licē-
4 tiam.s̃.de epi.& cle. † Quæro an iudices sint prohibiti libros a subditis emere. dico quod non sibi necessarios, quia illi sunt eorum arma, & instrã eis pro iustitia exhibenda necessaria, & quibus mediātibus sibi parant vitæ subsidia.l.aduocati.supra de aduo.di.iudi.

LEX XVII.

1 *Solemnitas probatoria quare sit inuenta.*
2 *Solemnitas maior in his quæ sunt maioris ponderis, & præiudicii est adhibenda.*
3 *Testes quot exigantur in solutione debiti.*
4 *Scripturæ solemni quando non stetur.*
5 *Libra quot aureorum esse dicatur.*

Super chirographarijs. Primo dictū bimembre ponit. Secundo quid iuris sit, si contra factum, adijcit. Tertio in futuris prædicta locum habere decernit. Scđa ibi nā si ꝯ. Tertia ibi, qđ est in futuris. Iure isto chirographum non probat debitum nec eius solōnem, si excedit summā qnquaginta librarū auri, nisi tribus testibus sit sub
1 scriptum bonæ opinionis & famæ.h.d.† No.ꝙ solēnitas probato
a ria[a] ob publicā vtilitatē est inducta: iō ei renunciari non pōt. l. ne
b mo de le.j. Item no. qđ dictio. s̃.[b] quātitati adiecta est excessus si
c gnificatiūa. Itē no. qđ subscriptio[c] appellat̃ testimonium. Ex quo hēs, qđ tpe, quo qs se subscribit, testimoniū suū reddere dr̃. qđ not. pro dicendis. ĩ. de testa.l.j. Item no. qđ instrumentū non solēne iudex non debet admittere. Item no. qđ ll. solennitatē nouā inducētes non habent locum in negocijs iam perfectis & consummatis.
2 † Item sume consilium, vt in actib. maioris quantitatis, & præiudicij maior solēnitas & cautela adhibeat̃, ꝙ quādo sunt exigui p̃iudicij, vt hic & in Auth.de fide instru.§.fi. Opp. qđ ēt si testes non sint subscripti, ꝙ nō ppea chirographū reputari dēt nō verū, vt ĩ Auth. de fide instr.§ si tamen quisquam.& in Auth.de nō ali.§. qa vero, Solu. qđ si caret testiū subscriptione debita, non admittit̃ quo ad probationem.& ita supplet gl.fin.in prin. Sed non quo ad falsi punitionē, vt in contra.instrumentū enim pp carentiā debitæ solēnitatis nō p̃sumitur falsum, nisi hoc reperiatur in iure expressum.l.iubemus.in fi.ĩ.de test. Opp. qđ etiam sine ista solennitate stetur scripturæ, vt ff. qui po.in pig.ha.l.scripturas. So. vt gl. ꝙ ibi debitū erat.
3 ĩ.summā hic positā.† Opp. ꝙ quinque testes exigant̃ in debiti solutione.l.testiū.ĩ.de testi. So. ibi q̃do scriptura nō interuenit, hic qñ interuenit. quo casu seruat̃ l.ista. Opp. de aut. sed nouo iure. Sol. ꝙ aliter seruat̃ de iure nouissimo. Opp. ab extra de l. cum tabernā. §. j.ff. de pig. vbi stat̃ scripturæ sine solemnitate. So. ibi scriptura, & factū erat cōfessatū. sed an de iure tenet̃, erat dubiū. hic factū erat negatū, & solennitas scripturę, iō scriptura licèt sit confessata, ex quo est minus solemnis nō ꝓbat debitū, & factū in ea cōtētū negatū: sicut testes minus solēnes, qa non iurati vel infames, non probāt.
4 † Opp. ab extra, qđ ēt scripturæ solēni non stet̃.l.cū de indebito.§. fin.ff.de proba. So. qđ scripturæ solēni statur, vt hic & ibi, quia hoc ibi non negatur, sed non plus per eam probatur, quam in ea scriptum contineatur, vnde si causa obligationis in facto in ea scripta deficit: factū illud nō est obligatoriū, vt ibi. & sic ibi deficit cā finalis obligandi, non solēnitas scripturæ, & de hoc, an cā debeat attēdi in pacto necne, vide quę scripsi in l.creditori.s̃.de pac.& in l.stipulationibus, vide quod no. Bartol.in l.nuda. ff. de donationibus.

Oppo.

ADDITIONES.

a Solemnitas probatoria. Adde d.Soci.consi.97.inci. abunde & inutiliter uer.3. & ul.cir.finem.in 1.parte, quod solemnitas probatoria non potest tolli iuramento, quia uersatur publica utilitas, ne falsicas committatur.

b Dictio supra. Adde Bart.in l.cum ita.ff.de do.præl.

c Subscriptio. Sed quid de suprascriptione in aliqua scriptura priuata, uide d.Alex. in consi.147.2.parte &, an & quando subscriptio requiratur, & quādo pro cōsensu accipiatur, vide d.soc. consi.15.in ci.uisis prædictis publicis instrumētis. ver.ad quintum ar.in 1.parte.

Opp.ab extra,qđ ēt sine scriptura valeat qđ est gestū.s.de pac.l.pa-
ctum quod bona fi.ff.de pig.l.cōtrahitur. Sol. quod ibi ponitur re-
gula:hic casus spālis a regula,sunt& alij casus multi,qui no.per gl.
in d.l.contrahitur.Quæro in casibus,in quibus scriptura exigitur,
an scriptura sit de substantia contractus vel probationis tantum,
gl.tangit in auth.sequenti.ego dicam ibi,vel in l. contractus.j. de
5 fide instr. † Quæro secundo ad declarationem nostræ materiæ,q̃
a tū ascendit hic libra vna.respon.quòd de iure 72.aurei[a] faciebant
libram.l.quoties.j.de susce.& archa.Sed ex hoc nō reddimur cla
ri,quia videmus istas libras subtiles non esse vniformes in quanti-
tate vnciarum:licet in earum quotitate sic. quia quælibet libra est
duodecim vnciarum:sed istæ vnciæ sunt minores in Venetijs, &
Ferraria,quam Bononiæ.Item nescimus, cuius quantitatis vnciæ
tunc temporis erant.Itē nescimus cuius puritatis & bonitatis erāt
aurei isti.Dico igitur,quod si de ista moneta qualis erat constaret,
illud est seruandū.si non,ad aureos vrbis Romę est recurrēdū.ar.
l.de quibus.ff.de legi.& hoc quando leges cōmunes de istis aureis
loquūtur,quia tales leges de illis intelliguntur,quæ per eas sūt dif
finiti, non de currenti,vt probat gloss.j.de seruis fug.l.quicunque.
Sed vbi statuta ciuitatum de aureis loquuntur,dic,aut specificant
de quibus,& illud serua.aut non specificant,& tunc aut ciuitas il-
la proprios aureos habet, quibus vtitur, & tunc de illis intelligiī,
& nō de alijs,licet alij ibi currāt,& sint ibi vsuales.ar.di.gl.Aut pro
prios aureos non habet,& tunc stat dubium,an de legali vel currē
ti intelligatur.& videtur dicendū, aut legalis est incert⁹ saltem in
qualitate,& de eo non est intelligendum,ne incertitudo vitiet, &
quia statuentes ad alium tanquam de eo,ignari non uidentur se re
ferre.Aut vterque est certus,& tunc aut alter tantū erat ibi in usu
tempore conditi statuti,& tunc de illo videtur agi tantū per statu-
tū.Aut vterq; tunc erat in vsu, & tunc de minus valenti intelligiī
ar. l. semper.ff. de re iur. Sed dubitari potest, quid si ille qui tunc
erat,desiit extare, videtur quòd æstimatio eius, qui tunc currebat
vel erat,debeat attendi ar.ff.de iure do.l.Titia.ad fi. & ff.de contra-
hen.emp.l.Rutilia Polla.& quia de nouo non cogitauerunt statuē
tes,& ita seruant Florentini in suis mercantijs,vel mercatis simpli
citer factis ad florenos,facit ad hoc vltimum quod no. gl.in auth.
q rem huiusmodi.s. de sa. san.ecclesijs.In contrarium facit, quia
statutum omni die loquitur. l. arriani.s.de hæreti.sed illud quo ad
obseruantiam,non quo ad eius fabricam & compilationem.

ADDITIO.

a 72.Aurei.Adde d.So.cons.45.incip.in præsenti consultatione.uers.circa secundā dubitationem cir.medium in 1.parte, quod 72.aurei legales libram constituūt & 97.ducati senenses faciunt libram, & sic dic,quod hodie libra auri constat ex 97.ducatis Venetis.Bart.in l.quoties.infra de sus.& archa.lib.11.& Ale. in l. cum de indebito.de proba.Item adde quod vncia auri secundum usum regni Siciliæ intelligitur de 6.aureis.Item adde,quod quandoque dicitur libra ex centum aureis Bar.& doc.in auth.seq.

AVTHENTICA.

1 *Sacramentum necessarium reo defertur actore semiplenè probante.*
2 *Solemnitas maior quare imperito literarum contrahente requiratur.*
3 *Testes quot requirantur in instrumentis.*
4 *Imperitus contrahens maiorem requirit solemnitatem.*
5 *Contractus quando in scriptis celebrari dicatur.*
6 *Contractus quidam requirunt scripturam,quidam non, & quidam indifferentes sunt, & nu. seq.*
10 *Contractus scripturam requirens, an debeat prius scribi, & postea partibus legi.*
11 *Contractu in scriptis celebrato an recurratur ad iusiurandum.*
12 *Comparatio literarum quando fidē faciat,& quando facienda sit & num.13.*

a **Sed nouo.** [a] Primo,quando in ciuitate,secundo,quan-
do in iure contractus celebratur: secunda
ibi:in agris.Prima in duas,quia primo quando ab imperito & in
scriptis.secundo quando a perito, vel non contrahitur sine scrip-
tis.secunda ibi nam si quis.In contractu ab imperito literarum in
ciuitate,& in scriptis celebrato,libram auri excedente exiguntur.
5.testes.In contractu uero sine scriptura celebrato modo commu
ni fit probatio per testes, uel per iuramentum. In celebrato uero
in rure seruantur iura antiqua.h.d.Expone ibi quinque testes, qui
se subscribant,& inter quos tabellio enumeratur, ut patet in cor-
pore.Ibi ab imperito,vel quasi,quia parū nouit, ita q̧ p imperito
habetur,vt in cor.Ibi si quis indifferenter, loquitur tam de perito,
quàm de imperito:cū ratio sit eadē in vtroq;. Ibi per testes duos,si
librā non excedat:vel tres,si excedat.ibi fidē accipiet.s. in cā inter
actorem,& reum mota.ibi producente,alias si pars non produce
ret,sed ipsi se sponte offerent,pro suspectis hn̄r,vt no. glo. in l. post
legatum.§.his uero.ff.de his quibus,vt indi.Et sic no.q̧ testes sunt
1 producendi.† Ibi iurante.si ad iuramentum necessarium hoc re-
fertur,hic videtur casus,q̧ actore semiplene probāte,reo sit deferē
dū sacrm̄ necessariū,qđ p̄t esse verū,qn̄ multa p̄sumptio sit p eo,q
semiplenā pbationē actoris elidit,vt dixi in l.bonæfidei.s.ti.j. Sed
puto,q̧ de iudiciali tm̄ loqr̄ pp illud verbū referēte,qđ hic seqtur.
Ibi disposuerit.no.q̧ in arbitrio iudicis stat delatio & relatio sacra-
menti.Ibi,in agris.no.minorē reqri solēnitatē in his q̃ gerūtur in
rure,q̃ in ciuitate.cōcor.j.de test.l.fi.rn̄deo qa in ciuitate plures re
periuntur literati,& in scriptura periti,q̃ rure. Vlterius not. hic ca-
sum,q̧ in cā mota sup ɔ̄ctu celebrato ī scrip.non deferī sacramē
2 tū necessariū,rō,qa p testes n̄ pbaī,qđ no.† Quęro,q̃ p̄t eē rō,qua
re in īperito ɔ̄hēte ī scriptis reqraī maior solēnitas.q̃ ī literarū pi-
to.gl.d.qa stultè facit se itromittere de scriptura,q̃ ignorat.Addit.
Mar.q̧ melior rō ē,qa imperiti literarū de facili denegāt ea, q̃ ī li
teris ɔtinenī,& eorū denegatio ē incōuīcibilis,vt in Aut.de tabe.
cir.fi.j.collat. Quero.3.qūo hæc auth.adapteī ad l.C.rn̄deo addē
do,determinādo,& qnq; corrigēdo,vt ex dictis hic ī gl.patet. Vl
teri⁹.qa gl.istā mā aggrediī distinguēdo,p eius epilogo,&diuisio
ne dic,q̧ gl.primo recitat opi.quorūdā,đ qua n̄ ē curādū vsq; ibi
& vltimo distingue,ibi suā distinctionē annectit,in qua primo lo
qtur qn̄ ɔ̄ctus ē celebratus.j.librā aurei,vsque ibi, si sup maiore.
Ibi scđo qn̄ ɔ̄ctus est celebratus super maiori summa vna auri li-
bra,usq; ad fi.& hæc scđa subdiuidiī in duas.primo, qn̄ ī ciuitate.
scđo,qn̄ in rure,scđa circa fi.gl.ibi,& hæc in vrbe.Iterū pr̄ia,huius
scđę subdiuidiī,primo qn̄ cōfecta est scriptura priuata,scđo quan
do publica.scđa ibi,ubi āt.Iterum prima,in duas,primo qn̄ ab im
perito literarū,scđo a perito,scđa ibi,cū peritus.Et iterum pr̄ia in
duas.primo qn̄ in scriptis fuit ɔ̄ctum,scđo qn̄ sine scriptis,secūda
ibi,si uero imperitus.Et p hāc diuisionem versicula glo. Tn̄,quia
ex gl.non benè ex toto,vel saltē clarè veritas huius rei habeī,nec
ēt tex.in corpore est clarus,sed scabrosus,& plixus,iō quod plu-
3 bus diebus cogitaui inhærendo veritati recitare đcreui.† Et iō cū
b quæritur,quot testes[b] requirantur in instrumentis,dic. aut cōtra
ctus non excedit libram auri.& tunc siue fiat in ciuitate,siue ī ru
re,siue a perito,siue imperito lr̄arū,siue in scriptis,siue sine,siue sit
publica,siue priuata scriptura,duo testes sufficiūt.ar.l.vbi nūerus.
ff.de testa.Nā isto casu nihil ē innouatū,vt pbaī in corpore eo.§.
si.vbi dr̄,quod solennitas huiusmodi.i.de qua in præcedentibus.s.
triū,uel qnque testiū,nō est ipso casu necessaria.& sic stamus iuri
antiquo,& ita vult.hic & ibi gl.Aut ɔ̄ctus librā auri excedit,&tūc
aut fit in rure, & seruātur iura vetera,ut hic in gl.q disponūt, ut
duo testes sufficiāt,vt d.l.ubi numerus,siue cōtrahens sit peritus,
siue īperitus,siue publicū,siue priuatū,fallit in ɔ̄ctu chyrographa
rio excedēte summā.testes librarū auri.ut in l.pcedēti.ubi reqrun
tur tres subscripti.nō ergo.ubi factū fuerit instrumētū publicum
aliqđ ē innouatū,qđ no.propter sequētia.Aut cōtractus librā au
ri excedēs est celebratus in ciuitate,& tunc,aut de illo nulla facta
est scriptura,& isto casu tex.in cor.nihil dicit;& sic stabo regulæ,
antiquæ,ut sufficiant duo d.l.ubi numerus.Aut de eo facta ē scri-
ptura,& tunc aut priuata,aut publica.si priuata,& tūc aut ab īpe
rito literarū,aut perito.& tūc,aut egerūt ɔ̄here in scriptis.aut sine
scrip.Aut dubitatur.primo casu f̄m gl. exiguntur qnque testes,q
c oēs dēnt se subscribere[c] cū ipso ɔ̄hente,ut in cor.§. oportet. la.2.
Et si dicas quomō p̄t se subscribere,ex quo ē literarū imperitus.
rn̄.qa īperitus ī hac materia intelligiī is.q uel nullo mō scit literas
uel scit paucas,vt ī cor.Et ponit exēplū Bar.in mercatoribus,qui
nesciūt scibere,nisi ī vulgari, si igiī paucas scit literas, subscriptio
nē faciat talē qualē scit,sinaūt nullo mō scit scribere,tūc alter ex
illis.5.testib.p ɔ̄hēte scriberet,& dēnt testes notitiā hēre ɔ̄hētiū.
vt d.§.oportet.& in §.j.e.ti.& ibi gl.& ī aut.de hær.& falci.§. si ve-
ro absūt.facit.l.testiū.j.de testi.& iō cautela ē,ut đ tali notitia in
suis subscriptionib.faciāt mētionē.Itē unus ex dictis testib.dēt eē
tabellio,si reperiri pōt.& ipse pro ɔtrahente subscribet,& licèt ta
bellio interueniat.non propterea ista scriptura est publica,nec in
strumentū publicum dr̄ & est rō,qa iste tabellio n̄ interuenit, ut
de cōtractu faciat publicū instrumētum,sed ut priuatus quilibet
scriptor,& vt testis ipsius cōtractus.ut alle.in l.Domitius.Labeo.
ff.de test.& sic nō obstat.l.hac cōsultissima.§.fi.j.q testa.fa.pos.Si
vero egerūt cōtrahere sine scriptis,licèt scriptura interuenerit.tūc
tres testes reqrūī,q se suscribāt, & ɔ̄hētes notos hēant.vt in cor.
§.j.& §.sed si instrumēta.& vbi fuerit scriptura sine testib.tūc scri
ptura n̄ pbat,licet debitoris cōfessio solēniter facta de ɔ̄ctu pba-
ret,vt in cor.eo.§.si tn̄ qsq̃,sinautē dubiteī an in scriptis uel sine
voluerint ɔ̄here.dic,qđ si nō est cōtractus necessario in scriptis,
celebrādus,ex legis dispositione,credendum est eos sine scriptis,
ɔ̄ here voluisse,licet scriptura sit cōfecta,nā ex quo nō fuit neces
saria pro ɔ̄ctus substātia,dicendū est potius eā ad memoriam &
pbationem rei gestæ interuenisse,q̃ ob aliā cām.ut.j.de pba.l.cū
res.& de fi.instru.l.cū instr̄is.sinaūt a perito literarū iste ɔ̄ctus ma
ioris summæ sit celebratus in ciuitate,tunc siue in scriptis siue si-
ne requiruntur tres testes,qui se subscribant,ut in cor.eod.tit.§.i.
& si testes non interuenerint.scriptura non probat. d.§. si tamen
quisquam & potest causa decidi iureiurando,si sine scriptis con
traxit. & scriptura ad probationem non est necessaria ut in cor.
non

ADDITIONES.

a Sed nouo. Adde quod ista auth.nō seruatur de cōsuetudine in instrumento publico,in quo sufficiunt duo testes, sed solū seruabitur in chirographo & priuata scriptura,secūdum.Ia.de Bel.in l.fi.facit quod idē no.in l.neque.ad velleia.
b Quot testes.Adde soci.cōs.94.inci.præstantissime & iustissime.uer.2.inci.nā ad confectionem.in i.parte.vbi ad hoc idem inducit alle.& firmat.
c Debent se subscribere.Adde q̧ talis subscriptio etiam partis tantum appellatur testimonium.ita no.Bal.in l.fi.in vl.op.sup.de edicto diui adri.tol. Ia. rebuffi. in l.nulli.nu.3.& quod ibi posui in addi.ad ipsum ī uer.inc.j.de numera.l.12.

nō qn̄ in scriptis, vt hic in prin.& est rō,qa tūc p testes nō pbaī,
sed per scripturā solemnem tm̄.Item,qa scriptura solēnis đ qua ɔ
4 itat,est tunc de ɔ̄ctus substātia.† Quæ autem sit rō,quare maior,
solēnitas reqrīī,qn̄ imperitus contrahit in scriptis,quàm qn̄ impe
ritus no.hic in gl.& aliam addidi in q.j.quā.s.formaui.Et ex rōni
bus prædictis & maximè ex illa eius gl.soluiī aliud q̃sitū. s.quare
tres testes exiguntur ubi scriptura īteruenit,& ubi nulla īteruenit,
tm̄ duo,vt s.dixi:cū fortius videaī tūc tres interuenire dēre, quia
rn̄.qđ hoc operaī interuētus scripturæ,q̃ hāc solēnitatē testiū req
rit,& hoc vbi scriptura priuata interuenit.Sinautē publica,& tūc
si in iudicio apud acta,valet cautio etiam sine testibus,vt in cor.
eo.§.his q̃ dubiū,& quod ibi no.tres enim requirunt testes acta iu
diciaria.Puto tamen cautius esse duo testes adhibere, propter no.
in l.donationib.inf.de do.Aut extra iudicium factum est publicū
instrumentum à tabellione,& dixerunt qdā,q̧ gl.hic vult,q̧ exi
gātur tres.& p hoc facit tex.in cor.sed si instrumēta.sed gl.ibi sin-
gularis & notāda vult,qđ isto casu nihil fit nouatū p iura nouis-
sima,iō sufficiāt duo,vt olim.vt d.l.vbi numerus.& hāc seruat ɔ-
munis cōsuetudo.Ex quo habes,qđ illa aut.restringiī solū ad chi
rographū priuatæ scripturæ, licèt p tabellionē & priuatā psonam
sit scriptū,& ita intelligēda ē hæc gl.hoc tenet Ia.Bel.in cor.&ita
intelligēdū ē qđ no.glo.Io.An.in c.pluralis locutio. de re. iu. in 6.
5 † Iuxta hoc q̃ro.qn̄ dicaī ɔ̄ctus celebratus in scriptis.& glo.ponit
duas opi.vna.Io.q dixit qn̄ actū ē inter ɔ̄hētes,vt fiat scriptura,&
exp̄ssim dr̄,vt aliter,n̄ valeat,q̃ si de eo scriptura fiat.Alia fuit opi.
Pla.& Azo.vt quoqūo dicāt in ɔ̄ctu,qđ fiat scriptura,dicāī in scri
ptis ɔ̄here,p hūc modū recitat eos gl.2.in lege.testiū.j.de testi.et
ita ad literā recitat.Azo.in sūma.de fid.instr.sed in l.ɔ̄ctus.j.de fi-
de instr.addit gerētes in animo n̄ prius ɔ̄here,q̃ scribaī.Sed dicet
quis,nescio videre,in quo hæc differat a prima,nisi sicut tacitū ab
expresso,si constet de vtriusque animo, quia tacitum debet hēri
p expresso,ex quo vtriusque animus concurrit.arg.l.cum quid.ff.
si cer.peta.& eius quod no.in l.si repetendi.infra.de cōdi.ob.cau.
Ego aut dico,qđ Ioan.voluit,qđ expressim pactum annullationis
apponereī,sentiens,q̧ si non apponaī,ualebit qđ agitur. cuius ɔ̄-
riū vult Azo.& verius vt pbatur in d.l. ɔ̄ctus.ver. illos tamen. &
ita firmat gl.Insti.de empt.& vend.§.j. Et op.Azo.sequūtur do.in
6 dicta.l.ɔ̄ctus.† Tn̄ pro veritate medullariter habēda, ego pręmit
to p euidētia,qđ in iure sunt qdā contractus,qui ipso iure nō va-
lēt,nisi de eis sit facta scriptura.Exemplum in uenditione rei im-
mobilis eccl̄iæ.s.đ sac.san.eccl.aut.hoc ius porrectū & qn̄ res im
mobilis est tradēda aduocato p patrocinio præstito vt.j.ti.j.l.j.ver.
7 qđ si pridie.& idē de si.† Quidam sunt contractus,vel distractus q
de se valēt,sed pbari non possunt,nisi p scripturā,ut mandatum,
a principis. a supra.de man.princ.l.j.& pactum in iure emphyteuti-
co appositum vt j.de iure emphy.l.j.So.census.vt ff.de proba.l.cē
sus.s.si mi.se ma.dix.l.2.& in his scriptura non est de cōtractus
8 substātia,sed de probationis substantia vel necessitate. † Quidam
sunt ɔ̄ctus vel distractus indifferētes,qa p̄nt stare cū scriptura vel
sine,& hoc est regulare.l.pactū,qđ bona fide.s.de pac.& l.contra-
hitur.ff.de pig.Mō ad ppositū,cū q̃riī, qn̄ contractus dicatur in
scriptis celebratus.dic,aut per partes est dictū simpliciter,qđ fiat
in scriptis,alio nō addito,& dico,qđ istud verbum dēt intelligi se
cūdū naturā,& significatū eius,significatū autem est,vt aliter nō
valeat,nisi facta scriptura.de quo ē casus in l. contractus.j.de fid.
instr.& in cor.huius aut.§.primo.& q̧ dicimus probaī.j.de testā.
b l.hac cōsultissima.Aut per partes est dictū expressim[b] & explici-
te,q̧ fiat scriptura & aliter nō valeat.idē multofortius ut in opin.
Io.quę in se vera est.† Aut est dictum tm̄,ut fiat scriptura & tūc
distingue cōtractus,quia aut ille cōtractus ad sui essentiam &sub
stantiam requirit scripturam,& tunc illa verba ad hunc effectum
intelligi dēnt prolata.& hoc ideo quia subiecta materia hoc exi-
git & requirit,ergo secundū illā intelligūtur verba plata.l.si uno.
ff.locati.l.si stipulatus.ff.de vsu.Item vt res ualeat & nō pereat. &
isto casu potest verificari opinio Azo.Aut ille contractus ad sui es a
sentiam,scripturam non requirit,& tunc hæc uerba,fuerūt prola
ta post contractum perfectum & absolutū, q̧ tunc scriptura ad
memoriam & probationem tantum est intelligenda,not. glo. in
l.contractus. Aut ante contractum,vel in ipso contractu,& tunc
si constat quo animo,illud serua.& si de animo aliter non cōstat,
dico quod ex hoc non intelligiī contractum esse in scriptis, ut in
opi.Ioan.nō ualet statim contractus,& illa uerba intelliguntur p
lata,vt facilior probatio habeatur,si contractus ille tam per testes b
q̃ per scripturam poterat probari,aliàs si per solam scripturā pote
rat probari,ad fidem probationis necessariæ habendę intelligun-
10 tur tunc prolata,& istam puto ueritatem in ista materia. † Quæ- c
ro ad declarationē proximè dictorum in casu,quo contractus ce
lebratur in scriptis,an sit necesse,qđ prius scribitur,& postea parti
bus legaī,dic,quòd sic,ut patet in sententia.infra.de sēnten.ex pe
ri.reci.l.2.quæ de scripti recitatione profertur.patet etiam in aut.
hoc ius porrectū.s.de sac.san.ec.& in insinuatione donōnis.vt.j.
de don.l.in donōnib.& pbaī f̄m Bar.in ɔ̄ctib.j.de fid.instr & ex
hoc inquit ipse ibidem,qđ lecta scriptura,nihil p̄t addi uel minui.
11 sola mala latinitas mutari. † Quero.4.dixi.sup.q̧ quando contra
ctus celebratur in scriptis,non potest recurri ad iusiurandum. Se-
cus si sine scriptis,& scriptura non sit necessaria ad probationem.
Sed quid in casu,quo scriptura sit necessaria ad probationem tā-
tum,an poterit recurri ad sacramētū, vt sic ille cōpellatur iurare
vel referre. Nico.de Ma.dixit,qđ non:qa iurm̄ est species pbatio-
nis.vt j. de non nu.pe.l.in contractib.ver.illo.sed lex,vel conuen
tio partiū,quæ requirit probationem rei gestæ fieri tm̄ per scriptu
rā,omnem aliā speciem probationis excludit ar.l.cū p̄tor.ff.de iu.
& probatur.s.si mi.se.maio.d.l. contra.ergo &c.Ad istum text.re
spond.q̧ loquitur in casu, quo scriptura non est necessaria,quia
& per testes probari pōt,vt hic patet in litera, & in cor.In ɔ̄rium
patet,qa iurm̄ non tam est probatio proprie loquendo, q̃ releua-
tio ab onere probandi.l.eum qui.in prin.ff.de iureiu.Item quia de
ferens,vel referens fateri videtur rē ita esse, ut iurabitur.l.qui iu-
rasse.§.fi.l.si duo.§ idem Iul.& l.si qs cum debitore.ff.de iureiura.
Sed nos habemus alibi,q̧ ubi a.l.inducitur aliqua præsumptio,
quæ sit iuris,& de iure,ita quod probatio non admittiī de contra
rio,quòd exceptata intellr̄ probatio per confessionem aduersarij.
ergo:& idem in nr̄o proposito,minor propositio pbatur auto.gl.
hoc dicentis.in Auth.de ęqua.do.§.aliud.co.7.& est gl.sup ver.di
cat.& hoc ēt probatur Auth. Do.idem dicentium. in auth.sed ēt
necesse.infra.de don.ante nup.& allegant istam glo.dicentes simi
lem non reperiri. Quid dicemus, puto pro nunc sic dicendum.
aut is qui tenetur per scripturam probare,defert sacramentum ad
uersario,&non potest,quia sibi hæc via est præclusa per rationem
pro prima parte factam.Et ex hoc sequitur, q̧ si non potest defer
re,nō potest petere,vt sibi referatur,propter correla.quam habet
relatio ad delationem.Aut ecōtra aduersarius defert probare de
benti,& tūc pōt,qa pōt fateri,& eū releuare ab onere probandi.
vt in rōnibus pro secunda parte factis,& hoc iuramento litis de-
cisiuo.Sed quæro tunc unum, quid de iuramento ad positiones,
responsiuo,& de ipsis positionibus,& hic dico,quod licet scriptu
ra ad probandum sit necessaria,tamen positione possunt fieri su
per ipso negotio principali,& sacramentum calumniæ p̄stari,qa
ista sunt inuenta,vt ponens releuetur ab onere probandi vt s. de
iura.calum.l.i.& auth.in isto,& ff.de inter actio.l.2.& sic habet lo
cum,quod in præce.q.dixi.Et hoc dico etiam in casu,quo scriptu
ra sit de substātia ɔ̄ctus, quod est fortius,nam non prohibetur il-
le fateri, & ex confessione in iudicio facta condemnari, & pbat
tex.in cor.in §.si tamen quisq̃.facit illa gloss.quæ est in Authen.
de æqua. do. §. aliud, de qua in pręcedenti. q.mentionem feci.
12 † Vltimo gloss. hic aggreditur aliqualiter materiam compara-
c tionis literarum,cuius partem videlicet qn̄ fidem faciant, & quā
do nō;scripsi.s.ti.j.l.in bonæfidei.Et aliam partem scribam in l.cō
13 parationes.in authen.ibi posita,j. de fi. instr.† Vnum non omit-
to,quod non sum concors cum ista gl.quæ vult,qđ ita demū fiat
comparatio scripturæ priuatæ,quando testibus non subscriptis n̄
coadiuuatur,uel si qui sunt subscripti,qui suis subscriptionibus at
testentur,nam si scriptura priuata nullam habet subscriptionem
uel coadiuuamen alicuius non subscripti, ad comparationem p
ceditur.ut in cor.siue igitur a sensu contrario, nam quia compa-
ratio non omnino non fuit similis, ideo res pro actore terminū
accipere non potuit.Item probatur hoc in uersic.si tamen qui sq;
in fi.ubi loqtur de ultimo refugio cōparationis,cum ad ipsam ve
niatur demum in subsidium.ut eo.tit.§.si uero nihil. Similiter cō
tradico huic glo.in ea parte,in qua vult, quod si testes subscripti,
non supersunt,uel in remotis absunt, quod ad collationem non
perueniaī,qa dico ɔ̄riū.Sed fateor qđ.nō tm̄ scribētis ipsam scriptu
rā,sed ēt omnium aliorū subscriptorum,literarū debet fieri colla
tio

ADDITIONES.

a Vt mandatum principis.sup.tit.dic,breuiter ad euitandas cōtrarietates quę elici possunt,quod uerum ē,quod in gratia nō est necessaria scriptura quo ad illius substantiam,sed benè quò ad substantiam probationis,ita per Panor.in c.qualiter.numero primo.& ibi posui.in addi.ad ipsum.post alios in uer. gratia extra.de elec.dixi post collecta.in c.i.nu.1.in aposti.in uer.alias quam per bullā & ibi quid in rescriptis apostolicis.extra.de cōsue.dixi in apost.ad Bal.post eū in autentica.si qua per calumniam.nu.5.in apo.in uer. testis.sup.de episcop.& clericis.& dixi post Ia.rebuffi.in l.prohibitum.nu.j.in aposti.in uer.non per testes.j.de iure fisci.li.10.
b Expressim.Et adde,q̧ non censetur contractus celebratus ī scriptis,nisi partes, expresserint se in scriptis uelle contrahere ut per do.Soci.consi. 174.incip. reuerende pater,ver.sed prædictis non ob.circa fi.in 2.parte.
c Faciant.Et dic prout do.Sali.& Bal.in dicta.l.comparationes.alleg.in tex.ī quarta col.in uer.uenio ad quartam quæstio.q̧ in scripturis publicis uel archiuialibus uel iudicialibus facit plenam probationem.in priuatis uero non,Sed an iuramētum sit deferendum.dic,q̧ ē in arbitrio iudicis.uide oīno Paulum de castro.cōsi.328.& Bal.in d.l.bonæfidei alleg.in tex.tertia co.uer.itē dubitatur de comparatione.sup.de rebus creditis.q̧ si est scriptura solennis,comparatio literarū facit plenā fidē,alias nullā,sed Bal.hic in uer.si āt fit comparatio.dicit. q̧ si comparatio fit ad scripturam simpliciter absque testibus,facit semiplenā uel indicium,& non hēt vim perfectæ probationis,secūdū Iac.de Bel.in concor.uide Bar.in l.admonendi.in 6.co.in uer.circa primam.ff.de iureiu.& ī Sp. de proba.§.uiden.restat.uer.instrumentorum,& ver.ulti.no.& omnino p Ale. consi.180.2.parte.

tio.vt in cor.§.si tamen quisquam.& in §.si uero omnes. Nec releuat,si dicatur:ibi loquit̃ qñ tabellio interuenit, qa tabellio ibi ut priuata persona ꝓ alio scribens interuenit,& sic ut testis,nõ igitur eius persona plus dẽt operari,quàm principalis, pro quo subscripsit.Itẽ pro hac parte facit,qa sequet̃ absurdũ,pone enim,ꝙ dilatio nẽ habet debitor pluriũ annorũ,ita ꝙ ante illorum lapsum creditor agere non potuit:& interim testes subscripti sint mortui, non potest imputari creditori,qui caute secundum l.fecit,pro hoc etiã facit,quia testis tempore subscriptionis dicitur testimoniũ suum deposuisse,vt in l.præcedenti,& ĩ.de testa.l.j.& l.si nõ speciali. Sed glo.puto locutam fuisse quò ad plenam fidem,non quo ad qualẽ. vel quo ad semiplenam probationem.vide igitur quæ scripsi in dicta l.in bonæfidei.His sic recitatis recordare de ista glo. & de tex. in cor. qui dicunt, quòd administrator admittitur ad testifican-
18 dum.† Ex quo no. quod procu. admittitur ad testificandum pro
a domino.a & hoc tenet gloss. in l.fin.ff.de testi. de quo remitto ad no.per Bar.in l.deferre.§.id ẽ decernũt.ff.de iure fis. Et sit hic finis.

ADDITIO.

a † Pro domino.Tu uide de huius dicti ueritate Lanfr.de Oria.in repe.c. quoniam contra falsam.§.testium depositiones.nu.70.uer.quæro quarto. & quod ibi posui in addi.ad ipsum in uer.pro clientulo suo.extra de prob. dixi post Panor.in c.cũ a nobis.in fi.in apost.in uersicu.an ille,post alios coapostillatores. extra.de testi.Fulgo.consi.219.& consi.174.& Alex.consi.64.uol.2.& an in causa appell. uide eundem consi.134.col.3.uol.1.& consi.708.col.5.eo.uol.& quid de procuratore ad negotia,no.Idem consi.19.col.7.uolu.4.

De suffragio. Tit. iij.

Continua rubricam, vt in gloss. Et dic ꝙ suffragium est duplex. Vnum proprium,aliud improprium.Quouis igitur modo alij subueniatur,suffragium nuncupari potest,ad similitudinem suffragij proprie sumpti,quod per uocis expressionem emittitur. cum igitur ꝓ salarium aduocato debitum ei subueniatur, merito illud suffragium nuncupatur.

LEX PRIMA.

1 *Salarium ex nudo pacto debetur aduocato.*
2 *Scriptura una,an tantum & quando requiratur.*
3 *Salarium nudo pacto conuentum debetur aduocato.*
4 *Dominium prædiorum antequam transferatur duo requiruntur.*
5 *Dominium ex contractu inutili non transfertur.*
6 *Aduocatus quo iure salarium petere possit.*
7 *Salarium honorarium quando peti possit.*
8 *Salariũ ꝓmissum in casu victoriæ pluriũ cãrũ,an possit peti ꝓ uictoria in una.*
9 *Aduocatus,an perdat salarium ,si clientulus transegit.*
10 *Aduocatus,an debeat patrocinari pro eodem salario in causa appellationis.*

Si qui desideria. Primo mandat, vt salarium aduocato soluatur. secũdo declarat quando res a nobis ei pro salario soluitur, an sola traditione dominium transferatur.Tertio declarat quid requiratur,quando res immobilis pro salario traditur.Quarto pœnam imponit aduocato,qui propria autoritate ius sibi dixit.secunda ibi, sed si quid,ter-
1 tia ibi,ꝙ si prædia.quarta ibi,quod si quis.† Etiam ex nudo pacto salarium debet̃ aduocato.& si salarium consistit in quantitate,vel re mobili, scriptura de sponsione nec traditione,non est necessaria,sed de re immobili sic, & aduocatus q sibi ius dixit de violẽtia punitur,& res restituere tenetur,ac etiam a iure suo excluditur. h.d.Expone ibi,permissa,etiam nudo pacto.l.j.infra de vsur. Et probatur ex illo uerbo sponsione,quod s̃.ponit̃,& ex uerbo placitum, qd̃ ĩ.sequit̃,qd̃ ad pactũ nudum in dubio refertur.l.si tibi.ĩ. locati. non tamen promissa possunt centum aureos excedere.l.j. §. sicut. ff.de ua.& extraor.co.ibi.restituant.id est impleant vel soluant, & sic improprie ponitur.proprie uero in l.qui restituere.ff. de rei ven. ibi artibus.i.figmentis vel machinationib.Ibi collatio.id est datio. ibi cumulatur.i.iuuat̃,& sic dixi,quia plura ad hoc iuuamẽ cumulantur & concurrunt.s.fides integra rei gestæ, partium volũtas, & legis autoritas.ibi placitũ,hic no.qd̃ nudũ pactũ sufficit.ar.ĩ.lo.l.si tibi, & intelligo nudum a stipulatione: non a scriptura, vt in glo.
2 † Sed dubitat̃,an una scriptura tñ reqratur,& gl.dicit vnam tantũ requiri, alij duas. Mihi vr̃,ꝙ duæ sunt necessariæ. Sed pone pactũ añ patrociniũ p̃stitũ fuisse factũ de p̃dio dando salarij loco, qa de illo debet fieri scriptura,& illa non potest continere rem esse perfectã & cõpletã,& sic alia scriptura est necessaria,cũ prędium traditur,in qua contineatur rẽ esse pfectã. & s̃m hunc intellectũ no. ꝙ põt clientulus cõuenire a principio cũ aduocato de p̃dio ei dãdo,ꝓ patrocinio ei p̃stando:sed de hoc dẽt fieri scriptura. Sed sustinẽdo gl.possumus dicere, qd̃ ipsa intellexit, ꝙ ab initio conuentũ fuit de certa q̃titate danda ei pro patrocinio præstando,sed & nũc illo p̃stito,vult cliens pro salario conuento prædium in solutũ dare, & ita conuenit cum aduocato. & de hoc fiet scriptura in qua cõtinebit̃ cõuẽtio ꝓpria de salario,& tũc,qd̃ patrociniũ p̃stitũ fuit & res completa,& qũo pro illo patrocinio completo ei dat̃ solutũ tale p̃diũ. Vel ẽt potes dicere,qd̃ ab initio cõuẽtũ est de p̃dio ꝓ patrocinio dãdo:& hoc nõ fuit deductũ in scriptura . nũc eo p̃stito, & re cõpleta fiet traditio, & scriptura, in qua ꝑ modũ narrationis fiet cõmemoratio p̃dictorũ,& de rei pfectione, & p̃dij tradõne,& sic erit vna scriptura tñ. Cautela tñ ẽ,vt fiãt duæ, pp euitationem opi.si tñ vna sola fiat,cõsulerẽ opi.gl.stãdũ eẽ. Ibi solo cõmonitorio.expone.vt in gl.sed iõ dicit solo,qa ꝓpria autoritate,& nõ iudicis mãdato fecit.Ibi retinebit̃,vt sic de violentia criminali-
3 ter puniat̃.† No.primo.qd̃ salariũ cõuẽtũ ẽt nudo pacto debet̃ ad-
a uocato a.Itẽ no.qd̃ salariũ põt cõsistere in speciebus. Item not. qd̃
4 nedũ in mobilibus,sed ẽt in immobilibus,ut in prædijs.† Item no. qd̃ ad translationẽ dñij p̃diorũ reqrunt̃ duo.vnũ,qd̃ scriptura interueniat,& iste casus spãlis,in quo qs nõ põt trãsferre dñium rei suæ sine scriptura.sunt & alij casus,qui no.in l.traditionib.s̃.d̃ pac. & l.nunq̃ nuda.ff.de acq.re.do.& est rõ qa iura timuerũt,ne aduocati deciperẽt cliẽtulos s̃m Cy.Aliud est,ꝙ corporalis traditio interueniat,vt hic in litera,ex quo seqtur,qd̃ vera traditio requiritur, & ficta traditio ꝑ cõstõnẽ p̃carij,vel per alios modos, quos scripsi in d.l.tradõnibus nõ sufficit.Et p̃t esse rõ,qa tales fictæ tradõnes, vt minus clientulis notæ ꝓ suspectis habentur, cũ fiũt inter aduocatum,& clientulum.Vel s̃m Bal.est rõ,qa cum aduocato,iste cõtractus est suspectus de fraude,ut dixi.& vbicũq; cõtractus est suspectus de fraude,vel simulatus,ficta traditio præsumitur simulata,vt ff.qbus modis pig.vel hypo.l.sicut.§.superuacuũ, & ꝓbatur, ff.de aqua pluuia.arcenda.l.emptor.& de donatio.l.post c̃tũ.& similiter hoc ꝓbat̃,quod quia corporalis traditio requiritur,ur̃ dicẽdũ,ꝙ si quid incorporale est ꝓmissum,non habet locũ lex ista. & sic stetur in iure cõi,cũ hic de tali,incorporali nihil disponat̃,& maxime,quia traditio incorporalis in illis non consistit.l.seruus.§. incorporales.ff.de acqui.re.do.Tñ puto,& in his locũ habere hãc legẽ.& ipsa incorporalia quãdoque iudicari,vt mobilia,quandoque immobilia.vt dixi.in l.iubemus.la.2.in princ.de sac.san.eccle. iõ vide quæ ibi scripsi.Quinto in quãtũ teneas,qd̃ de promissione, primæua nõ sit necessaria scriptura,no.qd̃ ex utili c̃tu nõ trãsferĩ
5 dñium.Vel inquãtũ scriptura sit necessaria.† no. quod ex inutili, c̃tu non transfertur dominiũ,c̃.l.& elegãter.in prin. ff. de dolo. Sed ibi rõ,quia cã reddens eum inutilem est extrinseca, puta dolus,hic causa est intrinseca,quia causa formalis. ff. ad exhibend. l. Iul:§.sed,& si quis.cum simi.est autem hęc scriptura de substantia & forma contractus,& traditionis. vt dixi.in titul.præcedenti aut. si.& idem si deficiat in cã efficiẽti,vt in cõsensu, vel materiali seu subiectiua,puta rei,qa rei nõ ẽ cõmerciũ.l.multũ.ff.de ver.ob.Itẽ No.qd̃ supbia nõ est.l.amica,vt hic in fi.& ĩ.unde vi.l.si qs in tãtã.Vltimo,qd̃ ab acti.sua cadit,q de eo qd̃ petere debuit, ꝓpria au-
6 toritate sibi ius dicit.† Venio ad apparatũ,& q̃ro prius,quo iure ad-
b uocatus petat salariũ.b rñdet gl.distinguẽdo,qa.aut fuit deductũ in stipulatione,aut in pactũ nudũ,aut ĩ neutrũ.primo casu,aut certũ, & petit̃ ꝑ c̃dõnẽ ex stipulatu.l.si quis certũ.ff.si cer.pe.Aut qd incertũ,& tũc ac.ex stipulatu.scd̃o casu,quãdo fuerit in pactũ nudũ deductũ,& tũc qdã dixerũt qd̃ patrocinio p̃stito dat̃ p̃scrip.verb. actio,quasi sit c̃tus innominatus,vel actio de dolo,si fuerit facio vt des.Alij dixerũt dari actio.ex locato.per l.qui operas.§.j.loca.et hanc tenet Ia.de Are.& Cy.Sed gloss.dicit,qd̃ datur condictio ex hac l.ar.ff.de cõ.ex lege l.j.nec obst.qd̃ pactũ ẽ nudũ,qa alibi dicit gl.qd̃ vestit̃.l.auxilio,nõ immediatè ex pacto veluti uestito nascit̃ actio,sed pp pactũ,cui lex fauet,agit̃ cõdõne ex.l.ut in simili dr̃ in pacto donationis.ĩ.de do.l.si quis ar.& istam partẽ cõiter sequũt̃ doc.Ia.de Bu.Gui.de Cu.Ray. Bar.non ob.d.l.qui operas,qa dicit gl.ꝙ in aduocato ñ cadit locatio.nec illa.l.d.sed solũ de restõne salarij dubiũ decidit.& rõ,quare nõ cadit locatio in eo, est,quia nõ cadit in mẽsore,de quo magis.ff.si mẽs.fal. mo.di.l.j.§. iõ aũt. Sed Cy.dicit,qd̃ illud poterat eẽ verũ,qñ salariũ hẽbat de publico, ut olim. Et ita intelligit qd̃ de agrimẽsore dr̃,nõ hodie,qa salariũ nõ hẽt de publico,sed docto. vt dixi tenẽt gl.& assignãt istã rõnẽ, qa officiũ aduocati & agrimẽsoris est publicũ auto.qa & si salariũ ñ hẽant de publico.tñ autoritate publica eligũtur,& eorũ officiũ ẽ necessariũ,qa iuit⁹ cogit̃ ad aduocãdũ.l.j.§.ait ꝑtor.ff. de post.& l. ꝓuidẽdũ.s̃.de post.& fortè nec olim oẽs hẽbant salariũ de publico,sed solũ aduocati fisci uel pauperũ,& si hẽbãt olim de publico,modernũ succedit loco illius,ut no.in l.fori.s̃.de aduo.di.iudi. Ego assigno aliã rõnẽ uidelicet,qa aduocatio nõ cõsistit propriè in

ADDITIONES.

a Aduocato. Adde.d.Soci.consi.119.incip.cir.præsentem consultationem uersi.3. principaliter in secunda parte.ꝙ salarium,aduocatis & notariis debetur,ẽtsi nihil conuentum est & promissum.

b Quo iure aduocatus petat salarium. Tu dic ꝙ triplici,s.ex promissione hominis puta si prouidit sibi per stipulationem,secundo ex mixta rõne hominis & legis scilicet ex pacto nudo.& 3.ex mera prouisione legis.s.quãdo nihil sibi ꝓmissum ẽ.Ita no.hic Bar.post gl.nu.1.& collec.in c.prout.nu.4. ibi dixi in apost.ad ipsũ in uer.salariũ aduocati.extra.de dolo.Et ad ea.q̃ dicũtur ĩ.ea.l.nu.9.uide Bar.plene in l.i.§.diuus.co.8.uer.vlterius quæro.ff.d̃ var.cog.Bal.i l.ꝓ hoc.sup.de aduo. diuer.iu.& Ale.oĩno in l.diẽ functo.in prin.de asse.ubi dicit ueriorẽ,eẽ opi.quod non debeatur a principio.Idẽ in sup.alle.§.diuus.Et de his q̃ hic, dicũtur nu.10.dixi in addi.ad Bal.post eum in l.post duos nu.1.in apost.in ver. ad hæredẽ.sup.de aduo.diuer.iu.& post Ia.rebuffi.in l.i.nu.2.in apost.in uer.salarium.inf.de le legatio.li.10.quibus adde Bar.in sæpe alle.§.diuus & in l.diẽ functo.co.i.uer,quid de aduoca.de offi.asse.

in opera,prout opera est diurnum officiũ.l.j.ff. de op.li. nec ꝓpriè in labore personæ,sed probitate animi,& intellectus,& si quis labor est,animi est,& principaliter illius,non personæ.vnde erubuit lex,vt cõuentio de salario cadat in c̃tũ innominatum,vel in loca.& iõ dat̃ c̃dõ ex lege ista.nam ꝑ hãc legẽ hoc non inducit̃, qa tũc fateor,gl.bñ dicere:sed credendũ est & ante.l.illã hoc fuisse,vt salariũ cõuẽtũ dũmõ licitũ,petere possent.vt l.si quis.s̃. de post. & l.j.§.sed hoc ita.ver.licita.ff.de var.& extra.co. Ex illo ergo pacto aliqua dabatur actio.& sic vel p̃s.ver.p̃rocinio p̃stito.uel actio locati.Cogita de rñsione.Tertio casu,qñ de salario nihil fuit conuẽtũ tũc di.gl.ꝙ implorat iudicis officium,vt ei taxet̃ vel statuat̃ &c.l.j.
7 §.i honorarijs.ff.de var.& ex̃ co.† Quæro scd̃o,qñ hoc salarium,ꝙ honorariũ appellat̃,peti possit, & gl.signata super ver.cõsequatur. arguit,ꝙ demũ p̃rocinio p̃stito ꝑ istũ tex.postea determinat.ꝙ statim.& istud statim intelligit̃ seu variat̃ triplr̃.Vno mõ post allegationes iã factas,sed hæc nõ est ei visa bona,qa c̃ tex.s̃.de iu.l.ꝓpe rãdũ.§.illo.videlicet ad fi.Alio mõ intelligitur i.cũ cõuẽtio facta ẽ hæc nimis est rigorosa c̃ cliẽtulũ,nec applaudet huic text.qui di. cõsequat̃,& sic ponit rẽ principiatã,sed nõ pfectã.iõ gl.dixit Tertio,qd̃ post cõuẽtionẽ,statim ꝙ p̃rocinium cæpit aduocatus p̃stare,ei salariũ dẽtur.& sic erit satisfactũ huic lr̃ę,& illi q̃ est ĩ d.§.illo. videlicet.Bar.ãt.ff.d̃ var.& ex.co.l.j.§.diuus. ver.vlterius q̃ro.dixit, qd̃ primo sunt inspiciẽda verba pacti vel ꝓmissionis,si sup hoc disponũt.& ubi nõ disponũt,tũc cõsuetudo fori,& vbi de hoc ñ cõstat,inspicit̃ qd̃ est verisimilius,attẽta cõdõne psonæ, cui dẽt dari, an possit exhibere operas nisi data pecunia vel nõ. & vbi ista verisimilitudo nõ appareat,tũc dic,qd̃ in obli.descẽdẽtib ex c̃tu salarium dẽtur in fi.tpis,& opere cõpleto.l.si seruus cõis Meuij.ff.d̃ stipu.ser.§.fi.licèt dies cedat in initio.vt l.eadẽ.ĩ.loca.In obligationibus ãt descẽdẽtib.ex prouisione l. tũc qa ĩ beneficijs fit larga interpretatio , dicendum est, qd̃ si est vnicũ salariũ,statim in prin.debetur,si annuũ,in initio cuiuslibet anni dẽtur l.post duos.s̃.d̃ aduo. diuerso iudi.& ĩ.de primi.l.i.lib.12.Ista verba in his ultimis casibus nihil faciũt ad ꝓpositũ,qa q̃stio nostra nõ q̃rit,an statim debeatur vel nõ,& sic an statim dies cesserit uel nõ,sed q̃rit,si dies cesserit; an statim,vel qñ exigi possit,& iõ dico,qd̃ primo inspiciẽda ẽ c̃suetudo,& illa non apparente,dic:aut quæritur de eo ꝙ dẽtur ex prouisione legis,aut de eo qd̃ dẽtur ex cõuẽtione partis.Primo casu, aut illud est certum,aut incertũ.Si certũ,isto cũ Bar. ut in prin.anni.vel cuiuslibet anni dẽat̃,& peti possit.l.post duos.s̃.de aduo. di.
a iudi.& l.j.ĩ.de primi.li.12.Si incertũ,a tũc qa.l.prouidet ut iudicis officio dẽatur,s̃m cõsuetudinẽ fori,& facundiã ac ẽt laborẽ aduocati,dico,ꝙ iudicis officiũ ęqtate moueri dẽt.l.qd̃ si Ephesi.ff.eo. qd̃ cer.loc.non prius debet moueri ad solõnẽ fieri faciendam,q̃ viderit aduocatum in cã operatum,& arbitret̃ q̃tum meruit, & sic tp̃s petitionis iudex dẽt cõsiderare,siue cã sit initiata siue finita.& de isto casu benè potest intelligi.l.properandum.§.illo. de iud.sup. Scd̃o casu qñ debetur ex partiũ cõuẽtione.& tũc aut incertũ,puta tu ꝓmittis dare salariũ,& tunc idẽ qd̃ in p̃cedẽti,qa s̃m ꝓuisionẽ.l.vr̃ cõuenire, & ostendere se gratis nolle seruire.Aut certũ,et tunc aut de tpe soluẽdi cõueniunt,& illud serua, & iõ ꝓmissum, nomine palmarij & victoriæ,ante victoriã nõ debetur. Aut nihil ẽ cõuẽtũ de tpe,& in hoc stat dubiũ nostrũ.In quo mihi uidetur sic dicẽdũ.Aut iste aduocatus assumptus est ad vniuersitatem cãrũ,vt faciũt epis.& abbates q recipiũt aduocatos ꝓ oĩb.causis et.ã futuris ecclæ suę.Similiter aliq nobiles & potentes de certo salario sibi dãdo cõueniũt,& in istis idẽ dico,qd̃ de illis,qb,per.l.ẽ ꝓuisũ de certo salario,de qb.s̃.dixi.qa cõueniẽtiã cum illis hẽnt, & de talib.intelligo gl.in dicto.§.diuus. Aut est aduocatus in una cã tantum,vt quotidie uidetur frequentari in palatij iuris.& isto ca-
b su qcquid dicat ista glo.puto nõ prius peti posse.q̃ cã finita.b & de hoc vr̃ mihi casus nõ cauillãdo tex.& probat̃ nedũ in prin. sed in uer.qd̃ si prædia.dũ ibi dicit,rẽ fuisse cõpletã,gesta testent̃ &c.accedat.l.si seruus cõis Meuij.ff.de stip.ser.§ fi.Quæro ab extra,an aduocatus interim moriens ius petendi salariũ transmittat integro
8 tpe.respon.vt scripsi.sup.de aduoca di.iudi.l. post duos, † Quæro quarto cũ glo.fi.si salariũ ẽ promissum ĩ casu uictoriæ pluriũ cãrũ, vtrũ sufficiat uicisse in vna uel plurib.ut ꝓportionaliter dẽatur,vl̃ an totũ peti possit,& gl.rñ.qd̃ forte totũ peti p̃t,qa verũ ẽ dicere, cũ uicisse.Aliq dicũt,qd̃ nihil ultra debitum, ex cã aduocationis debetur,qa indefinita æqpollet vl̃i.ff.de leg.2.si pluribus.§.dicunt & ita se hẽt cõis opi qd̃ illud plus qd̃ fuit cõuẽtũ noĩe uictorię,ꝓ rata dẽt hẽre,ar.l.q̃ de tota.ff.de rei ven.Est.n.materia,ꝓ qua promittit̃,diuisibilis:ergo & id qd̃ ꝓ ea ꝓmittitur, ar.l.Lucio Gaio.ff. ad treb ꝓ hoc ẽt facit,qa impensę.li.q̃ dẽnt̃ rõne uictorię, debẽtur
9 ꝓ rata,pro qua qs uincit,ut dixi s̃.de pl.pe.l.j † Quæro qnto,quid si cliẽtulus trãsegit,dicit in gl. Vel melius s̃m Ia.de Ra.& Cyn.aut cũ cõsi.aduocati,& tũc nihil dẽt hẽre,ꝙ intellige de eo,ꝙ uicto-
c riæ cã dẽt p̃cipere,qa verũ est eũ non uicisse,c sed de eo,qd̃ aduocationis cã dẽt hr̃e,illud ꝓ rata dẽt recipere,aut fecit c̃ uoluntatẽ aduocati,& tũc aut aduocatus p̃t docere,ꝙ cãm euidẽter uicisset & tũc ei salariũ dẽtur,acsi uicisset.nã credendũ ẽ,ꝙ iudex fecisset ius.l.eo.tpe.ff.de pec.& ita intelligitur,qd̃ hic dicit gl. Aut hoc docere non p̃t,qa cã euidẽter apparet mala,& nihil dẽt rõne uictoriæ hr̃e. Aut hoc ẽt non p̃t docere,quia cã est dubia,& sic ignoratur probabiliter,an prudẽter,vel imprudẽter cliẽtulus trãsegerit.& tũc nihil dẽt hẽre rõne victoriæ, sed tñ ratione patrocinij, præstiti.Nec ob.qd̃ ꝑ aduocatũ non stet, quia in istis potestatiuis seu casualibus,& angustijs,nõ sufficit dicere,non stat ꝑ me.no.in l. exceptionibus.in fi.de verb.obli. aut transegit pręter aduocati uoluntatẽ,& tunc,aut aduocatus sciuit post factum, & tunc ei nõ ẽ imputãdũ,& locũ hẽnt,q̃ proxi.dixi. Aut sciuit,añ,vel tunc,& dicit.Iac.qd̃ hẽtur pro consentiente,quia officium suum non ẽ tacere.ar.ĩ.ad velle.l.si sine.& qa resistere debet trãsigenti.ĩ.de appe.l. qm̃.Quæro ab extra.quid si in casu palmarij certum quid aduocatus debet habere,& postea clientulus perdit culpa sui,nolẽs credere aduocato,forte confessus fuit id qd̃ non debuit.gl huic qõni rñdit in d.§.diuus;qd̃ si aliàs erat reportaturus uictoriã,qd̃ totũ soluere debet aduocato.ar.ff.de var.mu.l.pe.§.fin.& ff.de contrahen. emp.l.Labeo.qd̃ extendit Bar.in d.§.diuus.ad quẽcunq; ñ ualentẽ exercere officium suum facto debentis ei salarium, ut in p̃tãte,
10 expulso ab altera partium,qd̃ no.† Quæro.7.cum gl.an in cã appellationis tenetur patrocinari pro eodem salario.gl di. ꝙ nõ.qd̃ uerum est pro salario simpliciter aduocationis, sed pro habito in casu uictoriæ,tenetur,si illud vult habere,quia nõdum ur̃ uicisse, facit.l.pe.ff iu.so.Quæro.an in ꝓuinciã teneatur exire. Dic,ꝙ sic,pro salario debendo in casu victoriæ;sed ꝓ cã simplicis aduocationis debendo gl.hic,& in l.sed & hæ.§ non solum. ff.de procur.distinguit.Aut prouincia est remota,uel non.primo,casu non tenetur, scd̃o sic.l.Meuia.§.fi.ff.de an.le.Iac.vero.de Ra. & Cy. addũt in casu prouinciæ remotæ,uidelicet,qd̃ si uerisimiliter potuit,& debuit cogitare,qd̃ ad prouinciã illam cã transferatur, tunc sibi imputet, quia scire debuit hoc euenire posse.ar.l.si fundum.ff.de euic.aliàs ꝓcedit.gl.Ego fateor illa uerba,in salario debendo ex conuentione,sed in debendo iudicis officio,dico eum nõ teneri ire extra locum,quia illud debetur officio s̃m qualitatẽ operæ patrocinij præstiti,& distributiue pro tempore,ut s̃.dixi.in 2.qõ.Dicunt tñ doct. & ita teneo,ꝙ ubi tenetur ire extra locum,debet ire sumptib.cliẽ-
d tuli,& sup equo d ar.ff.man.l.idemque.§.idem Labeo.& qd̃ ibi no. gl.& ar.l quoniam liberi.ĩ.de testi.& ĩ.de appel.eos. §. si quis autem. Salicetus.

ADDITIONES.

a Si incertum. Et adde,ꝙ salarium ratione incertitudinis si non est efficaciter promissum,regulariter non debetur,& fortius quando nullo modo est promissũ, ut per d.Soc.consi.196.incip.circa præsentem consultationem in prin. ibi,tamen a communitate.in 2.parte.quod intellige in aliis salariis,quàm aduocati,quia in aduocato fallit,prout hic.

b Quã cã finita. Salariũ quando aduocato solui dẽat,uide.l.Antiochus. & ibi Bar. ĩ.de profes.& med.li.10.quia donec lis pendet,nõ dẽt solui per Bart. late, in l. diuus.de uar.& extraor.cogni.

c Verum est eum non uicisse. Tu dic aliter,ꝙ si partes transigant, etiam opera aduocati qui promiserat uictoriam causę,ꝙ pcipit salarium quale iste dicit hic, ut per gl.in l.si.in prin.in uer.litis.ff.man.no.de hoc Spe.in ti.de salario.§.sd̃ pone.uersicul.no.ꝙ hoc casu & Ale.in sæpe.alle.§.diuus.Nic.de Neap.in l.Gallus §.& quid si tantũ.ff.de liber.& posthumis.& dixi post collec.in ca.prout.nu.5. in apost.in uer.transigere non est uincere.extra de dolo.

d Sumptibus clientuli.& super equo. Ita no.Dy.& Ray.in l.Meuia.& ibi dixi in apo.ad cum in §.fi.in uer.si remotus fuerit.ff.de annu.le.dixi post Bar.in l.sed & hæ.§.non solum nu.2.in uer.pro aduocato.ff.de proc.dixi post Bald.in l. sancimus.numero.i.in apo.in uersicu.in alio loco.supra de aduo.diuer.iu.& post Ia. rebuffi.l.nemo.la.1.nu.2.in apo.in uer.deuoluatur.inf.de anno.& tribu.lib.10. & in stylo parla.par.1.in ti.de modo & gestu aduo.uer.non aperias.ubi concludunt,ꝙ non cogitur exire ciuitatem,nisi promiserit uictoriam palmarii,quod satis iste fatetur.

De prohibita sequestratione. Tit. iiij.

Continua rubricam,vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Pecunia pro omni re debita quandoq; capitur.*
2 *Res in sequestro posita a quo possideri dicatur.*
3 *Sequestratio,an sit semper prohibita.*
4 *Res sequestrata quando uendi debeat.& nu.5.*
6 *Sequestrandi modus triplex est.*
7 *Sequestrum quando fieri,& quando reuocari possit,& de remedio reuocationis ipsius,& nu.8.& 9.& 10.*
11 *Litigator proprii habens nisi rem sequestratam,de fructibus eius , sumet litis & alimoniæ sumptus.*
12 *Sequestratio,an fiat de rebus incorporalibus.*
13 *Sequestrarius non restituens rem finito sequestro,qua conueniatur actione.*

Quoties. Primo dictum.secundo ratio. tertio ratio rationis,secũda ibi,oportet.tertia ibi,quã rem.Sequestratio non est fienda,nisi prius debitor secundum iuris ordinem
1 sit conuictus.h.d † No.ꝙ hic pecunia largissime sumit̃ pro omni re debita,ut hic in gl.j.Ex quo no.ꝙ de omni re mobili debitore, cõuicto potest fieri sequestratio.quod latius.inf.examinabo. Item nota,ꝙ a sequestro non est inchoandum. Quæro cum glossa primo , quid est sequester: & dic ut in ea. Secundo quid est

a sequestratio.ᵃ & dic,ut in gloss.quia separatio quædam rei, uel pos
2 sessionis.† Quæro tertio utrum res in sequestro posita dicatur pos
sideri ab actore,vel reo,uel ab vtroque,vel à nemine.Dicit glo.&
in l.interesse.ff.de acquiren.possessio.ꝙ aut est dictum,quòd custo
diȩ causa tantum traditur,& possessio non perditur.l.proprie. ff.de
positi.& d.l.interesse.aut quòd causa transferendi in eum posses-
sionem,& tunc transfertur. vt d.l.interesse. aut dubitaẽ qa simpľr
sequestrũ tradiẽ,&tũc possessio perdiẽ.l.licet.§.rei.ff.depositi.hoc fa
tentur omnes in sequestratione uoluntaria.i.a partibus sine iussu
iudicis facta,sed in necessaria,quia iussu iudicis facta,dixit Iac. de
Are.& hic Cy.& in dubio non perditur posses.secus si de contra
ria iudicis uolũtate appareat.Et mouetur ex eo,ꝙ iudex velut me
dius non agit aliquem priuare iure suo.Item quia certi sunt modi
perdendi pos.inter quos non est iste.l.tertia.§.genera.l.si quis ante.
ff.de acqui.pos.ergo &c.Idem dixit Iac. de Ra. & Pe.ad instar no-
uationis uoluntariæ,quæ liberat fideiussores,& pignora,& nõ ne
cessaria.l.aliam.ff.de noua.Idem tenet Bartol. & alleg.l.3.§.fi.ff.de
acqui.pos.sed modicum facit,quia de sequestratione nõ loquiẽ, sꝫ
de inductione partis in possessionem,quæ fit vt aduersarius tædio
affectus veniat responsurus.Sed contra prædicta facit extra,de se-
que.po. & fruc.c.j.vbi per iudiciariam seque.perditur possessio.re-
spondet Bar.quod ibi de contraria iudicis voluntate constabat.
Stat ergo conclusio,quòd in dubio in uolũtaria seu cõuentionali
perditur.pos.In necessaria seu iudiciali in dubio non perditur pos-
ses.Vnum scias,quod ubi dixi,quòd perditur, non sic perditur qn
reliquiæ,id est effectus eius,dicantur remanere. ideo non ppea de
reo petitor efficitur.vt patet.in l.si oleum.ff.de do. & ita tenet hic
3 Cy.& docto.quod no. † Quæro,an sequestratio sit semper prohi-
bita,dic,quod conuentionalis,quam præfati docto.appellant uo-
luntariam semper est permissa. ll. supra. alle. Iudicialis uero , q̃
appellant necessariam,regulariter est prohibita. vt hic,fallit secun
dum glo.in casibus,primo,si res mobilis petatur,& reus sit suspe-
ctus de fuga vna cũ ipsa re.ff.qui sa.co.l.si fideiussor.§.fi.de offi.psi.
l.senatus.§.fi.& ȷ̃.de ag.& cen.l.litibus libro 11.habetur autem su-
spectus,si non possidet immobilia,vel pauca.no.in d.§.fin.in d.l.si
fideiussor.& fortius si alias fugerit,vt ibi no.Tamen & si alias nõ
fugerit,sequestratio est fienda,vt ibi per do. meum,& sufficit fidẽ
de suspicione,& non pos.immobilium fieri iudici per partis iura-
mentum,ne si alia maior fides exigeretur,periculum esset ne inte
rim ille fugam arriperet,& sic tempus non patitur ut maior deli-
beratio requiratur.ut l.1.ff.de exerci.in princ.& in istis summatim
cognoscendis quãdoque sufficit iuramentum.l.thesaurus.ff.ad ex
hi.facit gl.ff.ut in pos.le.l.si is a quo.in prin. sup verbo summatim
Scđo fallit,qñ res immobilis petitur & depopul.fructuũ, ꝙ rẽ sit
cõsumpturus timetur.ff.soluto matrimonio.l. si cum dotem.§.sin
autem.& istum casum not. quia gl. non considerat, qđ ibi res sit
dotalis.Item non distinguit,an sit lata,uel non sententia.nam ibi
lata nõ erat,& iõ cum res petiẽ.& de depopulatione fructuum du
bitaẽ,distĩgue sic.Aut in re dotali,quȩ licet transiuerit in dominiũ
mariti,tñ oneribus matrimonij,& mulieris est subiecta.l. in rebus
& l.ubi.ȷ̃.de iure do.&tunc sequest.ꝑmittiẽ.d.l.si cum dotem.§.sin
autẽ in sæuissimo.ver.si vero.Nec forte isto casu ꝑ satisdationem
reuocareẽ sequestrum.ar.ȷ̃.ne si.do.den.l.j.Aut in alia re non do-
tali,& sic quȩ nullo respectu apparet iudici ad petentem spectare
& tũc,an nondum est sententia pro petente lata, & non reperio.
qđ debet fieri sequest. & sic sto regulæ prohibitiuæ,ut hic. Aut ẽ
lata sñia pro petente,sed est appellatum,& tũc,aut timetur depo
pulatio fructuũ,& tunc debet fieri sequestra.l.imperatores.ff.đ ap.
Aut de hoc non timetur,& tunc non est facienda,vt hic , & ibi à
sensu contrario,vel a cã cessante.Fallit in cã beneficiali,ubi lata sẽ
tentia super petitorio, vel pos.contra reum apud sedem apostoli-
cam,fructus sequestrantur,etiam si de eorũ depopula. nõ timetur
vt in cle.de sequestra.posse.& fru.c.1.Item fallit,ubi appellaẽ ab e-
xecutione.vt ȷ̃.quo.ap.non recip. l. ab executione. qa ibi euiden-
tius ius est pro actore.cum sententia transiuerit in rem iudicatam
licet gl. ibi dicat, qđ depopulatio rei,vel fructuum timebatur , qđ
est diuinare.Vbique dixi non fieri sequestrationem,dixit Bar.in d.
l.imperatores.iudicem posse mãdare tempore quo fructus recolli
gũtur,ut ipsi describãtur,vt sic facilior probatio de eis habeaẽ. ar.
l.i.§.pe.ff.de ven.in po.mi.facit,& melius.ȷ̃. de req.re.l.prima. & ȷ̃.
4 de bo.va.l.fi.li.x.& ꝙ no.docto.in l.facultas.ȷ̃.de iure fis.e.lib.† Itẽ
scito,qđ ubi fructus,uel aliæ res,quæ seruando non seruantur. sũt
sequestratæ,quon uendi debent,& in sequestro teneri.l. litibus. ȷ̃.
de agri.& cẽsi.& ff.vt in pos.le.l.is cui.§.qui seruãdorũ.& ff.de req.
re.l.fi.& sequestrarius si nõ hẽt domum sufficientem ꝑ custodia
rei sequestratæ,potest unam cõducere expẽsis fructuũ,vel rerũ.d.
§.q seruandorum.ad fi.qđ no. Tertio di.gl. qđ fallit in casu.l.j.§. fi
super.ff.de co.bo.vbi ob contumaciam non cauentis đ bonis suis
conferendis sequest.permittitur,huic additur alius casus præcedẽ
ti ꝓxim⁹, qñ hȩres non cauet de fideicom.soluendo, nec fideicõ-
missarius hæredi de legatis soluendis.ff.vt le.no.ca.l.postquã. §.im
perator.Quarto di.gl.ꝙ fallit ꝑꝑ ꝯdõnẽ ꝑsonæ ꝓclamãtis se đ ser-
uitute in libertatẽ,&c.ȷ̃.q ad li.ꝓcla.ñ li.l.fi.& de as.tol.l.j.§. fi. ad-
dit Cy.alios casus,uidelicet, qñ possessor cõtumaciter abest, quia
tũc pos.seq̃straẽ,vt cx̃ de do.& cõtu.c.literas. Item cũ timetur de
sæuitia,viri,nec mulieri ꝑt caueri.extra đ resti.spo.c.literas.& cap.
5 transmissa.† Item cum timetur de scandalo,idest ne partes ueniãt
b ad rixam.ᵇ & alleg.l.si oleum.ff.de do.sed non bene hoc probat.
ideo melius fa.ff.de vsufr.l.æquissimum. aliàs incipit. l. si vsusfru-
ctus.§.si inter duos.& ibi Iac.Bu.alleg.ad hoc illum text. & idem
notat In. in c.in præsentia.de proba.& pro hoc etiam benè facit
tex.in l.fi.ff.de offi.procu.cæs.Addunt quidam alij duos alios ca-
sus.vnum quando debitor offert rem debitam in iudicio,&iudex
mandat rem deponi.l.acceptam inf.de vsu.alium , quãdo instru-
menta seu cautiones communes deponuntur apud unum ex hæ
redibus digniorem.l.fi.ff.de fi.instr.& familiariter. l. si quæ cautio.
& s̃.de eden.l.procura.Sed certe his duobus casibus propriè non
est sequestrum,sed depositum a iudice autorizatum, & si hoc ulti
mo casu sequestrum meretur appellari. erit sequestrum rei tñ,&
6 non personȩ.† Ideo possumus magistraliter dicere, quod triplex,
est modus sequestrandi,quia aliquando sequestratur persona , &
non res,puta quando mandatur partibus,ne accedant ad locum,
gratia rixæ,& scandali uitandi.l.fi.de offi.procu.cæs. & d.l.ȩquissi
simum.de vsufr.Quandoq; sequestratur res & non persona, puta
quando cautiones communes deponuntur, & istis duobus casi-
bus non perditur pos.primo non,qa res non traditur tertio.secun
do non,quia is qui recipit,cuilibet cohæredum possidet, & qlibet
copiam potest accipere,& si opus est,ad cuiuslibet eorum petitio
nem,originale deducitur in iudicio.Quandoque & tertio utrũq;
sequestratur,scilicet res,& persona. quia res a persona,& persona,
ab ipsa re.& hæc est proprie sequestratio,de qua hic loquitur, &
tunc,an in dubio perdatur pos.distin. conuentionalem a iudicia-
7 ria,ut supra dixi.† Quæro.5.an sequestrum possit fieri die feriato ᶜ
c do.di.quod sic:& alle.glo.2.in l.dies festos.de fe. Quod fateor, ubi
expectatio diei non feriati esset periculum allatura. & ita loqui-
tur illa glo.alias non puto.per eãdem.l.dies festos & per.l.2. & qđ
8 ibi.no.in gl.in eodem titu.† Quæro,quid de eius reuocatione.dic
ꝙ illa potest fieri die feriata , quia fauorabilis est. & pro hoc glo.
9 in l.minor.in princip.ff.de euic. † Quæro.7. de remedio reuoca-
tionis sequestri. respon. quòd reuocari debet satisdatione præsti-
d ta ᵈ de iudicio sisti , & re non baratanda , seu conseruanda , &
præstanda.l.senatus.§.final.ff.de offic.præsid. & l. si fideiussor.§.si.
nal.ff.qui satisda.cogan.& l.litibus.infra.de agri. & censi. libr.11.
& l. fina.infra.de ordi. cog. Illa tamen de iudicio sisti permittitur,
si possidet , & immobilia. ff.qui satisda. cogant. l. sciendum , &
hoc

ADDITIONES.

a Sequestratio,Sequestratio quid sit,& quare dicaẽ,& quotuplex sit,uide gl.in ver
bo sequestrationis & Bal.hic in i.& 2.q.ver.tu autem istam materiam ,& Car.
in cle.1,eodem titu.15.q.& seq.quod est dispositio rei de qua est quæstio,& est
duplex.s.facta a iudice,& facta conuentione partium,& dicitur quia uterque
litigans eius fidem sequitur.& de sequestrationis materia uide per Ioan.An.in
re.locupletari.in 6.per Pau.de Ca.in l.si fideiussor.§.fin. qui satisda.cog.& d.l.
Abb.in l.quoties eodem ti.Panor.in c.secundo.in prima co.cum.seq.de se.pos.
& fru.ubi ponit sex casus,in quibus licita est sequestratio & per Ale. Imo.in di
cto.§.fi.in ult.col.ubi alle.infinitas concor.
b Veniant ad rixam.De materia uide do. An.de Bu.in capitulo.2.de eo qui mit.in
pos.causa rei seruan.& adde quod dixit Barto.in l.sed & si vsusfructus.§. si in-
ter duos.de usufr.& gl.in capitulo dilectus.de seque.pos.& Sp.in tit. de expen.
§.postremo.per to.& dicit Barto.per gloss.in l.i.inf.de fer.quod semper ualet,
sequestratio commissa propter suspicionem,nisi satisdaretur, quod tenet Bal.
in l.fi.sup.ubi in rem ac.etiam in loco.ubi quis sortitur forum.
c Die feriato.Adde Bal.in d.l.dies.in 1.no.& hic in 2.colum. uersicul. sed nũquid
sequestratio.& Ale.in l.minor.de eui.& econtra fieri potest reuocatio die feria
ta,si sit periculum in mora ut Bal.in d.l.dies in 1.no.& hic in vlt.colum.in uer
sicu.sed nunquid potest reuocari.& Bar.in l.i.§.nunciatio.voluit allegare ĩ ver.
quæro an ille.ff.de oper.no.nuncia sed de sequestra.verbum nullum dicit.&in
l.imperatores.§.item rescripserit.de appella.ubi etiam non dicit de tempore,
feriato,& ut Sali.hic,quod verum,nisi sit facta die iuridica Bar.ĩ dicta l. mino.
in prin.ubi dicit,ꝙ aduocati faciunt fieri sequestrum ultima die iuridica,ut die
feriata non reuocetur & tenet Bal.in d.l.dies.& hic in vlt.col.dicit,ꝙ quãdo sit
die feriata.requiritur causæ cognitio,saltem qualis requiritur in primo decre
to,cui assimilatur sequestrum.
d Satisdatione præstita.Adde, ꝙ sequestrum cessat ipso iure securitate superueniẽ
te.Raph. Cu.& Ioan.de Por.in l.si constante in prin.ff. solu. matrimo. per l. si
fideiussor.§.fi.qui satis.cog.& ibi Alex.& Bar.ut hic Salice.nisi in casu clemen.
1.de prohi.sequest.pos.& fruc.& ibi Car.in q.23.quod ibi fit etiam oblata satis
datione.& tenet Alexan.in dicto.§.fin.Io.An.in rubri. de seques.pos.& fruc.in
Spec.item nisi factum sit ex præcepto superioris.Io.An.in addi.Spe.de sequest.
posses.in rub.in uer.& no.cum sequen.item nisi factum sit , ut soluat debitor,
quia non tollitur per satisda.sed per solutionem.Pau.de Ca.& Alexan.in dicto
§.fin.& Bar.in d.l.consentaneum ulti.colum.quomodo & quando iud.& si da
tur satisdatio uel tollitur sequestratio,sit cautus ut offerat,se velle satisdare,ꝙ
restituet rẽ actori sine procrastinatione in casu uictoriæ,nec sufficit sola satis
datio.Bar.in l.litibus.ȷ̃.de agri.& censi.li.11.& Ang.& Io.de pla.& tenet Abb.
in c.2.de seq.pos.& fru.& Alexan.in §.fi.Item nisi sit factum metu dilapidatio
nis.l.imperatores.ff.ad treb.Bal.hic.Item nisi fiat metu scãdali futuri,ne partes
ad arma prosiliant,quia his casibus non tollitur per satisdationem secundum
docto.ubi.sup.nõ tamen per iuratoriam cautionem de stando iuri & iudicatũ
solui,prout sing.hic Sali.contra gl.in l.1. ȷ̃.de as.tol.adde de hoc ult. Panor.ĩ c.
secundo,in pe.co.in uer.ex hoc dico.de seq.pos.& fru.& d.Ale.in d.l.si fideius
sor.§.fi.in 2.co,in uer.est & alius casus.

hoc remedium procedit,quando inter actorem & reum cadit sa-
tisdatio,non cessat alias sequest.l.imperator.ff.ad tre.& hoc quan-
do petitur reuocatio, non expectato fine sententiȩ. sinautem reus
nollet satisdare,oportet vt finem iudicij expectet, & si actor morã
committit in agendo,remedium est vt adeat iudicem, & faciet ei
tempus præfigi.quo transacto sequestrum reuocabitur.l. si oleum
ff.de do.& hoc ubi de iudicis mandato est seq.facta.alias nõ est ne
10 cesse iudicem adiri.d.l.si oleum. † Sed iuxta hoc dubitari potest
quid si satisdare non potest , & petit suæ iuratoriæ cautioni com-
mitti,an sequestrum tunc debeat reuocari;Quædam gloss.singula
ris videtur dicere,quod sic,præterquã in casu.l.fi. infra.de or. cog.
& gloss.hæc est.ȷ̃.de ac.to.l.j.circa medium.ego puto,quod vbi ra
tio facti sequestri non tollatur iuramenti cautione , quòd seque-
strum non debet reuocari.vt d.l.fi. alias procedit illa gloss. & pro
hoc bene facit d.l.litibus.vbi dicitur,ꝙ siuè coloni noluerint, siuè
11 non potuerint,fructus debent sequestrari.† Quæro , quid si litiga
tor nihil habet proprij,nisi rem sequestratam.dic quod de fructib.
rei sequestratæ debet habere sumptus litis & alimoniæ, alias coge
tur litem deserere. & pro hoc facit infra de or.cog. l. si quãdo.ver.
nam si tales.& quod ibi no.glo.accedat tex.in c.ex parte. extra.de
accu.vbi monacho accusanti abbatem,dantur expensæ litis & ali
12 moniæ à monasterio , ne cogatur à causa desistere. † Quæro , an
de rebus incorporalibus fieri possit sequestratio.Inn. & Ho. tenẽt,
quod sic,in c.examinata.extra.de iud.Quæro si sequester perdit rẽ
apud se sequestratam,vel in ea passus est damnum:an possit aliquã
actionem intentare.dic quod sic,tex.est no.ff.vt in pos. le.l. postq̃.
§.qui seruandorum.in fi.& hoc tenet Bar.in sæpius allegata.l. inter
13 esse.† Quæro , quæ actiones competant contra sequestrarium,rẽ
sequestro finito non restituentem ? & mihi uidetur dicendum , qđ
si de iudicis mandato processit , quod remedia prætorum locum
habent,quæ sunt pignora capere,mulctam indicere,& manu mili
tari rem sequestratam abducere.& hoc ex officio , quo contrario
imperio debet reuocare , vel in pristinum statum reducere, vel ei
qui vicit restitui facere. Si uero de partium conuentione proces-
sit, tunc recurre ad l.si oleum. ff. de dolo. & quæ Inno. ponit.in c.
examinata.extra.de iudi.

De condictione indebiti. Tit. V.

Continua rubricam,vt in glossa.

LEX PRIMA.

1 *Indebitum quando repeti possit.& nu.seq.*
6 *Solutum ex qua causa repeti possit.*
7 *Exceptio regulam limitans alias exceptiones non excludit.*
8 *Solutum ex causa iudicati repetitur.*
9 *Indebitum per arbitrium solutum,an possit repeti.& nume.seq.*

a PEcuniæ. ᵃPrimo ponit dictum in genere. Secundo in
specie.Tertio nouum dubium remouet cum
ratione.secunda ibi,si quid.tertia ibi,vsuras.Indebitũ pp sen-
tentiã ꝑ errorem solutũ,repetitur etiam ab hærede soluentis , nec
veniunt vsuræ ex mora. hoc dicit. Nota primo, quod sententia
facit debitum , quod prius erat indebitum. concor. l. cum puta-
rem. ff. familiæ erciscundæ. & ff. man. l. fideiussor.§. in omnibus.
b ideo non repetitur ᵇ & hoc autoritas rei iudicatæ operatur. vt di-
1 cto. §.ĩ omnibus.† Item nota,quod ad hoc vt in debitum repetat,
requiritur , quod error interuenerit,quia debitum putetur. In du-
bio autem error præsumitur. Primo ex regula generali igno-
rantiæ præsumptæ. l. verius. digestis. de probationibus. Secun-
do ex præsumpta donatione in sciente , nam donatio habetur,iõ
non præsumitur. l. cum de indebito. §. finali. digestis. de proba-
tionibus . allegari tamen debet error à repetente in sua petitione.
2 † Item not , quod solutum debet probari indebitum , vt error
præsumatur,& sic probatio solius solutionis non sufficit, vt ea pro
bata præsumatur indebita,vt hic amplius debito,infra eodẽ.l. si ꝑ
ignorantiam. hoc confirmatur ex nota. per glossam. ff. eodem. l.
Iulia. in prima glo. versiculo. si autem primum. vbi tenet clare ,
quod repetens probare debet indebitum,& potest esse ratio, quia
hæc est cã suæ intentionis,ergo &c.vt.ȷ̃.de probationibus.l.actor.
& ff.in eodem ti.l.ei qui dicit.Sed circa hoc distingue,vt facit tex.
ff.de probationibus.l. cum de indebito. Item no. quod in condi.
3 indebi.non ueniunt vsuræ ex mora, etiam lit.contest.† Item nota,
quòd indebitum re contrahitur.concor. insti. quib.mo.re. contra-
hi.obli.§.primo.Venio ad apparatum,& oppo. quod indebitũ abs
que sententia solutum non repetatur.l.cum quis.in princip. supra.
de iuris.& fact.igno.Solu.aut est indebitum vtroq; iure, aut natu
raliter tantũ,& habet locũ lex ista.aut est indebitũ ciuiliter tñ , &
tũc hẽt locũ l.illa,vt solutũ errore facti repetaẽ,nõ solutũ errore iu
4 ris,vt ibi.& hoc vult gl.2.† Opp.2.quod ẽt ĩ naturaliter tñ indebi
to debet distingui , aut est solutum errore facti. & tunc repetatur.
vt d.l.cum quis.quæ indistinctè loquitur.huius timore Pla.cõfiteẽ
contrarium , ideo non distinguebat inter indebita, sed tñ inter er-
rores.vt d.l.cum quis.quod gl. vbiq; reprobat. qa naturaliter inde-
bitum quocunq; errore solutum repetitur & est ratio , quia error
iuris non nocet,cum de damno vitando tractatur.l.error.& l.iuris
ignorantia.ff.de iu.& fac.igno.& hoc vult gl.3. & in d.l. cum quis.
Inducit contra Pla.l.si non sortem.§.indebitum.ff.de condi. inde-
5 † Sed dicet perscrutator veritatis, nonne eadem rõ habet locum
in indebito ciuiliter,tamẽ naturaliter debito:nam & ipse de dãno
vitando tractat , & tamen errore iuris soluens non repetit. vt d.l.
cum quis.Rñ.quod si perscrutantur exempla vtriusq;,rõ diuersita
tis poterit euidentius apparere.exemplũ ciuiliter indebiti,& natu-
raliter debiti est,qñ ex minus solenni volũtate debeẽ, vel qñ ex so-
lenni,sed põt falcidia detrahi.ut not.in d.l.cum quis.exempla ve-
ra sunt , vt ibi scripsi plene,licet aliqui reprobent.† Debiti uero ci
uiliter naturaliter indebiti exemplum ponitur in chirographo an
te biennium, licet & illud quidam reprobent.ut ibi dixi modo ad
propositum in hoc indebito naturaliter ex causa chirographi res
est clara , ꝙ tractat de damno uitando . sed in exemplis prædictis
indebiti ciuiliter tractat de lucro , quia titulus hæreditarius,quem
habet , est ti. lucratiuus. & ideo error iuris sibi non fauet. Sed re-
plicat prouectior. per aditionem hæreditatis bona hæreditatis
propria facta sunt in vnũ aceruum,& totum est suum,cum postea
soluit legatum damnum patitur,& in repetendo non tractat de
lucro captando, quia iam suum erat, sed de damno, ꝙ in diminu-
tione patrimonij consistit.l. damnum. ff. de dam. infec.Et ego re-
spondeo,quod ista diminutio non cõsideratur, vt damni illatiua,
sed vt lucri priuatiua,quia ti.hȩreditarius qui est lucratiuus,est cau
sa huius diminutionis,quia est cã huius debiti naturalis , & ab illo
dependentiam habet. & ideo diciẽ,ꝙ vult illud lucrari contra vo-
luntatem defuncti. Sed replicabit prouectissimus.& si hæ respon-
siones locum habeant in exemplis prædictis , tamen in pacto nu-
do locum non habent,ex quo quis naturaliter obligatur,non ciui
liter,& sic soluẽs iuris errore , debet posse repetere.cum tractet de
damno vitando. & tñ d.l.dicit contra.s. cum quis. si intelligitur in
omni ciuiliter indebito generaliter, sed naturaliter debito. Et ego
respon. ꝙ illa restringere possumus ad casum , cum repetens tra-
ctat de lucro,vel quasi,non quando de damno vitando. quia tunc
idem esset in ciuili tantum indebito , ꝙ est in naturaliter tantũ in
debito,cũ inter ea non uideatur diuersa ratio. nisi dicas , ꝙ natura
liter tñ debitum sit magis debitum,q̃ debitum ciuiliter tantum.
Vel nisi dicas.quod vbi est debitum ciuiliter tãtum, ius causans er
rorem se opponit iuri,quod induxit obligationem , iõ faciliter in
ducitur repetitio , ne deceptio causans hunc errorem attribuatur
ipsi iuri,quod propter se fecerit,sed vbi est debitum tantum natu-
raliter,error iuris tendit ad fauendum obligationi naturali, non si
bi ipsi:iõ non inducit repetitionem soluti.& maximè,quia sibi nõ
posset imputari , quod fecerit propter cõmodum sui. Item qa na-
6 turalis obligatio est fortior.l. cas. ff.de cap. di. † Op. 3. quod non
tantum solutum ex causa iudicati repetatur, sed nec etiam ex aliis
multis causis ȷ̃.l.proxi.& l.ea quæ.& l.indebitum.& ff.eo.l cum is.
§.pe.s̃ de iureiu.l.j.& insti. de ac. §.item si quis postulante. So.cõsi
tendo contraria.& quod hic de sententia dicit , causa exempli di-
xit,non vt alias exceptiones in corpore iuris inclusas excludat. ut
7 in glo.† Ex qua no.quod licet exceptio limitet regulam:non tamẽ
excludit alias exceptiones in corpore iuris clausas ; nisi expressim
& specifice de illarum exclusione faciat mentionem.l. ita pudor.
ȷ̃.ad l.iu.de adul.& vide quæ ibi plenè scripsi.Item scias,ꝙ glo.enu
merat hic sex casus,in qb. cessat cõdictio indebiti.quos etiã nume
rat.ff.eo.l.eleganter.§.fi.& ibi addit 7 quẽ ibi vide.in glo.tñ ista,illa
adde,q̃ in l.ea q̃.& q̃ sit ratio ibi dicẽ.Et ibi.ȷ̃.eo.l. indebitũ. & istũ
8 casum limita vt dicã.† Od.4.ꝯ tex.ꝙ solutũ ex cã iudicati repetaẽ,
si prius erat indebitũ ff.de iudi.l.si ꝑtor.§.Marcellus.glo.dicit ꝙ ibi
fallit.ꝙ declara,qa ibi sunt duæ lecturæ.vna ꝙ sententia erat ibi ip
so iure nulla pp allegationẽ falso factam cõtra ab sentẽ.hic erat ali
qua, quia nulla falsa causa fuit al.& sic non ob.Alia lectura est , ꝙ
sententia ibi ipso iure valuit , & per restit.fuit rescissa.hic secus. &
sic non ob.Op.5. de l.in commodo.§.fi.& l.rem mihi.ff. commo-
dati.& de leg.2.ff. de cõ.sine cã.dicit glo. ꝙ ibi fallit. ꝙ nihil est.iõ
gloss.in l.si fideiussor.§. in omnibus.ff.man.dicit, quod propter cõ-
dic.indebi.repeti nõ potest,vt hic.sed per condic. sine causa sic, vel
per acti.ex contractu , vt ibi.& idem not.infra. de re iudi.l.j.Et illæ
gloss. verum dicunt,sanè intellectȩ; puta actio proponitur taliter,
quod non impugnet sententiam , sed potius asserat eam esse ue-
ram,alias si impugnet sententiam,non auditur , vt hic secundum
Barto.& Cy Iacob.de Ra.& arg.in illis ergo ll.causa ser endȩ sentẽ
tiæ est redacta ad non causam.& ita uidelicet ꝙ alleget ur vel in li
bello vel in replicationibus.& hoc vult ibi quædam gloss.interli-
nearis super uersicul. sine causa. quæ dicit scilicet per seuerãti.
Opp.

ADDITIONES.

a Pecuniæ. Hanc l. limita egregie vt per Bartol. in l.j.§.denique. in fin.ff.quod v
aut clam. adde tamen , quod solutio indebiti vigore præcepti facta sine caus :
cognitione repetiẽ,vt legitur & no.in l.2.§.graui. sup. de admi.rerũ ad ci.pert
b Ideo non repetitur. Adde Bald. & docto. hic. & de pign. lege. si fundum.
si pluris.& d.§.in omnibus.lege.si fideiussor.ali.in tex.& Bar.in d.l.cum putar
alle.per Sali.hic.& l.si prætor.de iu.j.resp.& Bar.in lege.si sine.ff.rẽ ra. ha. lege
full.de cõdi.sine causa l. Iulianus.de cõd.inde.vbi ẽt Ale.in Spe.de ex cu.sen.§.
versicul.illud autem quæritur.& Bal.in l.cũ quis v.q. de iur.& fac. ign. tamen
peti potest per condictionem sine causa iusta,probãdo de iniustitia sententiȩ,v
falsitate probationum.Ange.singulariter in l.debitor,§.ea quæ.ad treb. & ten
Alex.in d.l.iul.

Op.6.ab extra.de l.si ex causa.in prin.ff. de mino. Solu.ibi rescissa
fuit sententia per restit.in integ.Opp.7.de l.fi.& l.si ex fals.instru.So.
vt ibi,quia & ibi per rest.in integ.Op.8.de l.cum ex causa. ff. de ap-
pella.Sol.hic sententia transiuit in rem iudicatam,ibi per iudicem
appellationis fuit reuocata,ideo repetitur quod pendente appella-
tione compulsus per iudicem soluit,quod non faceret si spōte sol-
uisset,quia tunc appellationi renunciasse dicitur l. ad solutionem.
infra.de re iudi.Opp.9.sentētia lata ex causa falsa est ipso iure nul
la.no.gloss.fi.in l.si is ad quē.ff.de acquiren.hæredi.& sic non hēt ĩ
pedire repetitionē soluti,q̃a qd̃ nullū est nullū p̄ducit effectū.infra
quomodo & quando iudex.l.ea quæ.& infra.si à non compe.iudi.
per totū.sed hic est lata ex falsa causa,quia tanquam debitum fuit
petitum,quod verè non erat.Sol.ꝙ hic cā non fuit exp̄ssa & nihi-
lominus q̄n cā est expressa,non sp̄ est nulla,vt ibi per Bartol.nec il
la glo.hoc dicit.Reuertor ad glo.& op.contra tertiam partem l. ꝙ
vsuræ veniant.ff.de vsur.l.licet.Quidam dicunt,quòd ibi post lit.ꝯ
test.hic ante,sed gloss.dicit & melius,quod ibi in bonæfidei iudi-
cijs,hic in stricti iuris.in quibus etiam lit.contesta.non veniunt. vt
hic,& l.quoties.infra de condi.ob turp. causam. & l. quamuis.ſ̃. de
vsur.quod no.Opp.ad idem,quod imo accessiones veniant in cō-
dictione indebiti.l.indebiti. in prin. ff.eo.Sol. quod accessiones ci
uiles vt vsuræ non veniunt,vt hic, sed naturales sic, vt ibi,& à tem
pore rei solutæ,vt ibi.& hoc quia veniunt iure actionis. Secus si iu
dicis officio debentur quia tunc à tempore litis contest.tantum l.
9 cum fundus.in princip.ff.si certum petat. † Quæro soluens indebi
tum condemnatus per sententiam iudicis non repetit, vt hic.quid
a de condemnato per arbitrum,videtur casus quod sic ª.ff.eo.l.si n̄
sortem.§.si quis.sed ibi loquitur,quando soluit putans condemna
tum se,ideo repetit,sed vbi vere fuisset condemnatus,an repetat di
cit ibi Bar.quod sic,quia sententia arbitri non facit deberi l.j. ſ̃. de
arbi.Item is qui soluit,non soluit ut debitum, sed vt pœnam non
incurrat:ideo repetit,ego puto,quod non repetat per illum textū à
sensu contrario.Item quia si sententia non facit debitum , ipse sol-
uit scienter,& non publicè,nec iuris errore,sed vt pœnam non in-
currat & ob implementum suæ promissionis,qua promisit parere
sententiæ arbitri,igitur nō repetit,& hoc vbi pœna est adiecta.vbi
autem pœna non est adiecta , quæstio non esset hodie dubia,cum
ex sententia arbitri sine pœna electi,hodie detur actio.supra de ar-
10 bi.l.cum antea.† Quæro statuto cauetur,quod contra instrumen-
tum publi.confessionatum non possit opponi aliqua exceptio, nisi
solutionis,& illa non possit probari,nisi per instrumentum,conti-
git,quod debitor ex instrumento confessato soluit coram testibus
& iterato conuentus in iudicio non valens probare sol.per testes ,
condemnatus est , & compulsus soluere,quæritur,an aliquam ista
rum solutionum possit repetere.Bartol.in l.j.ff. quod vi aut clam.
dicit , quod prima solutio condicitur vt indebita,quia liberationis
effectum non induxit.l.si non sortem.§.final. ff.eod. tit. & pro hoc
induxit extra de iureiuran.c.debitores.Nec inquit ipse ob. senten-
tia postea lata,quia cum talis exceptio nō potuerit obijci ante sen
tentiam,dicendum est,quod excludi potuit per sententiam. In cō
trarium facit,quia verè prima solutione sublata fuit obligatio , &
inducta liberatio,& sic ius non deficit,sed probatio,& per conse-
quens illa non potest dici indebita nec secunda,quia per sententi
am indebitum efficitur debitum,ut hic.& ff.manda.l.si fideiussor.
§.in omnibus. Item , quia si soluens & statutum sciens, vel scire
debens , totum ponit in fide creditoris recipientis, ex quo instru-
mentum ut requirit statutum fieri , non facit , ut in Authentica d̄
fide instrumen. §. si tamen quisquam , & sic ubi creditor diffitea-
tur , videtur animum iactandi & perdendi habuisse , vt quilibet
scienter soluens indebitum, igitur non repetit, vt infra.eod.l. inde-
bitum.& maximè si retro indebita dicatur.Item , quia si per statu
tum excluditur ab excipiendo , fortius ab agendo. supra. de tran
sac. l. nec intentio. Item pro hac parte benè facit.ff. de proba. l.
cum de indebito.§.si.infra. de non num.pecu.l.generaliter.& vlti-
mo benè facit.l.Neratius.ff.eod. coniuncta gloss.final.Nam , quia
ibi exceptio permittitur,ideo excipiendo auditur,& si non audire
tur,compelleretur soluere,& prius solutum forte non posset repe
tere,ut ibi in text.uel si dicas ibi repeti posse,hoc est ideo quia verè
liberatus non fuit.Non obst.dictum c.debitores. quia potius pro-
bat de secunda solutione , quàm de prima,tamen neutra earum
obst. quia iuramentum non facit vsuras illicitas , licitas , sed obli-
gat debitorem ad eas soluendas , & non tam parti quàm deo ,
ideo inde eis solutis liberatus est à vinculo iuramenti , & penes
creditorem remanent , vt vsuræ illicitæ , quæ etiam à sciente solu
tæ possunt repeti. & sic casus ille nostrum non attingit , nec ibi
lex resistit probationi,hic sic,sed Bald. sequitur Bartol. & indu-
cit. l. 2. §. ita tamen.de constit. pecunia pro casu , vt ibi post hoc
scripsi.

A D D I T I O.

a Quod sic.In quibus autem casibus indebitum solutum repetatur , vide gloss. &
Bartol.in l.eleganter.§.si qua lex.ff.de condi.inde.& in toto. titu. ff. eo. & Ale.
in l.j.ff.eod.tit.& quando repetitur,cui incumbat onus probandi, vide in Spe-
cu.de proba.§.j.versi.quintam.& sequen.

L E X II.

1 *Exceptio obstans deleganti non obstat delegato. & numero sequenti.*
3 *Delegatus vero creditori se potest exceptione tueri.& nu.4.*
5 *Exceptio metus quando possit opponi delegato.*

Si citra. Indebitum absque transactione per errorem ex de
legatione solutum,repetitur a delegante , non ab
eo,qui ex delegatione debitum recipit. hoc dicit. No. quod non
refert , an quis recipiat per se vel per alterum,vt hic , & ff. ad vel l.
1 non putauit,facit l.solutum.§.solutum.ff.de pigno.actio.† Item, ꝙ
exceptio,quæ obstaret deleganti,non obst.ei cui delegatio facta ē,
vt hic, & de condi. ob causam.l.si donaturus. §. j. & de exc. do. l.
puræ.§. si eum. & de noua. l. doli.& not. quod hoc procedit , eti
am si is cui delegatio facta est sciens fuerit , quia potest dissimula
re,cum non teneatur curiosus esse.& de hoc est casus.in d.l.doli.in
fi. quod not. Et est ratio,quia ibi non vult sibi obligare alium ab
eo,cū quo cōtrahit,secum si aliū præter eū sibi obligare vellet.l.3.
§.pen.ff.de in rem ver.&l.qui cum alio.ff.de regu.iur.& hoc voluit
gloss.in d.l.doli.Quæro iste text.loquitur de solutione facta,sed qd
si delegatus nondum soluerat.dic idem , sed potest agere delega-
tus contra delegantem,vt vel soluat,vel aliter eum liberari faciat,
2 vt.l.si donaturus.& d.l.puræ.† Op.nunc ad materiam, quod exce-
ptio quæ obstaret deleganti,obstet & ei,cui facta est delegatio.ff.d
donatio.l.secunda.§.item si ei.& de dona.ex l.Iul.§.idem Iul.Solu.
vt ibi in glo.quia hic est delegatus vero creditori,ibi putatiuo.Op.
secundo.quod delegatus creditori putatiuo,non possit se tueri ex-
ceptione.ff.de condi.ob causam. l. qui se debere. §. sed si cum sci-
ret. Solu. quod prædicta locum habent, quando delegatus erat
etiam putatiuus,vbi autem sciens fuisset,tunc sicut deleganti non
obst.exceptio,vt infra.eod.l.indebitum.ita nec ei cui facta est de-
legatio.ideo compelletur soluere, & deleganti daretur repetitio,
3 vt dicto.§. sed si cum sciret. † Oppon. tertio , quod delegatus ve-
ro creditori possit se tueri exceptione,& liberatione ab eo condice
re , vt ff. de exceptio. do.l. Iulia. in principio.& de donatio. l. 2. §.
cum vero,secundo.respon. Solut. aut creditor,cui est facta delega
tio,est creditor ex causa lucratiua, & habent locum leges prædi-
ctæ.Aut ex causa onerosa , & habet locum lex ista, vt creditori
cui facta est delegatio,non obstet exceptio , sed contra delegan-
tem competat condictio,vt hic. & l. si non debitorem. ff.de no-
ua.hanc solut. ponit gloss.in l.si donaturus.ff. de cond. ob causam
& Dynus.in l. doli. ff. de noua. Ego dubito super ista solut.quia.
ll. in contrarium allegatæ,loquuntur in eo , qui ex ipsa delegatio-
ne efficitur creditor,licet ex causa lucratiua. vnde si erat creditor,
licèt ex causa lucratiua , videtur quod ista.l.& l.si non debitorem.
& l. doli. cum si. locum habeant, & tunc quia in eis ratio vide-
tur diuersa , tum etiam quia.ll. istæ loquuntur indistinctè de an-
teriori creditore,& sic , siue prius erat creditor ex causa lucrati-
ua , siuè onerosa , non debet sibi ob.exceptio , quia sibi debitum
recipere dicitur l.si quis delegauerit. ff. de no. & pro hoc benè fa-
cit gl.2.in d.l.2.§.cū vero.ff.de do.& tex.ff.qua re. act. nō da.l. 1.§.
penulti.si ponamus patronum creditorem esse liberti,ex causa lu-
cratiua in promissi.libertatis honorandæ causa,nec huic obst.ff.de
exce.do.l.apud Celsum.§.si quis autem. quia in diuerso casu loqui
tur,hoc non pono pro deciso , vt dem causam cogitandi. Vt
tamen hæc materia,quæ est profunda & speculatiua , latius pate-
at,recitabo primo quādam distinctionem Dy.cum aliquis supple
tionibus Bartol.quam ipsi ponunt in l.doli. ff. de nouatio. & po-
stea ipsam impugnabo in pluribus partibus , & tertio ponam
4 distinctionem meam. † Cum quæritur igitur , an exceptio, quæ
obstaret deleganti,obstet ei cui facta est delegatio , dic secundum
Dyn.aut quis est delegatus creditori putatiuo, aut vero. Primo ca
su dic,indistinctè obstare exceptionem quod dicit Bartol. verum ,
si exceptio erat talis,ex qua soluti daretur repetitio , non aliàs ar. l.
qui se debere.§.sed si cum sciret.de condic.ob causam. Sed hæc li-
mitatio non est necessaria,quia debitor putatiuus est ille,cui nul-
la competit exceptio,nisi simplicis indebiti , cum ecōtra creditor
putatiuus nullam habeat actionem. Secundo quando est dele-
gatus creditori vero,dicit Dy.aut delegatus sciebat sibi exceptio-
nem competere,quando promisit, aut ignorabat & hoc constat,
aut dubitatur.Si sciuit, tunc non potest opponere, quia uidetur il-
lam remittere,ut ff.de do. excep.l.pure. §. si eum.j. respon. & ff. de
no. l.si quis delegauit. si ignorauit , & tunc aut delegatio facta
fuit ex causa lucratiua , aut onerosa. Primo casu , aut exceptio
erat in personam ex parte utriusque, ut exceptione quis con-
ueniatur,nisi quatenus facere potest & tunc dicit non obstare,
quia personam non egreditur.ff. de dona. l. qui id quod. §. si cum
primus.sed Bartol. subdistinguit, quia aut certa quantitas fuit in
promissione adiecta dicto , & tunc non ob. exceptio. §. si cum
primus.& de re iudi.l.Nesennius.aut quantitas non fuit expressa,
sed tantum ius , vel obligationis effectus , puta promitto quod
debeo , & tunc ob. exceptio. ut ff. solu. matri. l. si prior.cum
ibi nota.aut exceptio erat in rem, ex parte vtriusque , ut exce-
ptio metus , uel saltem in rem ex parte opponentis , ut doli, ut
de ambabus hic dicit text. in l. apud Celsum. §. penulti.ff.de
do.

do excep.& tunc exceptio potest opponi , vt ff. de excep. do.l.Iul.
in princip. & de dona. l. 2. §. cum vero. 2. respon. Quod limitat.
Bartol. si iste promittens ignoranter, erat tutus tali exceptione,ex
qua ipsi deleganti solutum posset repeti , & promissum condici:
non alias.& hoc probat Barto.per gloss.in l.3.§. 1. ff. de consti. pec.
sinautem delegatio facta est ex causa onerosa, & tunc dic cū Dy.
Aut subest eadem cā concedendæ exceptionis ꝯ eum cui facta est
delegatio,quæ suberat contra delegantem, & tunc ei obstabit ex-
cep.l.doli ver.diuersum.& ver.idem.ff.de no.ff. ad vel. l. quamuis.
§.si mulier. sc̄d̄m opi. Iul.quæ ibi approbatur, aut non subest eadē
cā concedendæ exceptionis,& tunc,aut exceptio cohæret perso-
næ,aut rei.Si p̄sonæ,& tunc,aut res est in casu reuersionis ad dele-
gantem,& exceptio potest op.l.apud Celsum.§.apud Iul.& l.pure.
§.fin.cum ver.non quid.ff de do.exce.& l.si donaturus.in fi.de cō
di.ob causam.Aut non est reuersura ad delegantem, & tunc ei nō
pōt exceptio opponi.d.l.si donaturus.§.j.in prin.&d l.apud Celsū.
§.Iul.in prin.& d.l.doli.ff.de noua.Si vero exceptio cohæret rei,&
non personæ,& tunc dicit Dy.quod obst.exceptio ei,cui facta est
delegatio.ff.communi.di.l.hoc iudicio.§.inter socios. & ff. pro so.
l.idemque.§.fi.& de pig.l.superatus. Hæc est distinctio Dyn. quæ
mihi videtur in multis non procedere,primo in eo,quod in secun
do membro dicit , quod si sciuit exceptionem sibi competere , vr̄
illam remittere,non semper est verum , quia nō in exceptione,ne
quis conueniatur,nisi quatenus facere potest, quando certā quan
titatem non exprimit.similiter nec quando eadem æquitas subest
concedendi exceptionem contra eum,cui facta est delegatio,quæ
suberat contra delegantem.l.doli.§.diuersum.de noua.& l.quam-
uis.§.si mulier.ad velle. Illæ enim exceptiones sola scientia nō tol
5 luntur.† Similiter id,quod di.Dyn.de exceptione metus , qd̄ pos-
sit opponi ei,cui facta est delegatio , procedit vbi tempore secūdæ
promissionis metus instabat: non aliàs per nota. supra quod met.
causa.l.secunda.præterea,quod Dyn.hic in fin.di. aut exceptio co
hæret personæ , vel rei , potest locum habere, vbi ageretur ex iure
cesso , & sic ac. vtili , quia directa competit cedenti. Sed in dele-
ga.agitur ex noua,& prima stipulatione,& ideo de legibus quæ in
cessione loquuntur,non rectè ad delega. infert , & etiam , vt pate-
bit ex distin.seq.ista distin. non comprehendit omnes species de-
bitorum.Et ideo in hac q.ego facio quatuor membra secundum
quadruplicem varietatem mixtam , debitorum & creditorum ,
nam interdum putatiuus debitor delegatur putatiuo creditori .
Interdum totum econtra verus debitor delegatur vero credito-
ri.Interdum putatiuus debitor delegatur vero creditori.interdum
econtra verus debitor delegatur putatiuo creditori.illo casu quan
do putatiuus putatiuo ob. exceptio , & competit pro liberatione
condictio,vt ff.de do.l.secunda.§.item si ei.& de do. excep. l. iu.§.
idem Iul. nec distinctio Bartol. est isto casu necessaria , vt dixi in
recitatione dist. Dyn.Sed,an ei soluenti detur repetitio,.dic qd̄ sic,
si tpe solutionis fuit putatiuus,vt prius,sinautem sciens se non de-
bere,tunc vr̄ donare,ideo non repetit.ſ̃.eo.l.indebitum. cum sim.
Secundo casu,quando verus vero,& tūc,aut nullam habet excep.
& res est clara,quia nil ob.aut locum habet excep. & tunc primo
consideranda est forma promissionis,quia aut certam quantitatē
non expressit,sed ad ius tm̄ exactionis,vel obligationis se retulit,
puta,qd̄ Titio debeo tibi promitto,& tunc,siue ignorans, siue sci-
uerit,suæ exceptioni renunciare non dicitur.Ideo exceptio quæ ei
competebat contra delegantem ob.delegāti.l.qui id quod.§. si cū
prius.ff.de dona. & l. si prior.ff.solu.matr.& ibi not.fa. l. prima. ff.
de dote.præle.& l.si extraneus.ff.de iure do. & est ratio quia talia
verba debent intelligi de eo , quod debeo in effectu. l. si sic.de le-
ga.primo.& l.legaui.ff.de lib.le. & ideo taliter qualiter debeo,vi-
deor ei promittere,vt no.in l.Nesennius.ff.de re iud. & l. secunda.
infra de fal.cau. adiec. leg. Aut certam quantitatem expressit , &
tunc distinguo , aut in illa noua promissione ei prima reiteratur
exceptio.& tunc opponi potest,quia non tam antiqua,quàm hæc
noua quæ est diuersa numero ab illa,est illa quæ opponitur. l. do-
li.§.diuersum.& versi.idemque.ff.de noua.& l.quamuis.§.sed mil
le.ff.ad velle.in quibus est casus.. aut in illa noua promissione , seu
contra istam nouam promissionem exceptio antiqua non reite-
ratur;& hic distinguo,aut debitor sciebat sibi excep. competere ,
aut ignorabat competere,aut dubitatur,si sciebat , renunciare di-
citur. l. si quis delegauerat. ff. de noua. Si ignorabat , tunc capio
verba gloss.in l.si donaturus.§.j.ff.de condi.ob cām.cum ea distin
guo,aut delega.facta est ex causa lucratiua,aut onerosa. si lucrati-
ua,tunc exceptio potest opp.ei cui facta est delegat.ff. de dona.l.se
cunda. §. cum vero. 2. responso. & ff.de exce.do.l.Iulia.in princip.
Quod limita secundum Barto.si iste erranter promittens erat tu-
tus tali excep.ex qua ipsi deleganti solutum posset repeti,& p̄mis
sum condici:non alias,& hoc per not. l. tertia.§. primo. ff. de con-
sti.pe.per gloss.aliam etiam limitationem forte recipit , secūdū qd̄
dixi in tertio contrario,super quo cogitandū relinquo. Si ex causa
onerosa,tūc distinguo,aut res est reuersura ad delegātem : aut nō,
primo casu obstat excep.l.apud Celsum.§.apud Iulia.& l.purę.§.si
cū ver.non quid.ff.de do.excep.& l.si donaturus.in fin.ff. de cōdi.
ob causam. Secundo casu,quando non est reuersura ad delegan-
tem,tunc ei nō potest exceptio opponi.d.l.si donaturus. §. primo.
in prin.& d.§.Iul.& d.l.doli.de noua.& hoc quando ignorauit ex-
ceptionē sibi cōpetere.si autem dubitatur,an sciuerit , vel ignora-
uerit,respondet glo.in l.si quis delegauerit.aut erat debitor ex alie
no facto,& non præsumitur scire , aut ex proprio,& tunc scire prę
sumitur.ff.pro suo.l.fi.& de reg.iur.l.qui in alterius.& ita commu-
niter transeunt doc.Sed mihi videtur,quod quia hic non quæritur
de scientia,vel ignorātia facti,ex quo resultet exceptio,sed de sciē
tia,vel ignorantia exceptionis,quod aliter sit dicendum.videlicet,
ꝙ aut exceptio est sibi quęsita à seipso, & p̄sumit scire,aut ab alio,
& præsumitur ignorare per dicta iura,aut est exceptio.à l. cōcessa,
vt velle.macedo.& si.quæ magis sunt de iure ciuili,& positiuo , q̄
de iure naturali,vel ei proximo,vt exceptio metus , vel doli , ut in
illa versi.Æsopi Fœdera facta metu.&c.& tunc illas,nō solum istas
præsumitur ignorare,nisi fuerat peritus in iure.argu.l.professio . ſ̃.
de iure patro.lib.10 & ar. eius, quod no.ſ̃.qui,& aduer.quos.l.j. &
etiam quando à se fuit quæsita,dicendum est, aut de proximo , &
non præsumatur obliuioni tradidisse:aut de longinquo ; & tūc nō
præsumatur scire.ar.l.peregrè.ff.de acqui.pos.in prin. & no. Dy.in
c.ignorantia præsumitur.extra. de reg.iur. in 6.Tertio casu princi-
pali , quando putatiuus fuit delegatus creditori vero,aut hæc est
causa lucratiua,aut onerosa,si onerosa. aut res est reuersura ad de-
legantem, uel non,vt in præcedentibus dixi.nec alia diuisio est in
isto casu necessaria,& his casibus,quibus exceptionem opponere
non potest,à delegante repetit, vt hic,& ff. de noua.l.si non debi-
torem. Quarto casu , quando verus putatiuo ; & intelligo de ve-
ro qui habet exceptio. distinguo formam promissionis. aut certā
quantitatem non expressit: & idem quod in secundo casu princi-
pali.aut certam quantitatem expressit,& tunc,aut reiteratur exce-
ptio antiqua,& idē,vt ibi dixi.aut nō reiteratur:& tunc,aut sciebat
exceptionem competere.& idem,quod ibi.Aut ignorabat,& tūc
indistinctè obstat exceptio:q̃a.ex quo creditor ē putatiuus , censet
lucratiuus,licet causa putatiua sit onerosa, & si onerosus sit appel-
landus,tūc quicquid habiturus est ex ipsa delegatione,tenetur de-
leganti restituere,qui ei per errorem censetur soluisse , quod dele-
gatus soluit.& ideo obstare debet ei exceptio,vt ibi dixi, & per iu-
ra illa allegata.facit ad prædicta.l.qui se debere.ff.de condi.ob cau.
& si dubitetur, an ignorauerit,vel non,dic,vt sup.in alio membro
dixi.& hæc tene cordi,quia sunt noua , & per ea videtur mihi ista
materia quæ est profunda , ad liquidum stagnum deducta; Altissi-
mo mecum laborante:cui sit laus,& gloria.

L E X III.

a **Cum & soluta.** Qui potest solutum repetere,fortius
potest exceptionem ª opponere , vel
liberationem à quantitate indebita condicere. h. d. No. ꝙ cui da-
tur actio,fortius datur exceptio.conco.sunt in glo.Item no. quod
scriptura cautionalis,& sic chirographum condicitur.

A D D I T I O.

a Potest excep.Adde do.Soc.cons.40.inc.ex actis gestis,& actitatis.circa,prin.4.co.
in 1.parte.

L E X IIII.

1 *Soluens indebitum ignoranter quando possit repetere.*
2 *Error facti quare non prosit ad repetitionem indebiti.*
3 *Solutum ex causa pœnali,& falsa repeti potest.*

Ea quæ. Solutum , vel promissum ex causa,quę per inficia
tionem crescit,nō repetitur.hoc dicit.primo in so
luto.secūdo in p̄misso.secūda ibi,sed & si.exemplifica.vt ĩ gl. No.
a parificari solutum,& promissum.ª concor ad legem falc.l.fin.Item
not quod soluens indebitum , vt pœnam euitet , quam possibile
erat ei incurrere,non repetit.quod facit ad quæstionem de eo, qui
per errorem soluit condemnationem arbitri. de qua dixi.ſ̃. eo.l.j.
1 † Quæro primo pro declaratione tex. qui dixit ab ignorante , de
quo errore loquitur.quidam de errore iuris tantum,dicentes. ꝙ si
per errorem facti soluisset,tunc repeteret. quod no.ſ̃. eod.l.j.& est
hic speciale.siue soluat errore iuris,siue facti,vt non repetat. Quæ
ro de exemplo in errore iuris,& exemplum est, pone ꝙ filius tuus
damnum dedit,propter quod tu putans teneri noxaliter , soluisti,
vel promisisti, cum re vera non tenearis , vt instit.de noxali.in fin.
In errore vero facti exemplum est , quia putabam filium , vel pro-
curatorē meum damnū tibi dedisse,cum non ipse,sed alius dedeit
2 solui, vel promisi , & non condico. † Quæro.3 .quæ est ratio.ꝙ er-
ror facti hic non prodest ad repetitionem huius indebiti omni iu
re.respon.gl.s.de iur.& fac.ign.l.error.dicit , ꝙ ratio est timor futu
ri dupli.ex quo insurgit quædam ficta transactio, quæ repetitionē
impedit.ſ̃ e.l.2.& ex hoc infertur,ꝙ si dolus esset in actore , repeti
posset,quia transactio non teneret.l.in summa.in prin.ff. de condi.
indeb.no. cū ista.l. & similes loquant̄ indistinctè. Sed attende , qd̄
Bal.istam rationem reprobat per.l. fi. ad fi.ſ̃.co. vbi dicitur , quod
soluta

A D D I T I O.

a Et promissum.Adde.do.Soc.consi.40.inc.ex actis gestis , & actitatis.in prin.in 4.
co.in 1.parte.quod condictio indebiti sicut aduersus indebitum solutum datur
ita & aduersus promissum.

soluta animo titubanti,non dicuntur psumi soluta animo transigẽ
di,ideo ipse ponit aliam rationem.videlicet,ꝙ iõ nõ repetit, qa cũ
sciat se posse negare.& ius negandi sibi competere soluẽdo, vel ꝑ-
mittendo,videtur illi iuri renunciare.vt ĩ.de ap.l.ad solu.& ff.de no
l.qui delegauerat.& ex hoc vtilitatem consequitur,quia cum non
possit negare,non potest pœnã negationis incurrere: ideo in alio
grauat,vt nõ repetat.ar.l.eũ q in prin.ff.de iureiur.Ista rõ, vt vr̃ mi-
hi,ponit antecedens ꝓ sequenti,& econtra,vel eam non intelligo.
Scias igitur,ꝙ gl.in l.elegãter.§.fi.ff.eo.duplicem rationem ponit,
vnã implicitè,& aliã explicitè.Implicita est, quia in iudicio fateri
videtur,& sic sibi præiudicat.l certum.in princ.& l.si is.ff.de cõfess.
Explicita est,quia si is qui recipit,sibi debitum recipit,licèt a soluẽ
te debitum non sit,merito repetitio non competit.supra eodem.l.
secunda.& ff.eodẽ. l. repetitio. Ista rõ est bona in non plus debito
soluente,sed in soluẽte plus debito,ratio prima fictæ transactionis
potest locũ habere.Nunc oppo.cum gloss.final.ꝙ iste soluẽs repe-
tat.l.inde Neratius.§.fin.& l.sequen.ff.ad l.Aqui.So.ꝙ in hoc dam
no dato,aut cum alieno potuit esse actio,quia vere damnum datũ
fuit,sed non ab isto,& tunc habet locũ.l.ista,aut cum nemine potu
it actio esse,quia vere à nemine damnũ datũ fuit, & tunc locũ ha-
bent contraria,& põt esse rõ,qa ꝓbato,qđ à nemine dãnũ datũ ẽ,
apparet,qđ suũ,vel sibi debitũ nõ recipit.Itẽ apparet,ꝙ qa solutio
est facta ex cã,& cõfessione impossibili,quã ius,aut natura respuit,
vt not.ĩ.de cõfes.l.j.ff.de inter.ac.l.confessionibus.& l.seq. & l.suus.
ff.de confe.merito repetit,qa cõfessio sibi non præiudicat.Itẽ appa
ret,qđ actor fuit in euidẽti calũnia,& sic ficta transactio nõ ualuit,
sicut nec uera,iõ soluti daretur repetitio.l. in summa.in princi.ff.
3 eod.& sic cessant oẽs tres rationes.s̃.alle.† Oppo.ab extra, ꝙ solu-
a tũ ex cã pœnali,& falsa repetat.[a] vt.l.eleganter.§.fi.ff.eod.So. vt ibi
qa hic quando cã non est pænalis ab initio, sed propter inficiatio-
nẽ crescit,& pœnalis efficitur,ibi qñ,à principio ẽ pœnalis. Oppo.
ꝙ rõ fictæ transactionis non sit bona,quia in soluente animo titu
bãti non debet transactio psumi,ĩ.eo.l.fi.Sol.qđ hic nõ soluit ani-
mo titubanti,sed certo,vel si titubanti dic,ꝙ ibi loquitur in causis,
quæ per inficiationem non crescunt,hic in crescentibus. Oppo.ꝙ
repetatur,quia condictio indebiti est fundata super æquitate, ne
quis locupletetur cum aliena iactura.l.nam natura.ff.eod.Sol.P et.
quod illud regulare fallit in casibus permissis.vt hic.vel dic meli⁹,
quod confessio,& ficta transactio,ex quibus soluere dicitur,tollũt
contrarium,& sibi imputet qui aliter de rei veritate constare nolu
it.l.quod quis.ff.de reg.iur.Quæro nunc cum glo prima, dixi supra
quod hæc lex non procedit,si à nemine damnum est datum, sed si
ab aliquo sit,& vltra veram æstimationem,nõ soluit,quid si vltra,
soluit,hic Cyn.cum Iac.de Ra.tenuit,quod illud vltra potest repe-
ti.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vendi.sed postea in aditionibus muta-
uit opin.& tenet cum ista gloss.quod nihil repetat,quia sufficit,ꝙ
de aliquo actio esse possit,quia ex ficta confessione,& transactione
soluere dicitur,& nedum si alius damnum dedit,sed etiam si ipse-
met,vt in gloss prima.Quæro secundo,an ex ista solutione libera-
tur qui damnum dedit,dic quod non.& ideo is qui soluit, ab eo ñ
repetit.l.qui seruum.ff.de interrogatio.act.& ita limitat Cyn.istam
glo.Quæro tertio.gloss.exemplificat in damno dato,sed quid in le
gatis factis eccle.quæ si negentur crescunt ad duplum,dic, quod
idem,vt insti.de ob.ex quasi contra.§.fina Et hæc indubitanter ve
ra quando aliquid fuit relictum ecclesiæ,licèt non ab eo qui sol-
uit,quia eadem est ratio quæ in damno dato.Sed pone à nemine
legatum esse,& hæres ab ecclesia velut legataria conuentus sol-
uit,an tunc repetere poterit.gloss.in d.§.fina.d.quod non,& est spe
ciale in legato ecclesiæ.& in hoc differt à damno dato,vbi repeti-
tur solutum si probatur à nemine damnum datum.ut supra. dixi.
Quod reprehendit Iacob. de Ra.quasi non sit ratio diuersa, & sic
in vtroque idem ius debet statui.Sed qui tenent glo. dicunt, quod
ratio est,quia licèt cesset causa debiti,non cessat coniectura pieta-
tis,quæ impedit soluti repetitionem.l.cum is.§. si mulier. ff. eod.
quod not.& etiam coadiuua, quia non sic euidenter potest appa-
rere relictum non esse, sicut damnum datum non esse, quia vnũ
per euidentiam facti demonstratur, & aliud non, & sic non con-
fessionis, & transactionis ratio ex toto cessat. Quidam tamen vo-
luit dicere,quod ratio huius fictæ transactionis non potest locum
ciauit expresse,vel tacite in cõtractu huic priuilegio iudicum , ui-
detur renun.non valere,quia miserationis causa est concessum,vt
hic in ver.quis enim.& sic renunciatio non tenet,vt not.gl.in l.i.in.
fi.s̃.quan.impe.inter.pup.vel vi.sed contra tenet gl. quæ expressim
in scholaribus loquitur in l.i.ff.si quis in ius voc.non ie.& hoc etiã
sentit gl.seq.vt ibi dicam.Et pro ista parte sa.d.l.i.& regula genera
33 lis.in l.si quis in conscribendo.s̃.de pac.† Sequitur qui vero.no.φ
34 hic punitur qui trahere scholares ad alios udices tẽtauerit.† Cir
ca quod quæro,nũquid sola citatio sufficit,ut pœnam istam incur
rat.gl.distinguit.Aut est uocatus coram tali,qui potest cognosce-
re,& recusare,& tunc recusatione facta si actor persistat pœnam
incurrit,secus si desistat. Aut coram alio , & tunc statim pænã in-
currit,quia ille uenire non tenetur,& iste reperitur tentasse eũ tra-
here ad iudicem non suum,quod sufficit,quia hæc l.non plus req-
rit.fac.l.si quis non dicam rapere.s̃.de epis.& cle.Et hoc,qñ scien-
ter facit,vt j̃.dicam in 4.q.Et si quæras cur in casu , qñ venire non
tenetur,per solam citationem incidit in pœnam, & non qñ ueni-
re tenetur.nisi persistat.rñd.quia qñ facit eum citari coram iudice
suo,non

ADDITIONES.

a In partibus suis. Scholaris , an in loco studij conueniri posit pro contractibus alibi celebratis.dic,quod non,nisi in loco studii steterit per x.ann.quo casu sortitur ibi domicilium,cuius gratia posset ibi conueniri per gl.in l. lex corne.§. si tamen in fundũ. ff.de iniu.no.in l.2.§. sed verum.ff.de iu.Ad quod adde Bart. in trac.represali.5.q.prin.& secundum Ale.in l.cũ filius.ff.cer.pet. Bal.hic 5.col.in uer.sed quæro de scholari qui alibi contraxit , dicat simpliciter contrarium. s. quod non sit priuilegiatus pro debitis alibi cõtractis, sed Bar.in l.quæsitum.in princ.de leg.3.dicit eum non fieri incolam loci,etiam si per centum annos steterit,ex quo habuit animum reuertendi contra gl.in uerbo, constituerũt. in l.2.j̃. de incolis.quæ uult,quod stando per x.an.in studio efficitur incola illius ciuitatis.uide Barto.in d.§.si tamen fundum in 1.col.sed Ang. in l.hæres.§.1.3.col.de iud.& ibi per Ale.dicit quod si stat in studio causa studendi etiam p mille annos non sortitur forum,& ibi Bar.post gl.in d.l.hæres.§. proinde. in fi. dicit eũ non sortiri forum in loco studij pro debitis cõtractis alibi, uide Bar. in l.sciẽs. ubi de cri.agi opor.doc.in c.fi.de fo.compe.item adde quod Spe. in ti. de cõpe. iud.adi.§.1.uer.45.quod ratione cursus decẽnii,quo quis moratus ẽ in studio, quis sortitur forum,pro quo facit quod uoluit Ang.in consi. inci. quidã uictor de castro. qđ est in 16.char.ubi dicit, φ quis per conuersationem non sortitur forum,nisi appareat ex uero animo,uel præsumpto uelle eum ibi habitare, de hoc pũcto uide abũde can.maximè d.Ab.in c.fi.de paroc.Ant.de Bu. in c.quod clericis.de fo.compe.uide etiam Cy. in l.2.j̃.ubi sena.uel clari. & de hoc aliqd per Io.An.in princ.decre.& latius habetur in c.si quis contra. de fo. cõpe. & in proposito uide gl.in l.hæres absens.ff.de iu.& gl.in l.est verum.j̃.de incol.lib.x. vide etiam Inn.in c.ex parte.de fo.compe.paulo post prin.ubi pulchre loqtur.

b † Intrantes scholas,& studentes.Infero ad hoc , quod non sufficit quem intrare scholas,& frequentare lectiones, imo nec esse matriculatũ ad hoc,ut gaudeat priuilegio scholarium,nisi etiam attente audiat suam lecturam, non autẽ si faciat castra in mari,ut arg.in proemio digestorum,col.1. uersi. & prædicta sunt in argumentum.ita no. Car.in proœ.cle.in prin. collecta. in proœ. decreta, in ver. Gregorius.nu.7.Ibi notaui in apost.ad eum in uer.si uagatur in studio,dixi post Pan.in c.quidam,nu.1.in apo.in uer.scholaris,extra.de pri. no. Fel.in pœ. decreta.col.7.in fi.uer.2.limita & notaui post Bar.in l.qui sub prætextu.nu.1.in apo.in uer.gaudet priuilegio.supra de sac.san.ecc.& post Iac.Rebuffi.in l.1.nu.1.in uer.non intrat scholas.j̃.de colleg.lib.11.&Car.ubi supra dicit scholarem inhonestè uiuentem non gaudere priuilegio huius auth.

suo, non deliquit, quia fecit quod necesse facere habuit; qa ab vno incipere debuit volũtatem citati auditurus, in alio statim deliquit, qa facit quod nõ debuit. Et, qa hęc punit solũ conatum, ideo multæ ll. quę vltra, vel plus requirũt, nostrum propositum nõ attingũt ideo de eis nõ curãdum. Quæro, an locus sit pnĩæ, & gl. vr̃ sentire quod non, qa ius erat quæsitum amissionis actionis scholari, & sic in eius præiudicium nõ debet esse. l. nemo. ff. de regu. iur. secus si nõ amisisset ac. quia tũc locus est pnĩæ. l. quãuis. ff. de in ius vo. sed caue, quia ista gl. sentit, ꝙ ipso iure perdat actionem, sed in seq. gl. tenet expressè, ꝙ per snĩam, & istud verius; & si sic, vr̃ ꝙ tũc locus sit pœnitentiæ ſm doctrinam huius gl. sed licèt gl. prima facie uideatur ita dicere, tñ puto ꝙ aliam habeat mẽtem: & velit dicere, ꝙ ideo in l. ḡuis. locus est pnĩæ, quia pœna erat extrinseca quinquaginta aureorum, vnde potest pœnitere, & euitat pœnam si remittat ac. in compensationem pœnæ incursæ, vel incurrendę, ſm varias lect. ibi positas. Sed in casu nostro nulla erat pœna incursa, vel incurrẽda extrinseca, sed solius cadẽtia actionis, licèt p snĩam, ideo nõ est locus pnĩæ, quia sine recompẽsatione non debet tolli ius scholari quæsitum ad petẽdum aduersarium sua act. priuari. &
35 sic ambę gl. erunt cõcordes. † Quæro quid si scholaris spõtè subiit iudicium, an actor punietur. resp. glo. ꝙ nõ, & intellige spõtè, quia non coactè, & ex certa scientia sciẽs sibi priuilegium competere, & illud nõ allegauit. vt s. dixit gl. facit quod no. j. de excep. l. fi. Et sic habes hic ꝙ tacitè potest renunciare priuilegio isto qd̃ no. pro dictis in 5. q. in j. par. Quærit gl. an hæc exceptio possit opponi post litis contestationem, & respon. quod nõ, sed vsque ad litis contestationem sic, quia est fori. l. fi. j. de exceptio. Hor attende si scholaris conueniatur coram aliquo iudice non suo, glo. procedit per omnia, quia tunc sciens prorogat eius iurisdictionem. Sinautem conueniatur coram aliquo ex suis iudicibus adhuc procedit in ea parte, qua dicit quod post li. contesta. non potest. Sed in eo quod vsque ad li. contesta. permittit, adhuc procedit vbi aliquam exceptionem non opponit, per quam in eum cõsentire videatur. Vbi autem aliquam exceptionem opponit, per quam in eum cõsentire dicatur, postea alium eligere non poterit, licet contestatio litis nondum facta sit, quia nec tunc delegatus recusari potest, vt not. Bar. in l. quidam cõsul ebãt. ff. de re iud. & dixi in penul. q. in l. apertissimi. s. de iudi. at eligendo alium, vr̃ recusare istum, ergo, &c. Quærit gl. si vocans errauit in facto, vel iure, an ei parcatur. & dicit, ꝙ sic. ff. de iuris, & fac. igno. l. error. in fi. & dic, ut ibi. Querit sequens gl. an iste cadat à causa ipso iure, vel per sententiam, & dicit gl. per sententiam, & allegat. l. in criminali. s. de iurisdict. om. iudi. sed non facit, quia ibi est verbum mulctetur. Alij, ut Cy. allegant l. quicunque. s. de hære. quæ nihil facit, sed alle. pro casu. s. de iura. calum. l. 2. §. quod si actor. coniuncta auth. principales. in fi. eiusdẽ tituli. Et confirmat tali ratione. nemini dubium, ꝙ verbum cadat, potest habere duplicem intellectum. vnum ipso iure, alium per sententiam, & iste benignior. vt l. interpretatione. ff. de pet. igitur
36 eligendus. vt l. benignius. ff. de legi. † Quæro cum glo. coram quo iudice petetur fieri hæc priuatio actionis. respon. aut scholaris petit illum statim puniri, & tunc ille idem iudex potest. aut ex interuallo, tunc iudex actoris qui nũc factus est suus. ita di. gl. ratio potest esse, quia cum statim petit, implorat iudicis officiũ in eadem instãtia. l. j. j. de calum. Sed qñ ex interuallo intẽtat condictionem ex hac l. & in noua instantia, vt dicit hic Cyn. & ita intelligenda sunt quæ hic subiungit glo. Et si dicas quomodo primo casu, qñ implorat iudicis officium, iudex qui non est suus cum puniet. respondetur factus est suus in eius odium durante illa instantia, nec debet dedignari illum habere contra se, quem voluit habere pro se. l. Papi. j. de sent. & interlocu. om. iud. Quærit glo. quid si iudex pronunciasset se iudicem, an est necesse ꝙ appelletur. & dic vt in præcedente parte dixi. Vidimus de scholaribus, nunc circa vni-
37 uersitatem scholarium aliqua videamus. † Et primo, an vniuersitas ipsorum sit de iure approbata. Et glo. in l. fi. s. de iurisdi. om. iud. dicit ꝙ non, quia scholares vniuersitatem facere non possunt, sicut nec discipuli piliipariorum. Istam similitudinem ibi reproba-
a ui. Aliqui dicunt, ꝙ est approbata [a] per istam auth. sed Iaco. But di. ꝙ hic de vniuersitate nihil dicitur, sed de scholaribus tantum. Aliqui dicunt, ꝙ est approbata ratione etiam naturali, quia ipsa ad virtutem iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, & temperantiæ tendit, vt in hac constitutione patet, & sic, vt conueniat diffinitioni iustitiæ, & iuris præceptis dẽt dici approbata. Afferunt gl. hoc tenere. ff. quod cuius. vniuer. no. l. j. §. j. Sed certe glo. per prædictam rationem nititur probare illam approbatam, & postea remittit ad ea quæ dixit in d. l. fi. vbi tenet contra. Et attende, quia scholares informantur, vt informati postea alios informent vt hic, & sic nõ scholarium vniuersitas, sed doctorum collegium est illud, quod videtur potius approbatum. Bar. in l. fi. de col. illici. in 2. quæst. in fi. dicit, quòd vniuersitas scholarium de iure ciuili, & canonico est approbata per hunc tex. & per c. antepenul extra de rescrip. & de procu. c. quia in causis. Ego puto, quòd in terris, vel locis in quibus ius legi potest, collegium, & vniuersitas scholarium sit approbata. In alijs locis sit reprobata, quia ex quo locus est reprobatus ne ibi doceatur, vel legatur, vniuersitas similiter audientium est

reprobata. Dicuntur autem omnes reprobati qui, vel lege, vel à papa, vel imperatore expressim super his non habent priuilegiũ vel authoritatem. vt patet in j. cõst. ff. §. hęc autem tria. Ex his infertur, ꝙ vniuersitas scholarium approbata potest sibi rectorem elige-
b re. [b] vt l. fi. s. de iurisd. omn. iud. & statuta sibi facere, sed de quibus
38 rebus, dic, vt ibi dixi. † Quæro iuxta prædicta, an laicus [c] possit eli-
c gi in rectorem scholarium, de quorum numero sunt etiam clerici. Barto. ibi s. di. ꝙ electores non bene faciunt ipsum eligere cum omnibus scholaribus nõ possit præesse, quia non clericis: vt auth. statuimus. s. de episco. & cler. & c. si diligenti. de foro compe. Si tñ laicus electus fuerit rector, erit: sed clerici erunt ab eius iurisdictione exempti. nec est hoc nouum, vt aliqui de collegio sint exẽpti, & priuilegiati. l. 1. ff. ad muni. & ibi no. sed Bal. hic dicit, ꝙ electio non tenet, quia potestas data electoribus, intelligitur data de idoneo, vt l. vt gradatim. in prin. ff. de munc. & hono. & l. quod euitandi. s. de condi. ob tur. cau. & sic de eo, qui omnibus præesse possit. si igitur potestas data non est seruata, electio non tenet. l. rescripto, in prin. ff. de mu. & ho. & l. diligenter. ff. manda. Nec potuerũt electores etiam eximere aliquem à potestate, & iurisdictione rectorum, Et hæc pars magis placet. Quantæ autem ætatis debeat esse
39 rector, dixi in l. fi. supra de iurisd. om. † Quæro coram quo vniuersitas scholarium ex contractu, vel quasi, vel aliqua actione ciuili conueniri potest. Quidã dicũt, ꝙ sub Potestate, quia ipsa est quodam corpus repręsentatum, de quo nõ est specialiter dispositum l. sub quo conueniatur. & sic stat regula, vt sub iudice cõi, & vniuersali ipsius loci conueniatur. Alij dicũt, & melius, ꝙ si scholares habent priuilegium, sub quo iudice conueniantur, vt hic, & hoc ideo, quia sunt de vniuersitate scholariũ, fortius ipsa vniuersitas, quia pp vnũquodque, & illud magis, vt in auth. multomagis. sup. de sac. san. eccles. & pro hoc etiam facit, quia vniuersitas ipsa nihil aliud est q̃ scholares ipsius, vt no. in l. sicut. ff. ꝙ cuius. vni. no. dñt ergo, ꝙ vniuersitas habet priuilegium, vt eligat, vel rectorem studij, vel episcopum, vel potestatem. Doctorem autem non potest eligere, qa sub vno, vel aliquo doctore non intrat uniuersitas. Alij consentiũt in omnibus, præterquam in hoc vltimo. in quo dñt, ꝙ omnes doctores legentes habẽtur loco vnius, vel saltem vniuersitatum collegium. Alij, vt Barto. in l. fi. ff. de colle. illi. latius attingens hanc q. d. ꝙ si esset collegium secularium tñ, tũc coram superioribus iudicibus secularibus. l. j. ff. de col. illi. Sinautem est collegiũ clericorum tñ, tũc coram superiori iudice ecclesiastico, vt auth. statuimus. supra, de epis. & cler. Sinautem est collegium mixtum laicorum, & clericorum, vt est vniuersitas scholariũ, & tunc di. ꝙ si maior pars est laicorũ, ꝙ tũc totum collegium laicum seu seculare est censendum, & idem ecõtra, si maior pars sit clericorũ, totũ clericorũ est cẽsendũ. qa maior pars attrahit secũ minorẽ, vt principalis, & alia sequitur aliam vt accessoria, etiam si sit magis pręciosa, vt ff. de aur. & arg. le. & l. si nõ sint. §. perueniamus. & l. quod maior. ff. ad mun. facit l. quæro. ff. de statu. homi. Aut paris numeri sunt clerici, & laici; & tũc clerici, ut digniores trahũt ad se laicos. ff. de acq. re. do. l. quicquid. §. cũ in partes. & ff. de reli. l. j. quæ religiosis. sed ad hoc melius facit. j. de app. l. præcipimus, ver. eodẽ obseruando. Et ꝙ clerici sint digniores patet hic in ordine nominationis, quã hæc litera facit in prin. hoc idẽ sequit̃ Bal. Sed dicẽt mihi isti doct. egregij, si maior pars traxit ad se minorem, & vniuersitatem facit iudicari laicam, vel clericam ſm se, cur diuersum dixerunt in rectoris electione? Ego puto sanctius esse, vt dicamus vniuersitatem scholariũ, licet in ea sint plures laici, q̃ clerici, cõueniri debere sub iudice ec. & ipsum corpus censeri debet ecclesiasticũ, quia scholares licet vere sint laici, tñ participant cum clericis, ideo vbiq; in partibus vltramontanis clerici nũcupantur. & hoc ideo, quia ministrant in diuinis, & discũt, vt informent ad obediẽdum Deo & principibus, & per eos debet mundus illuminari. & ita doctores appellant sacerdotes. l. j. ff. de iust. & iu. ex his rationib. scholaribus datus fuit episcopus in iudicem. & ista participatione attenta, dico vniuersitatem scholariũ sub episcopo conueniri debere, vel sub eius rectore clerico. Nam, & rector vniuersitatis competens iudex est ipsius vniuersitatis, vt in tex. coniuncta glo. super versi. publicis. in l. fi. s. de iurisd. omn. iud. Et pro hoc bene facit. d. l. præcipimus. verlic. eodem obseruando. Nam ibi, non cõsiderant nisi dignitatẽ, licet alter sit additus, qui in dignitate nõ sit positus. Nec curandũ ibi puto, ẽt si essent plures in dignitate illa nõ positi, dũmodo vnus tñ in illa dignitate esset. Quæro, an vniuersitas possit delinquere, & criminalr accusari, & qualr dẽt puniri. Et de oĩb. istis

ADDITIONES.

a Approbata. Quare scholarium vniuersitas approbata sit. vide Bal. hic in 12. col. in uer. 3. quæritur.

b Rectorem eligere. Adde Bar. in d. l. fi. ad fi. in ver. quærit glo.

c Quæro iuxta prædicta, an laicus, &c. Tu uide de hoc quæsito Bar. in l. cum senatus. ad fi. & quòd ibi dixi in pe. q. in apo. ad ipsum in uersic. laicus. ff. de re. du. & in l. fi. ver. sed circa hoc dubitatur, ubi etiam dixi in apo. ad ipsum in ver. an possit fieri rector laicus. dixi post Bal. hic nu. 45. ver. 2. quæro in apo. in vers. rector, & post Pan. in c. ex rescripto. nu. 12. in apo. in ver. vniuersitas scholarium, extra de loca.

istis vide quæ dixi in l. j. j. de sedit. Sequitur ver. hãc autem. Ex vltima parte no. ꝙ leges debẽt esse sub cõgruis titulis, concor. s. de no. co. comp. §. quibus. Et huius cõstitutionis commento sit finis.

An seruus ex suo facto post manumissionem teneatur. Tit. xiij.

Dictum est in precedẽtibus titulis, ꝙ vnus pro alio nõ potest cõueniri; sed quia seruus liber factus videtur alius homo, ideo dubitatum fuit, an liber factus de ante gesto quasi facto ab alio possit conueniri, ideo subsecutiuè posita est hæc Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Seruus rationes in seruitute gestas domino debet dare.*
2 *Status mutatio non attenditur in contractibus.*
3 *Liber factus, quando pro delicto in seruitute commisso puniatur. & nu. 4.*

QVamuis. Liber factus non tenetur de gesto prius etiam in statu libertatis. h. d. Not. ꝙ potentia nõ habetur pro actu. Vel id quod est in potẽtia nõ disponit in actu. Quæro de rõne dubitandi. rñd. vt in glo. Et ratio decidẽdi est, qa ipse verè est seruus tempore quo cõtraxit. Et sic no. ꝙ res deciditur secũdum præcedẽtem statum, nõ secũdum ꝙ est faciẽdi potẽtia. gl. op. de pluribus legibus, & sol. per regulam, & casus speciales à regula, sed attende, qa l. promisisse. j. eo. & l. & eleganter. §. seruus. ff. dolo. tẽdunt ad idem. sol. igitur, ꝙ in eis pro libertate cõsequenda fuit promissio facta, ideo liber factus tenet̃ nam productum nõ debet esse extinctio sui productoris. nec beneficium illatum tẽdere ad perniciem benefactoris. l. 2. j. de lib-
1 & eo. li. † Op. de l. si pure. ff. de fideicom. lib. vbi dr̃, ꝙ rõnes gestas, in seruitute tenetur edere, vt dñs de gestis per eum instruatur, vt ibi, nõ quia ex gestis sit obligatus ad aliquid dandum, vel soluendum, vt hic. Et illum tex. nota. quia ex eo dicimus, ꝙ officialis successorem suum informare tenetur. Opp. ad idem de l. j. §. si manumisero. ff. qua. re. ac. no. da. Sol. ibi promissio de antegesto fuit facta tempore libertatis, ideo ex illa promissione obligatur. Op. ad idem de l. Aurelius. §. Sticho. de liber. leg. Sol. ꝙ agi non potest vt hic: sed deduci, & retineri potest, vt ibi. Et sic in excipiendo, & retinendo consequitur quod agendo consequi non potest, vt hic, & ita nota. in contra. & in l. si cognati. s. de neg. gest. Oppo. ad idem de l. eum actum. & de l. at qui natura. §. Scæuola. ff. de neg. ge. Sol. ibi liber factus perseuerauit in administratione. quo casu dic, vt ibi not. & dixi in d. l. si cognati. Opp. ad idem de l. j. §. si apud ff. deposi. Solu. vt glo. s. ꝙ ibi ex presenti detentatione tenetur, non ex antiqua ante libertatem, sed qua actione teneatur de præsenti nõ declarat glo. hic, sed in contrario, videlicet actione reali, quia rei vend. vel personali ex delicto, vt furti. & hoc idem vult gloss. in d. §. Scæuola. in fi. Op. ad idem, sed ab extra, statuliber est is cui sub cõditione libertas debetur. ergo conditione euenĩẽte retro liber fingitur, cum cõditiones retrotrahantur. l. potior. & l. qui balneũ. ff. qui po. in pig. hab. Sol. ꝙ ibi quò ad obligationem personalem, & hypothecam. de quo plenius dic, vt d. l. qui balneum. & in l. j. in cod. tit. hic no. quò ad libertatem: quæ retrotrahitur, ne eodem tempore liber, & seruus reperiatur, vt hic. sic nec respectu dñij, ne eodem tempore duo reperirentur domini contra. l. si, vt certo. §. si duobus. ff. commo. Oppo. ad idem de l. fi. s. de pet. hæred. Solu. vt ibi, quia speciale est ibi, cum aliud pro eo inducatur, vt libertas p̃stetur ex testamento, quod fortè est nullum, quia falsum: vel si aliquod, libertas lite pendente præstatur, quæ prius nõ præstabatur.
2 † Oppo. gl. de §. omnis. insti. de noxa. & l. pe. in fi. ff. si ex noxa. causa. aga. Solu. ibi qñ conuenitur ex delicto: hic qñ ex contractu. In delictis enim non inspicitur mutatio status: in contractibus sic. vt hic, & j. eod. l. licèt. Et hoc intellige quo ad pœnæ euitationẽ, sed quo ad moderationem pœnæ inspicitur mutatio status. Et ideo
3 distinguitur. † Aut status nouus erat in spe tempore delicti commissi, vt in statulibero, & tũc omni tempore vniformiter punitur, qa semper, vt liber. & si nondum cõditio libertatis venit, vt l. moris. in fi. ff. de pen. & l. fi. ff. si ex noxa. cau. aga. Aut status nouus nõ erat tũc in spe, vt in mero seruo; & tunc pœna variatur, quia aliter punitur seruus, aliter liber factus. l. pe. ff. si ex noxa. cau. aga. Verun tamen, an pena debeat imponi eo libero facto, secundum quali-
a tem personæ [a] inhærentem secũdum tempus delicti, vel secundũ qualitatem postea superuenientem, dubitarũt glo. quia ll. vidẽtur sibi cõtrariæ, nam d. l. pe. vr̃ velle, ꝙ imponatur secũdum qualitatem superueniẽtem personæ. & l. j. ff. de pe. vr̃ velle, ꝙ imponatur secundum primæuam, & dixerunt glo, ꝙ d. l. pe. loquitur in publicis iud, & d. l. j. in priuatis. Quod communiter reprobatur, quia potius debet dici econtra, quia l. pe. loquitur in actione noxali, sed pro publico crimine non agitur noxaliter, vt ff. de ædil. edi. l. qui si fugitiuus. §. ꝙ autem, versi. noxias. Quare doc. dicunt, aut in pœnis certis ordinatis à l. & tũc inspicitur tempus delicti, vt d. l. j. Aut in arbitrijs, & tũc inspicitur tempus snĩæ, qa tunc iudex arbitrat̃: & prius delinquens non erat obligatus ad illam pœnam: ideo tp̃s illud inspicitur. sed in primo casu statim ad pœnam illã obligatus fuit. & hanc sequitur Bar. Et hæc faciunt ad q. de eo, qui post de-

lictum commissum factus est clericus, de qua scripsi in auth. sta-
b tuimus. s. de epis. & cler. [b] † Nunc colligo prędicta distinguendo,
4 cum queritur, an seruus liber fact⁹ de antegesto, vel commisso teneatur, distingue. Aut quæritur de delicto prius commisso, & tenetur, vt l. pe. & ff. si ex nox. cau. aga. & l. j ff. de pæ. & insti. de nox. §. oĩs. Sed cuius status conditio inspiciatur, dic vt s. & hoc quando in extraneum, secus si in dñm. l. fi. j. eo. Aut de alio gesto vel administrato, & tũc aut liber factus perseuerauit in priore administratione. & tenetur, vt l. cum actum. ff. de neg. ge. sed qualiter & qua forma debet conueniri, scripsi. in l. cognati. s. de neg. ge. Aut liber factus in priori administratione non perseuerauit: & tũc aut quęritur, an teneatur per viam, & modum retinendi; & tenetur. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. le. & ibi no. & in d. si cognati. Aut per modum, & viam agendi; & tunc, aut quæritur, an ex præsenti rei detentatione possit cõueniri. vt quilibet; & dic, ꝙ sic, vt l. j. §. si apud. ff. depo. aut ex antiqua gestione: & tunc aut de prius gesto se obligauit liber factus, & tenetur, quia nõ ex obligatione antiqua, sed ex præsenti agitur. l. j. §. si manumisero. ff. qua re. ac. no. da. Aut tpe libertatis se non obligauit, & tunc si illud fuit promissum causa libertatis consequendæ, recte petitur, vt j. co. l. promissæ. & ff. de dolo. l. eleganter. §. seruus pactoris. Si vero illud non fuit promissum causa libertatis, & tunc solum ad instructionem prius gestorum tenet̃, & ob eam causa edere tenet̃ librum rõnum. ff. de fideicom. li. l. si pure. non ad aliqd dandum, vel soluendum, vt hic, & l. seq. Fallit in casu. l. fin. supra. de pet. hære. & ratio ibi nota. Bar. de Sal.

ADDITIONES.

a † Secundum qualitatem personæ. Adde de eo, an habeatur pro libero, vel seruo quò ad pęnam irrogandam Rom. sing. suo. 576. ſm meum numerum, ꝙ incip. scis ꝙ doct. vbi tenet ꝙ punitur, vt liber propter sp̃on. libertatis. alle. tex. in l. 1. ibi Bar. ita decidentem per illud tex. in §. fi. ff. de pœni.

b † De qua scripsi in auth. statuimus. supra. de epis. & cler. Adde quod ibi posui in apo. ad illum nu. 9. in apo. in ver. factus est clericus. j. ubi posui latè, & remissiuè, ubi de hoc quæsito tractatur.

LEX II.

1 *Liber factus, an de peculio sibi legato, & an de mutuo quod accedit in seruitute teneatur.*
2 *Cedens vniuersaliter actiones contra hæreditarios debitores, non dicitur contra se cedere.*

1 Creditoribus. Qui mutuum recipit in seruitute, nõ tenetur existẽs in libertate. h. d. † Op. ꝙ peculio ei legato teneatur. ff. de do. prele. l. 2. §. per contrarium. gl. sol. primo secũdum Rog. s. vt libertus nõ cõueniatur directe, vt hic: sed per medium, & indirectum sic, quia hæres primo, & heres recuperat à liberto, vt in cõtrario. hãc reprobat glo. Ideo sol. scd̃o, ꝙ hęc l. debet intelligi in seruo per fideicommissum manumisso, quo casu si peculium nõ est ei legatum, ipse nõ agit ne conuenit. Sinautem est ei legatum, ipse agit, sed nõ conuenit: & sibi imputet heres, qui aliqñ fuit dñs, ꝙ ibi nõ deduxit ad id, qd̃ erat obligatus. l. autẽ ꝯria loquitur in liberto orcino, i. cui directo libertas est legata. & sic eius dñium nunq̃ fuit penes hæredem. ideo si peculium est ei legatum, cum legatum cedat vna cum libertate, nõ potest hæredi imputari, cur non deduxit, cum nullo tempore penes se dñium habuit. ideo libertus agit, & conuenitur, vt ibi. Secus si peculium nõ fuisset ei legatum, qa tunc hæres tñ conuenit apud quem remanet. In dubio aũt non præsumitur ei legatum, licet in dubio manumissio inter viuos præsumatur cõcessa. j. de pecul. le. qui li. me. l. j. & ibi per glo. ponitur rõ. Ex istis casibus q̃b. peculium trãsit in manumissum ꝯ debitores peculiares, transeũt vtiles non directæ. ff. de pec. l. si Sticho. præterquam contra manumittẽtem.
2 vt in tex. no. ff. de pec. l. si peculium. §. sicut. † Et ex illo tex. dicit Ia.
a de Ra. ꝙ cedẽs [a] ac. vl̃r ꝯ debitores hæreditarios, nõ intell̃r cedere ꝯ se. Quærit glo. q̃d si res peculij fuissẽt hypothecatæ creditori peculiari. respond. & bene ꝙ transeunt cum onere hypothe. sed prius excutiendus esset principalis. s. de ac. & obl. auth. sed hodie

ADDITIO.

a Quòd cedens. Adde Soc. consi. 206. inci. in præsenti consultatione. vers. quartus casus. in 2. par. vbi hoc idem allegat & firmat.

LEX III.

Promissæ. Pecunia ob libertatem promissa petitur per ac. in factum. h. d. No. ꝙ promissum in seruitute potest nouari tempore libertatis. No. ꝙ si ex contractu innominato promitto vt manumittas, datur ac. in factum extraordinaria. Op. ꝙ promissio non tenet. l. fi. de li. cau. ff. Sol. vt in gl. Opp. quod detur actio de dolo. l. eleganter. §. seruus. ff. de dolo. So. vt gl.

LEX IIII.

1 *Actio furti in manumissum unde oriatur.*
2 *Surripiens rem in una iurisdictione, non punitur de contrectatione in noua iurisdictione.*

1 Licet. Seruus ex furto alij factõ quàm dño tenetur liber factus. h. d. † Quærit glo. vnde oriatur hęc actio furti, quæ datur in manumissum. resp. glo. ꝙ ex furto in seruitute commisso. & subiungit, ꝙ illa actio, quæ datur noxaliter contra dominum, est illa quæ competit contra manumissum. Ex ista glo. no. ꝙ licèt liber factus cotrectet, ex ista contrectatione non tenetur, quia sufficit antiqua, vt l. cum qui. ff. de fur. & hoc, quando

surripuit

surripuit extraneo.Si autem domino,tūc ex noua cōtrectatione
oritur actio furti,quia ex prima nata non esset,vt inf.eo.l.fi.s̄.de
3 noxa.l.j.† Et faciunt hæc, vt surripiens in vna iurisdict.& postea
contrectans in alia,non possit in hac noua iurisdictione puniri,vt
aliàs dixi in l.si abducta.j.de fur.

L E X V.

Si vt allegas. Seruus,qui gessit negotia dominæ suæ,li
ber factus non tenetur.h.d. Quærit glo.
quid si peculium ei donasset dic,vt dixi.s̄.eo.l.2.

L E X VI.

1 *Dominus in seruos quasi iurisdictionem habet.*
2 *Iudicium non cadit inter seruum,& dominum.*

Siue. Ex delicto commisso in dñm seruus liber factus non
1 tenetur.secus si liber factus deliquerit.h.d.† No.ꝙ dñs
habet vnam quasi iurisdictionem in seruos suos, sed non potest
sæuire,sed castigare eum cum verberibus, vt in gl.& ff.de his qui
2 sunt sui vel alie.iur.l.2.†No.regulam: videlicet ꝙ inter seruum &
dñm non potest esse iudicium. Fallit in casibus no.in l.uix certis.
ff.de iu. Item no.qui neglexit cū potuit,nō auditur postea ,& for-
tè ideò,quia pepercisse videtur.ar.l.diuus.ff.ad Sil.No.ex fi.ꝙ vbi
factum est vno tpe punibile,& alio non,oportet,ꝙ agens probet
factum esse tempore, quo est punibile, vt hic, & l.eum actum.ff.
de nego.gest.de quo per Bar.in l.non solum.§. sed ut probari.ff.de
no.oper.nunc.vide glo.per te.& adde quæ dixi.s̄.eo.l.j.

Quando fiscus, uel priuatus debitorem sui debitoris exigere possit. Tit. xv.

L E X I.

PRopter. Pro debito pupilli res tutoris non pñt capi.
h.d.glo.est clara,quam vide per te.Ab ex-
tra op,de l.j.§.si procu.ff.si quis ius di.nō ob. Sol.ꝙ pro debi
to pupilli non possunt capi;vt hic,sed propter eius contumaciam
potest tutor mulctari & eius pignora capi , & tunc non secūdum
mensuram debiti,sed pro qualitate delicti.

L E X II.

1 *Sententia quæ contra debitorem fertur , in subsidium contra debitorem debitoris executioni mandatur .*
2 *Sententia, quando possit executioni mandari contra debitorem debitoris.*
3 *Actio vtilis,an & quando possit contra debitorem debitoris intentari.*
4 *Debitor debitoris conueniri potest quatuor concurrentibus.*
5 *Debitor res domi suæ repertas,possidere præsumitur.*
6 *Iudex inquirere potest de bonis penes debitorem repertis.*

Si in causa. Si in bonis condemnati nihil sit, quod pos-
sit pignoris loco capi, debitor suus ad solu-
1 tionem potest vrgeri.h.d.† Nota,ꝙ sententia lata contra debito-
rem mandatur in subsidium executioni contra debitorem debi-
toris;& sic videntur duo requiri,vt ad nomen debitoris possit per-
ueniri.s.principalem condemnatum esse, & excussionem bono-
rum eius factā esse,& sic no.ꝙ ad exequutionē nō peruenitur,nisi
immobilibus,& mobilibus excussis.Item ꝙ in excussione quæri-
tur,an mobilia,vel immobilia sine quęstione capi possint,vel nō.
Ex quo no.aliud,ꝙ dubia, & incerta seu litigiosa debent dimitti:
certa,& nō litigiosa aggredi,vel eligi.Opp.ꝙ condemnatio prin-
a cipalis debitoris nō sit necessaria. [a] ut j.eod.l.non prius.glo.ibi in
fi.sui, Sol.quia hic in causa priuati,ibi in causa fisci,in qua sufficit
debitorem nō esse soluendo absq; aliqua sententia, & de hoc ibi
latius dicam.Opp.ꝙ imo isti debitores nō exigātur, nisi prius de-
bitum cōfiteantur,vt l.seq.& ff.de re iudi.l.à diuo pio. §.sed vtrū.
Sol.confitendo cōtrarium,vt in gl.& sic habes, ꝙ in priuato tria
sunt necessaria.s.principalis condemnatio , bonorum eius excus-
sio,& debitoris exigendi cōfessio.& est ratio, quia cum hic excus
sio fiat iudicis officio, debet habere paratam executionem, vt ff.
de mi.l.minor.25 ann.sed cum iste diffitetur,non potest executio
2 fieri sine strepitu iudiciorum,ergo,&c. † Quæro igitur tunc,quid
si malitiosè diffiteatur. Pla.dixit, ꝙ non differetur executio.gl.ꝙ
imo per d.§.sed vtrum. Cyn. dicit, ꝙ si statim potest apparere de
malitia,tūc non ob.inficiatio.arg. infra.de compen.l.fina.aut non
potest statim apparere, & tunc non fiet executio.addit Bal.quòd
apparere debet per probationem probatam,non probandam, &
appellat probationem probatam, ipsius debiti instrumentum .
Mihi uidetur, quòd si ille falsum velit dicere instrumentum, vel
solutionem,vel aliam exceptionem opponere,ꝙ debet audiri.Et
scias,ꝙ vbi exceptionem oppono , & alter contractum non fate-
tur nec negat. ꝙ in exempli probatione deficit , ipse pro confesso
habetur.ita not.glo.singularis in Authen.de exhib.re. §.suscepto.
super ver.confess.colum.5.Quæro igitur,si de malitia statim non
potest constare.respond.gl.quod dabitur curator bonis,qui actio-
nem moueat,&c.idem nota.glos.in l.ab hostibus.in princip. ff.ex
quibus causis maior. Et poterit creditor ipse dari curator,vt l.de-
bitor.ff.de neg.gest.& l.cuius.ff.de cu.fur.Est & alia via agendi, ut
sequitur in gl.& plenius no.inf.tit.j.l.hæredem. & inf.quæ res pig.
ob.posl.nomen. & ibi per Cy. Circa ꝙ scias,ꝙ id quod gl.dicūt,
ꝙ potest agi vtili hypothe.si nomen erat obligatum. reprobatur
per Iac.de Rau.& Cy.dicentes, ꝙ hypothecaria nullo modo po-
test agi his rationibus . prima , quia hypothe.auocatur possessio.
ff.de euict.l.si cum venditor.in princip. sed nomina non possiden
tur.ff.de acqui.rer.domi.l.seruus.§.incorporales .ergo videbatur,
ꝙ per hypothe.auocari non possunt. secunda , quia res obligata
auocatur , sed pecunia quæ ex nomine debetur , non est obliga-
ta,ergo pro ea hypothe.non agitur.Alij confitentes rationes præ-
dictas,dixerunt quod agi non potest directa,vt in prædictis ratio-
nibus:sed hypothe.vtili sic,quæ insurgit ex mente.quia obligans
ac. gerit in mente obligare id,quod sibi debetur ex actione obli-
gata ; & licèt actiones in se sint incorporales & propriè non pos-
sideantur, tamen impropriè quasi possidentur. ac etiam quando-
que corporalia iudicantur si res ad quam competunt sit corpora-
lis,vt latius dixi in l.iubemus.in princip.j.de sacrosan.eccle. Ideo
omnibus his ponderatis dicunt ipsi, ꝙ not.glo. dixerunt agi vtili
hypothe.non directa , & de hoc dicunt esse casum in Authen.de
fideiuss.§.sed neque.ver idem est.Ego autem aliter illum tex.intel
ligo , & etiam glo. vt non loquatur de hypothe. ipsius creditoris
agentis, sed de hypothe. competenti debitori contra suum debi-
torem,qua nunc agit iste creditor;& est vtilis, quia directa est pe-
nes debitorem . simile de personali debitori competenti , qua
intentat utilem,directa remanente penes debitorem, & transeūt
istæ vtiles ex obligatione actionum , quam fecit debitor suus, si-
cut ex legato,vel vēditione nominis.Et ita intelligo.d.l.nomen.
Et fateor,quad actiones quasi possideantur per creditorem, quia
tunc ei, vt possidenti non curreret præscriptio. hoc tamen aliàs
discutiendum relinquo. Sed tunc insurgit dubium,quæcūque ex
prædictis actionibus intentetur , an sit necessaria primo excussio
debitoris principalis,& Cy.in d.l.nomen arguit pro,& contra.sed
Bar.in l.si conuenerit.in princ.ff.de pig.act. dicit ꝙ non, quia iura
noua,quę volunt,ꝙ primo excutiatur principalis,habent locum,
quando conuenitur fideiussor,vel extraneus pignorum possessor:
non,qū conuenitur debitor debitoris,vt in casu nostro.Et est ra-
tio,quia isto casu lites minuunt,primo vero augmētantur, & plu
rificantur, cū extraneus possessor euictus postea sit acturus cōtra
actorem suum,nō debitor.Sed Bal dicit,ꝙ qualitercunq; agatur,
excussio est necessaria.& dicit esse casum in l.j.j.de cōue. fis.debi.
li.10.sed dicet quis,ille tex.nihil.facit, quia si prima lectura ibi po-
sita consideretur,ibi loquitur in fideiussore,qui indēnitatem prō-
misit,de cuius promissionis natura est, vt prius excutiatur princi
palis,quia significatum verbi hoc importat ff.ad Velle.l.tutor.&
de ver.ob.l.si stipulor.§.fi.& j.si mu.inde.promi.l.j.& 2.& si consi
deretur secūda,illa loquitur in tacita hyp.qua possessor nō cōue-
nitur,nisi principali excusso: & hoc est ius cōe , vt l.monachis.ff.
de iure fisci. Nos vero quærimus de expressa . Præterea ibi extra-
neus possessor regressum fuisset habiturus ꝯ principalē. & sic po-
tius cōcordat cum d Bar.& si cōsideretur tertia, quæ loquitur in
debitore debitoris , qui non potest cōueniri à fisco, nisi prius suo
debitore excusso,licet nō cōdemnato; tunc illa.l.videtur obstare
d.Bar sed ab eo potest saluari, ut ibi loquatur, qū principalis pro-
misit indemnitatem , quo casu oportet ꝙ ipse prius excutiatur,ꝗ
ad debitorē debitoris perueniatur . hoc vult illa tertia lectura ad
tex.relata. Vel dic,ꝙ ibi nō præcessit expressa hypoth.act.ex qua
trāferuntur vtiles,ideo solum in subsidium exercētur,hic sic. Po-
3 test etiam vna 4.lec.ibi addi.dicam,j.eo.l.nō prius.† Quicquid tñ
de illo tex.sit , ego puto istas vtiles nō posse intētari ꝯ debitorem
debitoris , nisi principali prius excusso. & hæc colligo ex ordine
dato in d.§.sed neque.Ibi enim vult,vt prius cōueniatur principa
lis,& excutiatur in rebus:secūdo iuribus,& actionibus:tertio con
tra spōsores,& mādatores,&c.Nec ob.si dicas,vtilis sibi compe-
tit nomine suo.quia respon.hoc pro vero supposito, nō competit
sibi simpliciter, & absolutè: sed pro tuitione, & securitate debiti
sui,quia ex hypotheca bonorū,vel nominis . Vnde nō propterea
infertur,ergo illam intentare potest illo nō excusso , cum & ꝯ fi-
deiussores habeat propriam actionem: & tñ illam intentare non
4 potest principali nō excusso.†Quæro modo,an sit aliquod reme-
dium indubitatū,vt agatur ꝯ debitorem debitoris principali non
excusso.dic,ꝙ sic, si creditor idemque debitor ei mādet act.nam
tunc,vt procu.licèt in rem suam habebit exercitium directarum,
contra quas talis exceptio non competit. Et dicit hic Cyn.quòd
ad eas mandandas potest compelli per l.si conuenerit. in princ.ff.
de pigno.actio. Quæro ab extra.supposito,ꝙ actiones non sint ei
mandatæ,nec hypothecam habeat,an sit necesse,ꝙ in hoc nomi
ne prius mittatur in possessionem quam utilem possit intentare.
Respon.quod sic,ut infra.de pigno. præto.l.j.& ibi glo.singularis
5 de modo mittendi. † Et ex his modo concludendo habes , quod
ad hoc , ut debitor debitoris conueniri possit , requiruntur qua-
tuor,scilicet principalis debitoris condemnatio,eius in bonis ex-
cussio

A D D I T I O.

a † Condemnatio principalis debitoris non sit necessaria. Adde tu ad hoc, an in causa fisci posit executiuè procedi absq; sententia , uide de hoc Bal.in l.quoniam nonnulli.j.de appel.& in l.j.j.de hęr.vel act.ven.& quod ibi no. Alex.in apost,ad Bar,& l.pe.j.de consef.debi.lib.10.

cussio sui debitoris,cōfessio expressa,vel implicita,seu tacita,vt in
preallegata gl.in d.§.suscepto. vel ipsius negātis condemnatio &
ipsius nominis cōfessi, vel cōuicti in possessionem missio.Et hoc
in debitore priuato est,qū nomen nō erat hypothecatum. Quan
do autem fuisset hypothecatum dic , vt s̄.de debitore fiscali dicā
in seq.Quæro tex.dicit,ꝙ nihil est,quod sine quæstione capi pos
sit.quō hoc scietur?dicit gl.quia vicini veniūt & dicūt omnes res
mobiles,& immobiles suas esse.quod no.si eis sic de facili debet
credi,cum hoc videatur cōtra l.2.s̄.ne vx.pro mar.& quod ibi di
xi.& contra.l.j.j.de priui.fis.,Or attende,iudex debet committere
nūcio, vt ducat creditorem in tenutam bonorum debitoris con-
uicti,& cōdemnati pro quātitate cōtenta in sñia:& primo mobi-
lium, secūdo immobilium &c.dic,vt ff.de re iu.l.à diuo pio.§.su-
per rebus,& seq. Et eorum, quæ sine quæstio. capi pñt nam hæc
6 talia facilia executioni committi pñt.l.fi.ff.de iudi.† Si nūcius re-
perit res in domo debitoris,illæ præsumūtur suæ,& ab eo posses-
sæ.ideo in illis debet mittere in possessionem,& si qui contēdunt
suas esse,vel à se possessas, debent docere, vt in contrariis.vbi au-
tem res,quæ dñr debitoris,sunt penes alios,qui dicāt nuncio suas
esse:tūc nuncius nō debet in possessionem mittere neq; capere,
vt portet ad iudicem,cū reperiat alium possidere . & sic p̄sumun-
tur suæ:sed debet referre iudici,ꝙ nihil reperit penes debitorem,
sed penes alios aliqua reperit,quæ licet creditor, vel alius dicat ea
fore debitoris,tamen possessores dicunt suas esse; & tunc cum si-
ne quæstio.capi nō possint, ad nomen debitoris est recurrēdum.
7 †Item scias, ꝙ iudex ad instantiam creditoris potest per se de his
bonis inquirere faciendo eos citari,qui dñr possessores, vt debeāt
comparere coram eo ad cōtradicendum quicquid volunt, ne ta-
lis sñia mittatur executioni in talibus bonis: imo quia possessores
possunt ignorari,potest etiam facere proclama generale,ꝙ si quis
prætendat se possidere , vel aliud ius habere in talibus bonis , in
quibus petitur fieri executio talis sñiæ, debeat coram eo compa-
rere,hæc probātur.ff.ex quib.cau.in poss.ea.l. hæc autem.§.j. & ex
hoc apparebit,an bona sine quæstione capi possint,vel non. Sed
an iudex super hac excussione habet pronūciare.resp. vbi dixi.in
auth.sed hodie s̄.de ac.& obl.Nunc vero reuoco in dubium. po-
ne,ꝙ nō sunt bona, quæ sine quæstio. capi possunt,& iudex pro-
nunciauit ad nomina debitorum esse procedendum;debitor cita
tus negat,vult creditor probare.dicit ipse,quod prius excutiat bo
na,quæ in quæstio,dñr esse:quia & ipse similiter est in quæstio.&
sic est in pari causa cum his, qui dñr possidere bona, vnde pp pa-
ritatem tūc recurrēdum est ad regulam,vt primo exutiantur bo-
na,quæ dñr in quęstio.ꝗ debitorum nomina,quæ etiam in quæ-
stio. dicuntur. forte ꝙ isto casu assertio vicinorum multum ope-
rabitur.i.vt his pro quibus assertio,vel fama vicinorum laboraret,
illi priuilegiatiores essent.& pro hoc facit ista glo. cogitabis.

L E X III.

1 *Procurator Cæsaris debitorem debitoris fisco soluere coget.*
2 *Fiscus procuratorem Cæsaris habet in iudicem , quando ex persona sui debitoris agit.*
3 *Officium procuratoris Cæsaris quando implorari possit.*

1 **Si debitum.** † Procurator Cesaris tenetur ex officio
compellere ad soluendum fisco debito-
rem debitoris sui,quando debitum non inficiatur.h.d.subaudi.&
suus debitor non est soluendo.vt in l.sequenti.Et ꝙ litera dicit,nō
inficiatur. expone quod fatetur, aliàs tacens potius diceretur ne-
gare,nisi iudex eum monuisset,ꝙ eo non respondente eum habe
ret pro confesso.vt in c.2.extra.de confe.lib.6.& no.in l.certum.§.
2 j.ff.de confes.† No.ꝙ fiscus agens ex persona sui debitoris habet
procuratorem Cæsaris pro iudice.circa quod uide quod dixi.in l.
cum vendentem.s̄.vbi causæ fisc. Nec ob.l.j.s̄.de condi.ex l.ibi,
præses est competens iudex.quia ibi fiscus non agit , sed debitor
3 fisci.aliàs si fiscus ibi agit,vt sentit ibi glo.dic,vt ibi dixi. † Quærit
gl.istud officium quando competit,uel quando implorari potest.
& respond.ꝙ debitore fisci condemnato pro executione senten-
tię,implorabitur procuratoris Cęsaris officium,vt illam exequat
contra debitorem debitoris condemnati: qui ad solutionē com-
pelletur,si debitor non inficietur,ut hic.& si neget, dic,vt dixi su-
per tex.Quęrit glo.quid si nondum erat condemnatus.respon.gl.
ꝙ tunc fiscus agit cōdi.ex l.vt s̄.de condi.ex l.l.j.Et supple,vel illa
vtili,quam debitor habet directam,vt l.seq. Et quando altera ea-
rum debeat intentari ibi dicam, & tunc officium non est nobile,
sed mercenarium deseruiens actioni. contra quod opp.gl. ꝙ nec
fiscus sic de facili agat contra debitorem debitoris;vt j.l.proxi.&
solu.quod hanc intelligit secundum illam.s.suo debitore nō exi-
stente soluendo,vt ibi.circa quod vide ꝙ ibi dicam. Item opp.gl.
de l.3.§.multa.ff.de iure fisci.& de leg.j.j.de conue.fi.debi. lib.10.
dic,ut dicam in l.seq.vbi melius cadunt.

L E X IIII.

1 *Fiscus quando contra debitorem debitoris agere possit. & nu.2.*
3 *Fiscus,an possit contra debitorem debitoris sui experiri, si debitor principalis sit soluendo.*
4 *Debitor debitoris petens principalem conueniri , quando audiatur.*

1 **Non prius.** † Fiscus non agit contra debitorem de-
a bitoris,nisi constet[a] principalem nō esse
soluendo.h.d concor.l.3.§.multa.j.de iur. fis. No.ꝙ qū per nega-
tiuam aperitur via agendi , negatiua debet probari: vt s̄.de act.&
obl.Opp.ꝙ fiscus non habeat actionem,quia secum nō fuit con-
tractum,vel quasi,& nemo experitur sine actione,vt l.si pupilli.§.
videamus.ff.de neg.gest. Solu.ꝙ actionem habet.s.condi.ex l.vel
vtilem quam debitor habet directam.de condi.ex l.fatentur doc.
verum esse in casu. l.primæ.s̄. de condi. ex l.vbi ante diem agit.
extra illum casum dicunt non agi condi. ex l.ne si forte actio fo-
ret bonæfidei,non transferretur in condi. ex l.quæ est stricti iuris
& etiam nec si prima foret temporalis, transferretur in perpe-
tuam , vt est condi. ex l.sine facto debitoris. ita dicit hic Nicol.de
Mat.& Bar.in d.§.multa . De vtili vero,quo directa competit de-
bitori, fatentur omnes, vbi ante diem non agit, sed tunc stat du-
bium,vnde illa vtilis competit,cum secum nō sit cōtractum, vel
quasi.Dicunt quidam eam datiuam esse.alij , ꝙ ex hypotheca bo
norum & actione transit vtilis , sicut ex datione in solutum , ut
dixi s̄.eod.l.1.& sic fiscus ex expressa,vel tacita hypotheca habe-
2 bit vtilem. vt l.nomen. infra. quæ res pig.ob.poss. † Oppo.ꝙ non
sufficiat apparere principales reos non esse soluendo, sed sit ne-
cesse eos condemnatos esse ; vt supra eodem.l.secunda. respond.
gl.illa in priuato debitore : hęc in fiscali.& idem not.in d.l.secun-
da.Sed ab extra oppo.quòd non sit necesse priuatum debitorem
condemnari,quia condemnatio non plus facit, quàm eum appa
rere debitorem esse,ergo si aliter constat , vel non negatur illum
debitorem esse,condemnatio non est necessaria, ne superfluis vta
mur,& maximè frustratorijs,vt ff.vt le.no.cau.l.hæc stipulatio.§.
diuus , sufficere ergo debet, ꝙ appareat eum soluendo non esse.
pro hoc facit.ff de eo.per quem fa.est.l.fina.in princ. & ff.de lega.
primo.l.planè.la secunda.§.primo. & quod not glo. in l.his solis.
ff.de condi.indebi.& quod de fideiussore,& reo principali.not.in
l.fina.ver.si cum Seio.ff.si certum peta.Quidam confitentes con-
trarium,dicunt glo.istam procedere,quando non constabat eum
debitorem esse,& ita intelligunt l.secundā, supra eo.uel ibi sic de
facto fuit,cum ibi de condemnatione fienda disponat:licet de fa
cta narratione ob aliud dicat . Ego non discedo à glo. cum qua
mundus pertransit,& ad obiecta respon.quòd in diuersis casibus
loquuntur,quia hic quando agitur contra debitorem debitoris,in
ll.in contrarium alleg.agitur contra tertium ; quia ad eum com-
modum peruenit. quo casu , an principalis debeat condemnari
prius vel non,ibi non declaratur.sed supposito, ꝙ non, in diuersis
casibus loquuntur.Non ob.quod no.glo.in l.fi.ver.sed si.quia ibi,
quando contra fideiussorem agitur,cuius obligatio cōnexitatem
habet cum principali , & illam supponit . præterea & ibi in defe-
ctum principalis intercessit obligatio fideiussoris.Vel forte dicē-
dum est & nō malè, ꝙ interdum priuatus nullam actionē habet
ꝯ debitorem debitoris sui , & tunc ut possit contra eum experiri,
necesse est prius debitorem principalem condemnari,vt eo con-
demnato in subsidium cōtra eius debitorem fiat executio. Et ita
intelligo l.2.s̄.eo.& istas gl.Aut act.habet,quia nomen habet hy-
pothecatum,& tūc sufficit debitorem principalē cōstare non esse
soluendo,absq; alia cōdemnatione de eo fienda,quia tunc inten-
tari potest vtilis actio contra debitorem debitoris: vt l.nomen.j.
quæ res pig.obl.pos.Et isto casu non est differētia inter fiscum, &
priuatum.quod no,quod aliàs nō audiui.habet enim fiscus , & si
nō expressam,saltem tacitam hypothecā,vt j.in quib.cau.pig.ta.
3 cōtra.l.j.& 2.† Quæro an sit dare casum,in quo & si debitor prin
cipalis fisci sit soluendo,possit fiscus contra debitorem debitoris
experiri?dicit glo.ꝙ sic in duobus casibus positis in l.3.§.multa.ff.
de iure fis.& in l.j.j.de conue.fi.debi.li.x.Sed attende,qa in quali-
bet istarum ll.tex.est obscurus. dicit enim litera in d.§.multa. ꝙ
unus est casus,qū ex ratione fisci nomen factum est.quod decla-
rat gl.& doct. qū secūdus debitor ex pecunia fiscali factus est de-
bitor,puta quia fiscus mutuauit pecuniam Titio,& Titius eādem
mutuauit Gaio. nam tūc ex ratione fisci. i.ex pecunia redacta ex
ratione fisci nomē ſm contractum est.Secundus casus est, qū ex
contractu fiscali debitorem cōueniat.Et istum declarat Bar.per l.
quoties.in prin.ff.de admi. tu.puta qū administrator pecuniæ fis-
calis illam mutuauit Titio , & stipulatur nomine fisci sibi reddi.
sed tale exemplum non videtur bonum,quia si hoc est in præce-
denti,fortius de isto, & sic erit de indubitabili. Ideo alij ponūt cō
exempla,vt istud sit exemplum primi , & illud sit exemplum hu-
ius secundi.Sed nunc uideamus de exemplo l.j.j.de conue.fi.de-
bi.Et circa hoc est sciendum,ꝙ ibi ponuntur tres lecturæ,duę pri
mæ nō attingunt nostrū propositum.tertia sic, & ibi ponēdus est
casus , ꝙ administrator fisci vendidit res eius proprias Titio pro
certio precio ei soluendo , postea , quia malè administrasse dici-
tur, vult agere fiscus ad precium illud contra debitorem eius,qui
reliqua

A D D I T I O.

a Nisi constet. Adde huic tex.l.1.j.de conuen.fis.debi.lib. x.in 2.& 3.lect. ubi dicitur,ꝙ fiscus potest conueniri re.debitorem debitoris sui,excusso tamē prius suo debito e principali,facit l.monachis.aliàs incipit quædam.ff.de iure fis.& vide Bar.in d.l.3.§.multa alle.tex.ff.de iure fis.

reliqua ex administratione contraxit,& dicitur ibi, ꝙ non potest nisi primo excusso.& ita dicit glo.sed dices tu,si ita est, ꝙ ibi non conuenit,nisi principali excusso,quo gl.dixit in l.præcedēti,ꝙ fallebat,ibi dicunt quidam,quod glo.hic male dixit,& ibi bene.Ego autem eas sic concordo,ut gl.in l.præcedenti dicat bene,si ponamus,ꝙ res quæ dicitur vendita in d.l.j.erat fiscalis, quia tunc emptor in re fiscali factus erat debitor.Sinautem ponamus, ꝙ fuerit propria administratoris,tunc gl.posita in d.l.j. melius di. videlicet ꝙ excussio prius est facienda,vt ibi & hic.Et ex his habes cōcordare alias opi.quæ ponuntur per gl.in d.§.multa.vt hic concludēdo dicamus,quod ubi debitum secundi debitoris est contractum ex pecunia fiscali,vel ex alia re fiscali,seu eius occasione, debitor secūdus possit conueniri a fisco,etiā si principalis sit soluendo,nec exigitur qđ sit condemnatus.Vbi autem debitum secundi sit alia cum causa contractum,tunc demum potest cōueniri,si principalis non sit soluendo,ut hic,& d.§.multa.in prin.Nec exigitur condemnatio primi,quando aliter non apparet eum debitorem esse, vt s.dixi. Sed attende,quia dices tu,hoc non est speciale in fisco, quia idem in milite pupillo, vt nulla excussione facta, & etiam suo debitore existente soluendo agāt contra debitorem debitoris,quando ex eorum pecunia debitum fuit contractū,vt ff. si cer. per.l.si pecuniā,vbi casus no.& ego rñ.qđ fateor, qđ in pupillo milite,& fisco est par priuilegium. Est ergo in fisco speciale respectu
4 aliorum,qui non habēt simile priuilegium.† Quæro tūc ab extra, in casu,quo debitor debitoris potest conueniri, pone, qđ debitor iste petit principalem conueniri suo sumptu, & periculo,paratus satisdare fisco de indemnitate prædictorū,an sit audiendus. casus vr̄,qđ sic,in d.l.j.ꝟ.de conue.fis.debi.& hoc prout illa verba,promissa fisco de idēnitate,intelliguntur de promissione facta ab emptoribus.Ibi querelā facientibus,qđ no.quia ista est una 4.lec. ad illū tex.quæ magis vr̄ applaudere literæ,q̄ aliqua ex lecturis gl. Quæro qualiter constare debet debitorem principalem nō esse soluendo.rñ.vt dixi in auth.sed hodie.s.de act.& obl. Quæro dixi,qđ in fisco est speciale,ut possit conuenire debitorem debitoris sui, q̄do debitor fisci est ex cōtractu,vel quasi.sed quid,si sit factus debitor ratione delicti,de quo est condemnatus.dic aut condemnatio est publicationis bonorum,& tunc nulla excussio est necessaria,quia & nomē debitoris sui uenit in publicationē,& fiscus ut quasi hrs agit.ff.de fide.l.inter eos.§.si.ff.de noua.l. nouatio. in fi. Aut condemnatio est certæ quantitatis,& tunc excussio est necessaria,seu alio modo debet constare condemnatum non esse soluendo , ut hic.Et adde quæ scripsi in l.si quis posthac.ꝟ.de bo. dam.

LEX V.

1 *Vtilis proprio nomine; directa uero mandantis.*
2 *Vtilis,an ex sola datione,& sine cessione transferatur , & an per emptionem nominis,& nu.3.*

In solutum. Ex donatione nominis in solutum transferuntur utiles,non directæ,nisi mandētur
1 expresse.h.d.† No.quòd utilis intentatur proprio nomine,directa uero nomine mādantis.Opp.qđ utilis non transit ipso iure, ut l.j. ꝟ.de noua.Sol.qđ hic dicit insolutū,ibi delegauit,& sic fuit uerbū iuris translatiuum,ibi secus.simile in l.ad eum.ff.de don.& ibi gl. Opp.qđ male dicat suo nomine,cum hic nō ꝯxit,uel quasi cū eo ꝯ quem actio datur in solutum.Sol.vt in glo.qđ hic alio respectu dicit,videlicet pp conuentionem,q̄ fecit cum suo creditore.Et cognoscetur ex conclusione libelli,an agat utili suo noīe,quādo cō-
2 cludet sibi dari,ut dixi in l.qui stipendia.s. de procu. † Quæro , an ex sola datione in solutum transferatur utilis sine cessione. Et di
a cit gl.a qđ non,quia sicut per contractum rei corporalis non trāsfertur dñium,nisi traditione secuta,ut l.tradit s.de pac.&quod ibi not.sic nec in corporalibus,nisi q̄do quasi traditio sequatur, q̄ fit per cessionem.Ex ista gl. no. argumentationem, q̄ facit de rebus corporalibus ad incorporales, quia doc. multoties istam equipa-
3 rationem gl.allegant. † Secundo no. qđ per emptionem nominis seu dationē in solutum non transfertur ipso iure utilis,nisi ad cessionem procedatur.Casus contra.no.gl.in l.j.s.de act.& obl.dum casus enumerat,in quibus utilis transit sine cessione,vt in emptione nominis,& datione in solutū. Et pro hoc sine cauillatione est casus hic.& s.de act.& obl.l. 2.& l.si in solutū.Sed potest gl.saluari,vt dicamus,qđ per dationem in solutum implicite dr̄ actio cedi ut Pe.dixit,qđ nihil est,quia implicatio ista necessaria nō est: imo forte non est absurdum dicere,qđ ex quolibet titulo habili ad trāslationem dñij in rebus corporalibus transferatur vtilis,in iuribus & actionib.ratio est,quia actiones,non situantur loco, sed cohærent personę.l.2,& 3.ff.pro soc.& sicubi persona cui cohęret præsens est,ibi ac etiam præsens est,licet videri vel tangi nō possit, qa corpus non habet. Sicut ergo rei corporalis præsentis ex titulo habili,transfertur dñium,vt l.si res.ff.de rei ven.sic ex titulo habili per eum cui cohæret actio,ipsius actionis velut rei præsentis transfertur,aut utilis directa non possit separari,quod etiam patet, quia si per cessionem transfertur hic utilis, cur non, & per quemlibet alium titulum habilem a prin. ad ipsius translationem,imo si bene consideres,cessio actionis est executio alicuius conuentionis preambulę explicitę, vel implicitæ, quæ non fuit tunc sui natura actionis translatiua,puta si conueni tibi dare in solutum nomen debitoris mei,uel conueni ipsum dare in dotem , vel conueni ipsum tibi donare,ex nulla istarum conuentionum trāsfertur, quia hoc non agitur,cum futurum , & non præsens respiciant. Cum igitur postea cedet,vt conuentionem impleat,ex præambulo titu
b lo intelligitur facta translatio,[b] quia ille titulus est causa huius cessionis,quæ tunc fuit necessaria,vt impleretur conuentio non impleta,secus igitur quando a princ.est in se perfecta,& plena. ita qđ sui significato, & natura aliud implementum post se non desiderat, sicut quando de præsenti ego do in solutum , vel in dotem vel vendendo,vel donādo act. hæc sunt subtilia, iō stomacho ieiuno cum tenui sensu sunt degustanda . Quæro , an hæc utilis sit natiua,vel datiua.& gl.hic dicit,ꝙ datur a l.& bene,sed qa de hoc plenius scripsi in l.j.in 8.q.s.de act.& ob ideo ibi uide.Quærit glo. 2.quæ differentia sit inter mandare,& cedere,& remitit ad no.in d.l.j. dic vt ibi in euidentialibus scripsi , & an vtilis expirat morte cedentis,ibi vide in 6.oppo.

ADDITIONES.

a Et dicit glo. Adde Bar.hic,& in d.l.i supra de actio,& oblig.in ult.colum. & adde not,in l,fin.ff.de do.
b † Intelligitur facta translatio. Adde quod hoc casu eo ipso,quod traditur instrumentum,intelligitur facta cessio in præsentem,uel in habentem cām, ita colligit hic Bal,& idem Bal,cum Im,in l,Meuia,in prin.ff. sol. ma,

De actionibus hæreditarijs. Tit. xvi.

Continua rubricam, ut in glo.vel dictum est,qualiter omnis alius conueniatur pro alio,nunc quādo alius, qui tamen fingitur idem cum eo sicut est hæres,vt in Auth. de iurciu.a mo. præsti.§.j.

LEX PRIMA.

1 *Cohæres,an pro rata sua possit conuenire cohæredes,& qua actione,& nu.seq.*
3 *Personalis,& hypothecaria,an possint simul intentari.*

PEcuniam quam. Primo in personali.Secundo in hypothe.Secūda ibi,
1 sed res. † Alter ex cohæredibus pro pecunia sibi a defuncto debita pōt cōuenire cohæredes pro rata & persequi pignora.h.d. Opp.qđ non agat pro parte sibi competenti,sed pro parte cohæredū,cum pro sua parte sit extincta,pro aliis non,ut ꝟ.co.l. si adulta.
2 Sol.exponendo literā,ut in gl.† Opp.ꝙ hypothe.agere non possit quia hypothe.est extincta in ea parte,qua factus est dominus rei hypothe.vt l.neq; pignus.ff.de re.iu.Sol.vt gl.scilicet,qđ attēta natura hypothe.actionis quę est ut non tollatur,nisi debitum in totum soluatur,insolidum agitur,sed attento dominio agentis, pro ea rata obstat exceptio , & sic cum effectu ad solidam rem hypothecariam non agitur. Vel dic, qđ ista litera dicit, qđ ad solidā rē agatur hypothe.agetur ergo pro sua parte rei uen. pro aliis hypo
3 the.† Iuxta hoc quero, an personalem hypothe. simul intentare possit,dic qđ sic,contra eundem,ut est in casu nostro , non contra diuersos, quia prius debet excuti principalis,text.est singularis,qđ possit contra eundem.in Auth.de fide.§.sed neq; uer. contra principales. col. j. Quæro cum glo. pone quod indiuiduum debebatur a defuncto,puta seruitus,an per adi.hæreditatis quam facit,is cui debetur extincta erit actio tota,an in nihilo. & videtur, quod in nihilo.arg.ff. de seru. ru. præd. l. si communi . Econtra uidetur quod in totum,quia res deuenit ad casum,a quo incipere non potest, quia pro parte domini seruitus imponi non pōt, & sic debet tota uitiari.l.pro parte.ff.de ser.Sol.qđ si seruitus iā erat imposita, sic res erat in perfecto esse . prima pars est vera. per d. l. si communi.in fi.si uero est imponenda,tunc secunda pars est vera . Sed an tunc sit fienda æstimatio seruitutis.Dicit gl.quod sic per l. cum filius.in prin.de leg. 2. & ita tenent Petr. & Cyn. Idem Mod. quia propter superuenientem casum succedit obligatio ad interesse , vt in cęteris alijs obligationibus facti,ut ff. de uerbo. ob. l. stipulationes non diuidūtur.§. Celsus.& l. vbi autem.§.id quod, sed quomodo succedit obligatio ad interesse ei,qui est causa extinctionis huius obligationis , non video, nisi dicas, quod omnes huius rei sunt causa. Alij vt Nico.de Mat. dixit quod aget act. fac. er. quasi per suā adi.liberauit cohæredes a parte huius obligationis.argu.s. fa.er.l.certum,& de cond.indeb.l.frater a fratre.Bart. de Salyc.

LEX II.

1 *Onera hereditaria inter hæredes diuidenda.*
2 *Obligatio,an diuidatur inter hæredes,in re diuisibili.*
3 *Obligationes in dando consistentes quæ sint,& quæ in faciendo.*
4 *Obligatio defuncti,an diuidatur inter heredes.*
5 *Obligatio ad alimenta, an sit inter hæredes diuidua.*
6 *Obligatio defuncti,quando,quomodo & in quibus ad heredes transeat.*
7 *Obligatio ad restitutionem quæ & quando ipso iure inter hæredes diuidatur.*
8 *Obligatio rem tradi quare inter hæredes non diuidatur.*
9 *Obligatio annui census,an diuidatur inter heredes.*

a Pro hæreditarijs. [a] Primo in psonalibus. Secūdo in realib.Secūda ibi , nisi. Personales actiones passiue diuidūt īter hr̄des p rata reales vero possessorem sequuntur.hoc dicit. Ibi conueniendus est. dic non inspe-
1 cto pro qua parte sit heres,sed tm̄ ꝙ possideat.†No.ꝙ onera hæreditaria diuiduntur ipso iure inter hæredes. Item not. duas regulas,quas habes in summario.Contra primam regulam op. & ab extra,ꝙ nullus heredum teneatur ex obligatione defuncti. vt.ff.si quis cau.l. si eum.§.qui iniuriarum.& ff.de preca.l.quæsitū.§.fi.cō iuncta.l.cū precario.in e.tit.Sol.quod hæc.l.locū habet,qñ obligationes ex ꝯctu sunt transitoriæ in hæredes,illæ qñ non sunt transitoriæ,sed finiuntur morte.circa quod vide gl.magnā vltra mediū, & quod ibi dicam.ꝟ.ne ex delic.defun. Transeo ad gl. & op.ꝙ in transitorijs ad hæredes quilibet hæredū teneat insolidum, vt.ff.de verbo.obl.l.in exec.§.ij.So.ibi qñ indiuiduū debet,hic qñ diuiduū
2 vt in gl.Contra istā sol. † Op.3.ab extra,ꝙ etiā in re diuidua,vt est pecunia,non diuidatur obligatio inter hæredes , quia ex persona heredū conditio obligationis mutari non potest,vt l. 2. §. ex his. de ver.ob.sed hic mutatur tam respectu obligationis,q̄ solutionis, & liberationis,quia quilibet heredū partem suam soluens liberabitur,& tamen defunctus partem soluere non potuit,vt.ff.si cert. pe.l.quidam.& ff.de vsu.l.tutor.§.Lucius.Huius timore Ia.de Ra. dixit,ꝙ licèt obligatio inter hæredes diuidatur,tamen nullus eorū pro parte soluere potest.ita dicit Cy.in l.si pro fratre. s.de neg.gest. sed ipse malè dixit,quia dixit ꝯ.l.si pro fratre.s.de neg. gest.q̄ supponit aliquod debitum hæreditarium existere,ꝙ hæres non habet necesse soluere,nisi pro parte sua.vt ibi dicit Cy.& benè,quia tex. est clarus in l.in execu. §. prima species.ff.de ver.ob.& in l.si testamento.§.j.ff.de fide.Quod etiā patet ratione , quia frustratoria nō debet esset talis diuisio.ex quo in execu.præiudicare nō habet creditori. Ad contra.igitur respon.ꝙ illud ꝙ dicitur, ꝙ cōditio obligationis non debet immutari ex persona hæredū, debet intelligi, tā respectu rei prout ex.ꝟ.dicendis apparebit,q̄ suę naturę primordialis.Aut ista nō immutatur,qa in eadē specie totū ab omnibus soluitur.nec si diuiditur immutatur,quia sui natura primordiali & aptitudine obligatio quo ad omnia erat diuidua. Nā & pro partes poterat deduci à princ.in obligationē, & pars solui,& à parte
3 soluta liberari.† Vt tamen hic & aliqua alia ad nostrum propositum necessaria clarius liqueant,attende, ꝙ obligationū vel stipulationum quædam consistunt in dando, quædā in faciēdo. Earū quæ in dando consistunt,aliæ sunt diuiduæ natura & effectu,aliæ sunt diuiduæ natura,sed effectu indiuiduæ.i.quia nisi solidū pstetur liberatio nō contingit,& istas aliqui appellant; indiuiduas solu.sed non est vis,quia diuerso tramite ad eundē finem tendimus. Diuiduę natura,& effectu sunt stipulationes & obligationes certę quantitatis,vel speciei.nam illę ideo natura sunt diuiduę,quia à principio pro parte rei possunt interponi. Item sunt diuiduæ effectu,quia si pars soluatur,statim in parte soluta cōtingit liberatio. Ista obligatio diuiditur ipso iure inter hæredes,& pro cuiuslibet rata petitur,& pro rata soluit, & soluenti statim contingit liberatio. vt d.l.si pro fratre.& d.l.in execu.§.prima species.& ff. de le.j.l.si tibi homo.si fundus.facit.l.si stipulatus.§.j.ff.de sol.& hæ duę vltimę in specie loquuntur. Diuiduæ vero à natura,sed effectu, vel solutione indiuiduæ,sunt stipulationes,vel obligationes generis & alternatiuæ specierum.Nam obligatio generis ideo est diuidua à natura,quia genus à principali potest deduci in obligationem p parte.sed quia obligatus ad genus aliquod,puta ad vnū seruū in genere,soluendo partem in vno seruo,non liberatur in aliquo , sed est in pendenti eius liberatio,donec soluit aliam partē in eodem seruo,vt.l. 2.§.j.ver.quædam.ff.de verb.obl.Ideo obligatio licèt consistat in dando & sit diuidua à natura,est tamē effectu,& sol.indiuidua.& eadem ratione obligatio alternatiua specierum dicitur; diuidua natura,sed effectu indiuidua,vt.d.§.quædam. Et ratio prædictorum est,ne creditor aliud cogatur habere, q̄ fuerit stipulatus. fuit.n.stipulatus vnam rem in suo genere, & non partes in diuersis rebus,nec voluit esse in cōmunione quod nō compelleretē esse. hanc rationē ponit text.in d.l.in execu.§.pro parte.& quia hęc rō locū habet in ob. alternatiua.ideo ibidē litera subiungit, ꝙ idē est in obligatione alternatiua, ꝙ in obligatione generis.& quia hoc incōueniēs cessat in obli. certæ speciei,ideo diuersum ius est in ea, vt.s.dixi.hęc igitur obliga.generis seu alternatiua specierum,natura,& aptitudine est diuidua,qa potuit a princi.interponi pro parte. ideo inter hæredes diuiditur,& a quolibet pro sua rata petitur,sed quia in effectu est indiuidua,ideo licet heres ad suā partē conuentus illā soluat,non propterea statim liberatur,sed eius liberatio pēdet,donec cohęres partē suam in eadem re soluat. vt in d.l.exec. §.pro parte.& in l. 2.§.ex his.de ver.ob.& s̄m pdicta debet hæc.l.ī telligi.& hoc in obligationibus dādi.In obligationibus vero,quæ
4 in faciendo consistunt, distingue.vt.ꝟ.latius dicam. † Redeo ad gloss.& opp. 3.quod obligatio defuncti non diuidatur inter hære
b des [b],ut l. 2.§.hæres.ff.cōmo.& l. si duo.ff.depositi.Sol.gl.quod in eis fallit.& Petr.subiunxit rationem. quia ibi agitur ad restituēdū, & actio est bonæ fidei.sed Dy.& Old.hæc ratio nō placuit,qa idē & si sit stricti iuris per.l.si plures. ff.de vi & vi ar. Ideo dixerunt ꝙ qñ personalis habet cōcomittātiā cū reali,tūc pter illā vnionem actio personalis pōt intentari contra illum hæredem tantum,qui solus possidet,sicut posset realis:vt d.l. si plures. & d.§. hæres. & ita intelligitur gl.quę est.ff.ad l.fal.l.qui fundum. s. si tu ex parte. q̄ in specie hæreditaria tm̄ loquitur. pro qua personalis,& realis cōpetit:vt ꝟ.co.de leg.lege i.& 2.Et pro hoc hēs aliā gl.in condi. fur. q̄ habet concomitantiam cum rei ven. vt l.in condi.fur.ff.de cond. fur.Sed Bar.in l.eadem.§.Cato.ff.de ver.obl.in 2. col. dicit quod Pet.quantū ad l.si duo.& §.hæres melius dixit , vt ibi hoc operet iudicis officium,quod deseruit actioni bonæ fidei, vt probat litera in d.§.hæres.Quod etiam confirmat tali medio.pone, ꝙ quis rem alienam commodasset vt fur , vel prædo,certè ei cōpeteret actio commodati,sed non rei ven. vt l.ita vt si fur.& ibi no ff.commo. & tamen dicendum est.ꝙ act.comp.posset intentare in solidū cōtra illum ex hæredibus,qui solus possidet vt d.§.hæres.& tamen illa non haberet concomitantiam cum rei ven. Quantum autem ad l.si plures.dicit Dy.benè dicere,quia fur,vel raptor ei non possunt referre quæst.dominij, vt ꝟ.de pręscri.30.an.l.si quis emptionis.§.sed hoc super his.Sed contra vtrumq; facit.ff.de eden.l.si qs ex ar.§.j.versi.solus possidens tenetur. & tamen ibi iudicium non est bonęfidei,nec habet concomitantiam cum . reali.Sol.dupliciter.vno modo quasi concomitantiam dicitur habere. quia rationes quæ petuntur edi,censentur cōes esse.vt ea.l.si quis.§. pertinere.l. prætor. in prin. eo.ti. Alio modo , ꝙ ibi actio non intentatur, sed iudicis officium imploratur, quod obligationem non supponit. vt l.qui per collusionem.ff.de act.emp.& sic habet similitudinem cum rei ven.quæ competit contra obligatum vt insti. de act. §.j.& hæc de isto contrario.Circa cuius materiam distinguam latius.ꝟ.in vltimo membro distinctionis.Op. 5. cum gl.de l.ex pollici.Sol.ꝙ ibi fallit,& ꝙ fauore reipublicæ sic est ibi statutū . Opp. 6.de l.3.in prin.& §.j.ff.de ali.& ciba.leg.ver. alimenta. quādoque ab vno tantum ex hæredibus petuntur prout testator, vel iudex disposuit.dicit gl.ꝙ ibi fallit.dicit Cyn.ꝙ imo non fallit , quia ibi p hæreditarijs portionibus tenentur. licet propter dissensiones , & varias voluntates heredum circa modum , & præstationem alimentorum,& etiam particulares præstationes , quę non modica afferunt incommoda, vbi testator non prouidit , iudicis prouisioni committatur. Alij dicunt. ꝙ hic loquitur de obligatione contracta per defunctum,ibi de incipiēda in personis hæredum. ideo non meruit signari pro cōtraria, sed certè tex. iste sic generaliter
5 loquitur,ꝙ in vtraque verificatur. † Ex prædictis habes no. quod obligatio ad alimenta inter hæredes diuiditur,sed in contra.facit quia vita hominis est indiuidua,nec ex pręsta.partis alimenti potest substentari.& sic effectus ad quem debetur,ex partis pręsta.nō habetur.ideo videtur,ꝙ obligatio inter heredes nō scindatur. ar. ff.de ver. ob.l.in execu.§.secundo;& pro hoc facit,quia licet seruitus vsusfructus sit diuidua:tamē seruitus vsus est indiuidua. l. vsus pars.ff.de vsu.& ha.& hoc est,quia seruitus vsus nō extenditur in plus,q̄ vita hominis requirat,& sic concernit eius alimenta.& sic vr̄,ꝙ pręstatio alimentorum potius sit cēsenda indiuidua , saltem
6 quo ad solutionem.Cogita tu de sol.† Op.de l.cum ab vno. ff. de lega. 2.quæ fortiter vrget,inquantū loquit̄ ibi de act. de dote.dicit gl.ꝙ ibi fallit fauore dotis,ne mulier.cōpellat̄ agere cū pluribus ꝯcurrēte volū.testatoris.& hæc est cōis doc.sol.reiectis alijs,q̄ ponūtur in ꝯtrario,qa tex.illū violāt, vt ibi p Dyn.superuenit Bal.& dicit,& ista & aliæ sol.sūt truffæ,ideo dicit ipse, ꝙ sicut inter viuos quis potest delegare ex pmissorē creditori suo:ita potest in vltima volūtate delegare vnū debitorē cōsentientē creditori cōsentiēti, & acceptanti.cū ergo intelligatur heres cōsentire huic delegationi, & creditor acceptat,nimirū si ex illa delegatione solus obligat̄, & cęteri pter cōsensū creditoris liberēt̄.sed de tāto doctore est mirandum,quia totum quicquid dicit procedit. vbi heres promisisset mulieri,nam ex solo iussu, & consensu sine noua promissione non fit delegatio , nec prioris obligationis nouatio, vt.l.j.ꝟ. de noua.& de leg.sed hæc non interueniunt in l. contraria. Ideo do. sol.verā.& ita teneo.Nec ei ob.l.ab omnibus.in prin .de leg.j.quia ibi in obligatione noua,q̄ incipit ex dispositione defuncti, in qua potuit vnum tantū ex hæredibus obligare.cū l.ab vno,loquitur de
7 obligatione priori & dotali.† Op. de l.veluti.& l.Celsus. ff.de reli. & sump.fu.Dicit gl.ꝙ fallit in act.funeraria,quæ est fauorabilis & ratio potest esse:quia obligatio nec à defuncto,nec ab eius dispositione procedit,sed ex quasi contractu funerātis, quē vr̄ celebrare
8 cum quocunq; cōmodū sētiente ex funerati morte. † Op.de l.q fundum.

ADDITIONES.

a Pro hæreditariis . Adde Bal.qui p istū tex.no.in l.debitori.ī 2.col.supra.de pact. ꝙ si quis petat suum debitum antequam adeat,non videtur hæreditati renunciare.Vide tamen eum hic.& vide omnino Bar.in l.3. ꝟ.de debito.vt Ro. li. 11. vbi bonus casus,& adde d.Soc.consi.242.inci.circa primum consultationis articulum.ver.circa secundam.q.in fi.cum ver. seq. in 2.parte. quòd hæreditatis obligatio,& condemnatio diuiduntur inter hæredes pro hæreditarijs portionibus.vnde si actum sit contra plures hæredes pro hæreditaria portione,& sint simpliciter condemnati censentur condemnati pro hæreditaria portione,qa non in plus tenebantur,sed quid quando inæqualiter tenentur, & sunt in plus condemnati.vide ibi per eum.
b Inter hæredes . Adde an obligatio defuncti diuidatur inter hæredes , de hoc uide plenè Bar.in l,eadem,§.Cato.ff.de uer,ob.

fundum. §. si tu ex parte. ff. ad legem falcid. dicit glos. quod in illo mirabili casu fallit, quod declarat: quia ibi de obligatione quæ incipit ab hærede, & competit legatario, quo casu contra omnes hæredes competit pro rata, quando res legata non est hæreditaria, quando vero est hæreditaria, tunc quia personalis habet concomitantiam cum reali, potest contra solum possessorem intentari, vt l. si plures. ff. de vi & vi arma. & latius dixi, supra, in tertio contrario, & si omnes hæredes possideant, & ignoratur pro quota parte possideant, contra quemlibet hæredum agitur confuse, vt ibi not. glos. & libellus admittitur, quia incertitudo ex parte aduersarij procedit. Oppo. x. de l. de eo. §. fina. ff. ad exhibend. solutio vt in glos. quod prædicta in personalibus, ibi in realibus, & sic concor.

9 cum 2. regula in hac l. potita. † Sed tunc 11. contra hanc solum. opp. quod in realibus omnes hæredes condemnentur, licet vnus solus ex hæredibus possideat, vt l. 2. in fin. ff. de præto. stipula. Solu. quod secunda regula hic posita locum habet lite nondum cum defuncto contestata. l. contraria quando lis erat cū defuncto contestata. quo casu cāæ instantia, & obligatio descendens ex quasi contractu in iudicio celebrato transit in hæredes, ideo pro hæreditarijs portionibus omnes cōdemnantur, licet vnus solus possideat: vt plenius not. in d. l. 2. & ita tenent etiam doct. facit. l. si possessor,

10 à sensu contrario ff. de rei vendic. † Nunc reassumo prædicta distinguendo, aut quærit in realibus, & tunc aut lis nō erat cōtesta. cū defuncto, & non diuiduntur inter hæredes, sed possessorē sequitur, vt hic: & l. si possessor. ff. de rei vendic. Aut erat contesta. & tūc diuiduntur. vt. l, secunda. in fin. ff. de præto. stipul. q intellige in eadē instantia, nō in diuersa, vt dixi in vltimo ꝓrario. Aut quærit in personalibus, & tunc aut cōpetunt ad dandū, aut ad faciendū. Primo casu, aut quātitas, vel species certa est in obligatione, aut genus, vel plures species alternatiuè, si quātitas vel species certa, tunc obligatio diuidit quo ad omnia inter hæredes, siue ꝓcedat ex contractu vel quasi defuncti, vt hic, & supra. si certum petat. l. prima. & de verborū obligatio. l. in execu. §. prima species. siue ex eius vltima volū tate, vt l. si ubi homo §. si fundus. ff. de legatis primo. & hic fallit in calib. hic not. præterq in illo de legatis tertio. §. hæres. ff. cōmod. qui non attingit hoc membrum. & illorum. v. in quibus fallit, duo concernunt obli. cum defuncto contractam, puta. l. cum ab vno. de legatis secundo. & ibi speciale dotis fauore concurrente testatoris, & creditoris voluntate & l. ex pollici. ff. de pollici. Alij duo concernunt obliga. contrahendam cum hæredibus ex vltima voluntate, a qua testator potest vnum ex hæredibus eximere, & aliū grauare, vt l. ab omnibus. in principio. de lega. primo. & l. tertia. ff. de ali. leg. l. cum ab vno. de legatis secundo. secundum vnā lectu ram. prout ibi loquitur de ac. ex testamento. & non de dote. Alius quintus concernit obl. non descendentem ex hæreditaria causa, sed ex quadā gestione pia. vt est actio funeraria, vt l. veluti. & l. Celsus. ff. de relig. & sumptu. fu. potest addi alius casus, quem in vlt. q. ponam. si vero genus vel plures species alternatiuè sunt in obli. tunc obl. quoad quædam diuiditur inter hæredes, quo ad quædam nō, diuiditur enim, vt quisque per portionem hæreditariam teneatur, sed non diuiditur quantum ad solutionem, & liberationem quia licet pro tunc suam soluat, non statim liberatur, sed est in pēdēti, donec cohæres in eadem re suā partem soluat. vt l. 2. §. ex his. & l. in execu. §. pro parte. ff. de verborum obliga. Et rationem in

11 declaratione secundi contrarij assignaui. † Secundo vero casu, quando personales competunt ad faciēdum. Distinguo, aut illud sui natura est penitus indiuiduū, vt via, iter, vel actus, q sūt seruitutes p̄diales, & tunc obligatio nullo modo inter hæredes diuidit, sed quilibet ad solidum tenetur, vt l. 2. §. i. & l. stipulationes non diuiduntur in prin. de verbo. obliga. & est ratio, quia illæ sic sunt formaliter determinatæ à iure, quod est impossibile eas per partes deduci in stipulatione, cum nedum demonstrari, imo nec intellectu percipi potest partem rei esse, vbi per partes diuisio totum facit desse, siue non esse, & ideo notabiliter dicit, qđ earum diuisio corrumpit stip. vt d. l. stipulationes. versi. horum enim. Aut illud, q est faciendum, est sui natura diuiduum, & tunc, aut illud tantā affert vtilitatem in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius, nec in eo possibile est euenire casum, quo reperiatur pro eo

13 solu. fieri ex natura obligationis in diuersarum rerum partibus, & tunc talis fach obli. diuiditur inter hæredes, & quo ad peti. sol. & libera. vt l. eadem. §. rato. ff. de ver. ob. & ibi habes exempla in stipu. amplius non peti rem ta. habe. Aut illud non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis &c. vel si cius obligatio diuideretur, esset possibile euenire casum, in quo reperietur pro eo fieri solutionem ex natura obligationis in diuersarum rerum partibus. Et tunc subdistin. quia aut illud est factum à rei traditione vel restitutione prorsus extraneum: aut continens alterum eorum, si esset prorsus extraneum, vt fossam fodi, vel insulam ædificari, & tunc licet factum sit sui natura diuiduum quo ad deductionem in stipulationem, quia loco demonstrato quis potest stipulari partem insulæ ædificari, & partem fossæ fodi. l. locus. ff. de aqua pluuia arcend. tamen postquam deductum est in stipulationes, obligatio ad ipsum contracta est indiuidua. l. stipulationes non diuiduntur. secundo respon. adeo quod nec inter hæredes promissoris diuidi tur, vt in eodem tit. l. in execu. §. secunda. & ibi ponitur ratio, quia operis effectus scindi non potest. q. d. quod vbi effectus operis nō sit tantus in parte respectu partis, quantus in toto respectu totius, ibi diuisio obligatio. nō admittitur. Vel quia operis effectus scindi nō possit, quia si scindi permittetur, possibile est euenire casum in quo pars operis fieret, & pars non: & tamen pro illa parte quæ non fieret obligatio propter moram non facientis succederet ad interesse, & debitor ab ea parte liberaretur prestando interesse, vt d. l. stipulationes. §. Celsus. & sic in diuersarum partibus rerū ex natura obligati. eiusdem rei, fieret solu. quod non fuit de intentione stipulatoris. & has duas expositiones illius rationis, qa operis effectus scindi non potest. no. & tene menti. quia sunt carociū totius materiæ. & ex prædictis eriam no. aliud mirabile, videlicet. quod factum quod ante interpositionem stipulationis sui natura est diuiduum, post interpositionem, & obligatio. eius precium cē sent indiuiduum. & hęc operantur rationes prædictæ. Sinautem illud factum, quod est faciendum, continet alicuius rei traditionem, vel restitutionem. Et hic prius est sciendū, quod glos. in l. i. §. fi. apud duos. ff. depositi, senrit, quod obligatio cuiuslibet corū sit diuidua, & puta d. l. stipulationes. non di. ei obstabat, quæ dicit, quod ob rem tradi. est indiuidua. respond. dicta glos. quod ibi actum fuit, vt esset indiuidua, quæ est maximę diuinationis, nec etiam in se est verum, vt patebit ex sequēnbus, ideo casus isti sūt

12 separādi. † Dico igitur, quod aut in obligatione est factum rei traditionis, aut rei restitutionis. Primo casu dic, quod obligatio est in diuidua tā in ipso, p̄missore, q in eius hæredibus, & hic p d. l. stipulationes. nō diuiduntur vbi hæc tria parificant, fossam fodi, insulā ædificari, & rē tradi. Secundo, quia & illæ duę rationes, quas, ꝓxi mè dixi in p̄ced. casu, vēdicāt sibi locū, & in isto, quod declaro, qa si pars soluat, & ea soluta dicamus cōtingere liberationem, sequit, quod si in alia parte tradenda fiat mora, quod obligatio succedat ad interesse, vt d. §. Celsus. & ff. de act. emp. l. i. & l. si idem. ꝑ. de ac. emp. & l. si traditio. & sic in diuersarū rerū partibus fiat eiusdē rei solut. q nō est dicēdū ex natura obli. Itē sequit, q ratione partis traditæ cōpelleī creditor in cōmunione esse, & nemo dubitat, q pars, q est in cōmunione, nō affert tātam commoditatem respectu partis, quantam totum respectu totius. & per istas rationes dicit Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. quod oblig. rem tradi. inter hæredes nullo modo potest diui. quod no. quia ex eo hēs, q si venditor decessit ante rei traditionem relictis pluribus hæredibus, quilibet eorum est insolidum obligatus ad rei tradi. qđ no. quia tex. non reperio de contrario. Sinautem in oblig. est rem restitui seu factū alicuius rei restitutionis, & quia de tali facto nemo dubitat, q est diuiduum quo ad deductionem in cōtractum, quia potest quis stipulari partem rei sibi restitui; ideo solum quæritur, an post deductionem in contractum obligatio sit indiuidua inter hęredes, vel non. Et hic sciendum, q quidam distinxerunt aut restitutio rei est principaliter deducta in contractum, & tunc est diuidua, sicut o bli. rem tradi, & fossam fodi. aut venit in consequentiam prioris contractus, vt in commodato, depositо, & si. & tunc dicunt eam diuidi inter hæredes, nisi vnus corū solus possideat, vt l. 2. §. hæres. ff. commo. & hic in gl. Istorum opi. non placet Bart. quia quantum ad hoc de quo quærimus, nō habet bonā rationem diuersitatis. Alij & fuerunt originaliter antiqui gl. di. aut res est diuisibilis per partes discretas, & tūc diuiditur inter hæredes. aut non est per partes discretas diuisibilis: & tunc non diuiditur inter hæredes. ita sentit glos. in l. j. §. si apud duos. ff. depo. & ita pertransit Petr. & assignauit rationem, quia soluendo seu rem restituēdo pro parte & interesse, pro alia parte diceretur in diuersis rebus solutio facta, vbi debuit fieri in vna, & etiam creditor ad communionem deduceretur, qui vtilitatem in parte non sinit esse tantam respectu partis, quanta est in toto respectu totius. Superuenit Barto. & dicit, q in specie quæ non recipit partes discreti vas, obliga. defuncti diuiditur inter hęredes pro hæreditarijs portionib. sed cēsetur indiuidua quò ad solutionē, & libera, quia donec res sit tota restituta, nullus eorum liberetur, licèt pro parte sua hęreditaria restituat, pro prima parte est casus in l. 3. §. hæres. ff. de commo. & in l. in depositi. in princi. ff. depo. pro secunda parte

13 dicit esse casum in eo. ti. l. si duo. versicu. planè. † Ego puto, quod Pe. voluerit diuersum, & ego idem sequor. Tamen vt huius membri materia latius pertractetur. cum quæritur, an ob. ad restitutionem contracta, diuidatur ipso iure inter hæredes. Dic, aut quæritur de ob. principalitua, quę simpliciter est contracta ad rei restit. aut de obligatio. secundaria, quæ contrahitur ratione doli, vel culpæ. Primo casu: aut res est diuisibilis in partes discretas, vt sacculus pecuniæ apud defunctum depositus, & dico quòd obligatio diuiditur quo ad omnia inter hæredes ꝓ portionibus hæreditariis, adeo quod soluens pro parte sua liberaretur, vt l. si duo. in principio. ff. depositi. Et est ratio, quia alterius partis solutio non potest fieri, nisi in eadem re. vel quæ loco eius fingitur. cum in suo genere pecuniæ functionem recipiat. l. secunda. in principio. ff. si certum petatur. Aut res illa diuisionem in parte discreta non recipit. & tūc aut quæris, an diuidatur quo ad obligationem, & petitionem: aut an quo ad solutio. & liberationem. Primo casu diuiditur, vt l. tertia. §. hæres ff. commod & in l. depositi. in principio. & l. duo. in fin. ff. depositi. secundo nō, quia nisi tota res restituatur, non liberatur; &

& sic quo ad liberatio. obligonis censetur indiuidua, vt d. l. si duo. ver. plane. licet autem dixerint obligationem inter hæredes diuidi, quo ad petitionem; si tamen alter eorum solus possideat, vel ꝓ maiori possideat parte, q̄ sit hęres, pro toto eo, quod possidet, potest actio intentari, & hoc procedit, quandoq; ex cętate actionis, quæ est bonæfidei, vt d. §. hæres. 2. respon. l. & in commodato. §. i. in eo. tit. q̄nque, qa actio, q̄ stricti iuris concomitantiā, & communionē hēr cū reali, l. si plures. ff. de vi & vi arma. & in tex. & in gl. l. q fundū. §. si tu ex parte. ff. ad l. Falc. & in gl. in l. cond. fur. ff. de cond. & vbi actio non sit bonæfidei, nec concomitantiā habeat cū reali, quantumcunq; vnus solus ex hæredibus possideat, non propterea conuenietur ex maiori parte, quam sit hæres, nisi in casu. ff. de eden. l. si quis ex argen. §. i. qui tamen nostrum propositū non attingit, quia ibi non agitur ad restituendū. Et ex his habes, q̄ si Titius promisit per stip. certā rē mihi restituere, pro qua mihi, nec rei vēd. nec actio bo. fid. cōpetit, & mortuo Titio restitutione mihi nō facta pluribus hēdibus relictis, vnus quorū solum possideat rē illā, non propterea ille poterit conueniri, nisi ꝓ parte hēditaria, quinimò & forte idē esset, & si ante stip. rei vēd. mihi pro re illa cōpeteret: leges s. allegatæ loquuntur, q̄s cōmunionē & concomitantiam habent origine, non ex accidenti, & ex post facto, quod no. Secundo vero casu, quo q̄ritur de obligatione secundaria rōne doli, vel culpæ, di. aut q̄ritur de obl. iam contracta in persona defuncti, & tunc qa illa ad interesse est cōmissa, quod est diuiduum. di. q inter hēdes diuiditur, quo ad oīa, vt d. l. stipulationes. §. Celsus. aut q̄ritur de contrahenda in persona hēdum, & tunc qa dolus, & culpa nō potest cōmitti in parte rei, quin communicetur in tota. ff. cōmo. l. si vt certo. §. si duobus. dicēdum est, q obl. contrā hēdem dolū, vel culpam cōmittentē cōtrahitur insolidum. & solus tenetur, l. in commodato. §. i ff. commod. & l. in depositi. 2. respon. ff. depo. & si ambo culpam, vel dolum commiserint, quilibet in solidum tenetur, vt d. §. si duobus. & ff. depositi, l. j. §. si apud. ver. proinde. & l. si duo. 2. respon. & hoc de isto §. sito.

14 † Nunc quæro, cur obliga. rem tradi, inter hēdes nullo modo diuiditur, sed obli. rem restitui, diuiditur quo ad petitionē, sed non quo ad effectū liberā; consequendæ ex partis præstatione. Respō. Bar. in d. l. stipulationes. q̄ ratio est, quia illæ duæ rationes quas s. assignaui in obli. rem tradi; cessant in obli. rem restitui, quia in ea illa conuenientia euenire non possunt. quod sic declarat; nā obligatus rem restituere, quandiu res extat, potest pcise compelli ad eius resti. vt l. qui restituere. ff. de rei vend. Et sic ex mora non succedit obligatio ad interesse, & in hoc participat cum obliga. rem dari, qa nulla cōmunio in re potest inuito creditore euenire, sed quia re post morā perempta oblig. succedit ad interesse, fm verā opi. vt probatur in l. in re furtiua. ff. de condic. fur. & in l. j. §. rectissime. ff. de vi & vi arma. & l. inter stipulantē. §. pe. ff. de verb. oblig. in hoc dicit hēre conuenientiam cum oblig rem tradi, & alterius factī: ideo tanquam participans de natura vtriusq; medīū, quoddam sibi assumit, vt diuidatur inter hēdes, sicut obligationes dandi, sed non quo ad effectū liberationis consequendæ ex partis solutione, vt sunt obligationes factī, vt iniulam fabricari, fossam fodi, & fundū tradi. Et hoc totū procedit, ne q̄q; eueniat casus, q̄ ob. ad vnū contracta diuidatur ad duo diuersa, contra intentionē primæuam creditoris. Nec huic obst. si dicas, q̄ idem videatur in mera obliga. dandi, in qua re perempta soluitur æstimatio, vt l. si seruum. §. j. ff. de verb. oblig. quia ibi soluit ex necessitate executionis, nō virtute obli. q̄ ad æstimationē succedit, qa nō succedit, & sic ob. ibi nō diuidit; sed in casu nostro ob. succedit ad interesse, & sic indiuidua apud defunctū, nō dēt effici diuidua apud hæredes, vt q̄dō obligationis ex persona hæredum immutetur, vt

a l. 2. §. j. ff. de verb. oblig. nisi aliqua participatio vtriusq; naturæ faciat aliquid in parte mutari, vt dixi in hac obli. rem restitui. Quæro in casibus, in quibus dixi inter hēdes obligationem non diuidi ipso iure, vel in effectu, an solutio simpliciter facta, & simpliciter recepta sine vlla protestatione prēiudicet recipienti, vt sic soluens, dicatur liberari; dic quod non, & est casus apertus in d. l. 2.

15 & l. ex his. ff. de verb. obliga. † Quæro, concessa est res in emphyteusim sub annuo censu Titio recipiēti pro se. & filiis, q moritur tribus filiis hēdibus relictis, an oblig. annui census inter hēdes di-

a uideturᵃ videtur, q̄ sic, vt hic, & ff. de verb. oblig. l. in execu. §. prima species. veritas est in ꝑtium, quia res emphyteu. nō transit ad filios, vt hæredes, sed vt filios, ex quo de eis, vt hæredibus mentionem non fecit, arg. no. per gl. & Iac. But. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb. & p Cy. in l. liberti. ꝑ. de ope. libe. & sic cū inter filios diuidatur cū virili, ita & obli. cēsualis, arg. ꝑ. de ann. reti. l. 2. & 3. lib. 10. pro hoc potest induci hæc l. ꝑ. in 2. respō. facit, q̄ no. Spec. tit. de feu. §. quoniam. ver 9. quæritur. & quod in seq. q. dicam. Secus igitur si ad filios, vt hæredes transiret, quia tunc pro hæreditarijs portionibus inter eos diuideretur, sed tūc quæritur, quid si in diuisione iudex fundum illum vni ex hæredibus attignasset; dic q̄ licet de iuris rigore vnusquisque hęredum sit obligatus ad suam partem census, tamen ille cui est adiudicatus, solus conueniri potest, vt in l. communi diuidundo. in prin. ff. communi diuid. & ff. de alu. lc. l. 2. Et an vnus hēdum non soluens partē suā canonis debiti faciat aliū, q partē suā soluit, incidere in pœnā canonis non solutæ; vide glo. hoc terminantē in d. l. communi diuid. in prin. Ex his habes pulchram limitationem ad istum tex. vt obli. personales, quæ in dando certam quantitatem consistūt, diuidantur inter hæredes, nisi sint contractæ occasione alicuius rei concessæ, quæ inter hæredes pro portione hæreditaria nō diuiditur; nam secundū quod illa diuiditur, & ista; & hæc sufficiāt.

ADDITIO.

a Inter hæredes diuidetur. Adde Bar. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. Bal. in auth. si quas. supra, de sacrosan. eccl. alleg. in l. quod dicitur. c. 6. de uerb. oblig. & Paul. de Cast. consi. mihi 135 secundum meum numerum.

LEX III.

1 *Actio de dote contra quem detur marito mortuo. & nu. seq.*

1 Hæredem. †Actio de dote contra hæredes mariti, nō contra eius debitores debet dirigi. hoc dicit. Oppo. quòd contra debitores agere possit, cum omnia bona mariti sint ei hypothecata, vt infra, de rei vxo. ac. l. j. §. j. ergo, & nomina, argum. ff. de pec. l. quàm tuberonis. §. in peculio. & ff. ad leg. Falcid. l. maritus. §. fina. & per consequens sequitur, q̄ vtilem actionem intentare possit, vt l. nomen. ꝑ. quæ res pig. obl. poss. & l. si conuenerit. ff. de pi. act. Glo. soluit dupliciter; primo, q̄ illæ leges loquuntur in expressa hypo. non in tacita, quam mulier hēt pro dote sua, vt d. l. j. §. j. & non mirandum, quia & alia est differētia inter tacitam, & expressam hypo. quia expressa olim poterat prius conueniri possessor extraneus, l. fi. §. de act. & oblig. q̄ non potest ex tacita, vt l. moschis. ff. de iur. fis. Iltam communiter non tenent Doct. quia expressum, & tacitum regulariter æquiparan-

a tur,ª l. non recte. ꝑ. de fideicō. secundo, quia l. parificat tacitā hypo. expressæ, vt in vtraq; veniāt bona præsentia, & futura. in l. hac edictali. §. omnis. ꝑ. de secun. nup. sed appellatione bonorū continentur iura, & actiones, vt dictum est §. ergo. Alio modo sol. glo. q̄ hypothecariam potest intentare, vt in contrarijs, non act. personales, vt hic. Et ponit gl. modum agendi hypo. quē no. vt scias formare libellum. Contra istam sol. replicat glo. de l. 2. §. tit. j. respon. q̄ ibi debitor principalis erat per sententiam iam condemnatus suo creditori, ideo eo excusso personalem intentat creditor eius contra debitorem debitoris sui. Ista est vna truffa, quia ibi non personalem, sed iudicis officio pro executione sententiæ implorat; propterea hypot. tacita non intentatur, nisi principale excusso, vt l. moschis. ff. de iure fis. sic secundum istam gl. non intentatur personalis, & sic differentia ista, quam facit ista glo. non

2 est bona. † Oportet ergo, q̄ aliter soluatur primum contra. quia propter forte nonnulli moderni dicunt, q̄ prima solu. est vera, si q̄ aliud in expressa, aliud in tacita hypo. quia expressa habet vim cessionis actionum, sed tacita non; qa nullum factum hominis in ea intercuenit, sed hoc non videtur mihi tutum, quia ex quo tacita hypotheca ineft ex natura contractus, contrahens intelligitur in ea consentire, & sic debet habere vim expressæ, l. cum quid. ff. si cert. pet. & ꝑ. de fideiuss. l. non rectè. Nec etiam consentias, q̄ expressa habeat vim cessionis act. nisi ratione hypothecæ,

3 & tutionis iurium creditoris, vt dixi s. tit. j. l. 2. † Quapropter ego dico, q̄ personalem act. de dote vtilem, nec directāni habet contra debitorem debitoris sui, vt hic. Sed vtilem personalem, quia directa competit debitori suo, potest intentare contra debitorē debitoris sui, vt l. nomen. j. quæ res pig. obl. poss. & hoc operatur hypotheca bonorum; veruntamen si erat tacita prius, & olim & hodie fienda est excussio principalis debitoris, si expressa, olim non erat necessaria, sicut non erat si intentabatur hypo. quæ est eius transitus causa; hodie vero dubitatur, vt per Cy. in d. l. nomē. sed dic vt dixi s. tit. j. l. 2. Oppo. de l. j. & 2. de for. act. dic, vt in glo.

ADDITIO.

a ¶ Acquiparantur. Adde Soci. consil. 11 y incip. ulsa prædicta facti contingentia. uer. & imprimis moueor ibi, & quia tacit. in secunda parte.

LEX IIII.

1 *Ætas debitoris solutionem non moratur.*

1 Sub prætextu. Ætas debitoris non differt exactionem creditoris. hoc dicit. † Ex quo not. quòd ætas debitoris non est sufficiens causa ad mouendum Principem ad concedendum dilationem ad soluendum, quam alias posset concedere, l. quoties. supra, de præcib. Imperat. offer. Oppo. de l. 3. ff. de carb. edi. Solut. vt glo. Not. quòd tutor potest vendere de bonis pupilli, vel auctorari pupillo vendenti, vt satisfaciat creditori.

LEX V.

1 *Petitio præpostera non est admittenda.*

2 *Confessio sequens gestia validat, quæ ordo omissus vitiabat.*

Vt debitum. Præpostera petitio non admittitur, & per successionem, quam creditor facit debitori, actio extinguitur. hoc dicit. Pone casum; Creditor, qui dicebat hæreditatem debitoris sibi fore delatā, agit contra tertium possidentem illam, & se hæredem prætendentem, petens debitū; cū protestatione, quod ex hoc non renunciabat hēditati sibi delatæ; excipit cōuētus, quod nō dēt sūp debito audiri, cū ꝑpostere agat; & prius, an sit hæres, vel non constare debeat, cum ita sit, q̄ si est hæres, experiri non potest ꝑ illum, tum qa conuentus non est hæres; & sic non tenetur ad debitum solucn-

dum : tum quia per aditionem hæreditatis extinctum esset debitum;ad hoc respon.quod conuentus bene dicit,&c.Expone literam ibi soluatur,s.a possessore,qui se hæredem prætendit, vt l.fi. ʃ.de peti.hære. Ibi,præpostera petitio est,i.quia iudicium,& petitio,quæ debet sequi,tu vis ꝙ antecedat,quod fieri non dēt.Nota, ꝙ quoties primum iudiciū pōt absorberi per secundum, oportet
1 secundū præcedere, ne frustratorie reperiatur litigasse. † Not.qđ præpostera petitio non admittiī, & hic concorda prouerbiū vulgare,ꝙ currus nō dēt antecedere boues. Itē no.ꝙ per aditionem hæreditatis confunditur debitum.Oppo.ꝙ petendo debitum repudiasse dicaī hæreditatē, arg.l.si præteritus.ff.de contratab. Est enim regula, ꝙ eligens vnum de contrarijs scienter,alteri renunciasse dicaī,vt l.fi.ʃ.de codi. so.no. vt in glo.j.ꝙ illud verum,nisi p protestationē fecisset sibi saluū ius hereditarium. Vel dic,ꝙ illud verum est, quando scienter; secus si ignoranter , vel dubitanter, l.nec vos.ʃ.de ca.Opp.ꝙ præposteratio non repellatur,vt l.præposteri.ʃ.de testa. Sol. quod ibi non inducebat vitium, ideo repelliī. Oppo. ab extra, de l.non est nouum. ff.de action. empti. vbi agitur primo propria act,postea hæreditaria.Solu.ibi non erant con-
2 trariæ,nec vna præiudicialis ad aliā.†Quæro,quando ordo omissus vitiat gesta,an partis confessio sequens,valide eam;dic,quòd non,l.sed cum nulla. ff.de re iudica.& tanto minus,quanto ordo omissus,& præposteratio infringit confessionem partis, vt no.in l.maritus.ff.de quæstio.& ff.de appell.l.non tantū.& illas gl.vide.

LEX VI.

1 *Actio expirat pro parte, qua creditor debitori succedit.*
2 *Hæres in quo defuncti personam repræsentet.*
3 *Filia, an dicatur præterita, si pater ei relinquat centum, non adijciens iure institutionis.*

Si adulta. Primo soluit vnum dubium,vel quæsitum annectendo rationem. Secundo,consuluit quærenti,rationes oppositas remouēdo, seu timorem inanem exclu-
1 dendo.Secunda ibi,nam aduersus. † Pro parte,qua creditor succedit debitori, extinguitur actio, & non pro pluri, nisi institutio fuerit facta animo compensandi, & si cohæredes non sint soluēdo,potest impetrari bonorum separatio.h.d. Expone literam ibi, administrante;dic,& male. Ibi,nam aduersus adultum,id est,cōtra vtilitatem adultæ tuæ,vt in glo.Ibi,testamentum,i.aditionem hæreditatis ex testamento factam per restitut.in integ. & sic non obst.l.fratris.ʃ.de inoffic.testa.vbi dicitur,ꝙ vltra fratrem,& sororem transuersales non habent ius rumpendi testa. Vel dic, ꝙ ex persona alterius, cuius forte tutor erat, hoc facere potuisset. Prima magis placet.Ibi,si quidem.si,pro quia.Ibi,nō soluendo. Dic
2 suis proprijs creditoribus. † Not.quæ dixi in summario.Item no. quod hæres repræsentat personam defuncti solum pro ea parte, qua est hæres. Item no.ꝙ relictum creditori non præsumitur relictum animo compensandi in dubio, & idem not.in l.creditori. de legat.2.De quo per Cy.in l.compensandi.ʃ.de hæred.instit.& ibi dixi,& per Iac.de Are.& Bar.in l.si cum dotē. §.si pater. ff.solu.matrimo.Item no.ꝙ per ista verba,& prohibeo te plus petere,
a inducitur animus compensandi,[a] vt hic in litera, nec ab eo quicquam accipere prohibita est, quod intellige, ēt si grauata fuisset de portione sua alteri restituenda,vt l.si debitor.ff.ad l.Falcid.ſm Bal.Item intellige,ꝙ non pōt plus petere de his,quę sibi a defuncto debētur iure obligationis;secus si iure dominij transitorij de persona defuncti in eius filium , non vt hæredem, vt quotidie videmus in rebus emphyteuticatis pro se, & pro filijs receptis . Nā talia verba prohibitoria in his locum non habent,ſm Bart. vt per eum no.in l.iureiur.ff.de oper.lib. Et est rō,qa vbi non est obligatio,sed quidā ordo succedendi,ibi nō cadit compensatio,sed ista verba prohibitoria non habent aliam vim, q̄ compensationis, vt
3 hic,ergo,&c.& hæc sequitur Bal. † Sed pone,pater reliquit cen-
b tum filiæ,nec dixit iure institutionis,[b] & prohibuit vltra,vel plus eā non petere,an poterit dicere se præteritā,dicit Bal.ꝙ non,quia propter prohibitionem prædictam, vr̄ velle compensare relictū cum legitima,& sic filia dicetur instituta,non vi expresse institutionis,sed implicitę,& resolutę;& hoc dicit probari in d.l.si debitor.ff.ad l.Falci. Sed certe ꝙ videatur compensare cum legitima, hoc satis probat l. illa. Sed quod dicatur instituta, l.illa non dicit, Nec puto eam institutam, vt dixi in authē.vnde & si parens.ʃ.de inoffic.testa.& plenius in l.quoties.ʃ.de hæred.insti. Opp.ꝙ separatio bonorū nō possit impetrari,vt l.j. §.quæsitum.de separa.bo. Sol.vt glos.& quæ requirantur ad hāc separationem,dic,vt in ea.

ADDITIONES.

a ¶Animus compensandi. Ad quod uide omnino Pau.de Cast.consi.233.& adde Do.Soci.consi.94.incip. circa primum.uersic.confirmatur.& tertio,cum duobus uer.seq in j.parte.quod compensatio. licet in dubio illud,quod datur per uiam legati , uideatur factum animo compensandi in debitum necessarium,tamen secus,quando aliquid inter uiuos donatur,quia tunc nūquàm fit cum debito necessario.

b †Nec dixit iure institutionis. Adde Ioan.de Imo.in l.j.§.si ex fundo,prope fi.q. an sufficiat legare legitimam.ff.de hæred.instit.no.Bar.consil.mihi 151.inci. materia.filius Petrus Phyli.Rom.consi.mihi 298. incip.ante omnia,in litera o,uolu.5.& Mathesi.sing.159. incip.no.quod pater. & de alia ꝙ plus petere non possit,dixi post Bart.in l.fideicommiss. §.si quis ita in fi in apost.in uer.ad declarationem huius clausulæ,& ibi in addi.præce. per Alexan.ff.de leg.3.& posui in tract.clausularum,in clausula ista,pro plus petere.

LEX XII.

Creditores. Creditor dēt agere ꝯ hr̄des,non ꝯ legatarios.h.d. Vel sic psonalis actio nō sequitur singularē successorē. Opp.j.ꝙ legatarij sint creditores hr̄ditarij,vt l.hr̄ditariarū.ff.de ac.& obl.Sol.vt in gl.qđ diuersis respectibus appellanī creditores,& non creditores hr̄ditarij; ante tū aditionē hr̄ditatis creditores nō sunt nuncupādi. Op.2.ꝙ creditores agāt ꝯ legatarios,vt l.fi.§.si p̄fatā.ʃ.de iure delib. Sol.vt in gl.Opp.3.ad idē de l.rebus.ʃ.de don.ante nup. Sol.ꝙ psonali nō agēt, vt hic,sed in reali,& hypo.sic,vt ibi. & ʃ.eod.l.pro hr̄ditarijs.2.rū.

Ex delictis defunctorum, in quantum, & in quibus hæredes conueniantur. Tit. XVII.

¶Continua rubricam,vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Lucrum turpe defuncti ab hæredibus aufertur.*
2 *Actiones ex delicto,an transeant ad hæredes.& nu.9.*
3 *Actio in factum,an competat hæredi dantis,ne fiat.*
4 *Actiones populares ex delicto,quando transeant ad hæredes.& nu.seq.*
7 *Pœna defuncto debita,an sit in hæredes transitiua.*
8 *Vsuræ per hæredem sunt restituendæ,& quæ petantur actione.*
10 *Actiones ex contractu,vel quasi an ad hæredes actiue,& an contra hæredes passiue transeant.*

a Post litis contest. [a] Mortuo criminoso,post lit.cōtest.in actione ciuili,hr̄s eius non tenet insolidū; eo vero mortuo ante lit.contest. tenet solū, quatenus ad eū peruenit.h.d.Et diuiditur in tres partes,qa primo dictū lit.cōtest. Secūdo,lit.non cōtest.Tertio,ratio secundi.partes per se patent. Casum,pone quærendo;vt in rubrica,& respondit distinguendo,vt in tex.isto.No.
1 †ꝙ lit.contest.facit conditionem litē contestantis meliorem . Itē no.qđ turpia lucra sunt ab hr̄dibus auferenda. concor. l.in hr̄dē. ff.de cal.Itē no.qđ ac.ex deli.lit.cōte. efficiunt trāsitorię in hæredes pro portione hr̄ditatis,nō lit.nō cōt.nisi quatenus ad eū peruenit. Sed cur diuersum. rū.qa qū lis erat cōtestata,erat celebratus, qdā quasi ꝯctus in iudicio p illā lit.cōt.vt l.3.§.idē scribit.ff.de pec. q̄ huius rei est cā;simile in rei vend. q̄ ꝯ possessorē solū cōpetit,vt l.si possessor.ff.de rei vēd.& tū lit.cōt.cū defuncto oēs venīūt cōdēnādi pro hr̄ditarijs portio.l.2.in fi.ff.de p̄to.stip.& illud opatur ille quasi ꝯctus ī iudicio celebratus, vt ibi no.qū aūt nō est lis cōtest.qa cessat iste quasi ꝯctus,hæres nō tenet; qa nō delinqt, nisi quatenus ad eū puenit, qa tūc in eo succedit, & turpia lucra non debēt apud hr̄dē manere. Quæro,tūc ad p̄dictorū declarationē, si lis cū defuncto fuerit cōtest.an in eadē instātia debēt hr̄des cōdēnari.Dic,quod sic;& ista est intētio huius tex.facit ff.de prę.sti. l.2.& l.sciendū.de ac.& obl. adeo ꝙ si instātia periret,in noua instantia hr̄des isti nō possent conueniri,qa prima expirasset, q̄ huius rei est cā,vt l.2.ff.iud.solu.,p hoc facit idē,quod est eꝯ in hr̄de actoris,vt l.filius.§.multo.ff.de inoffic.testa. & ibi no.& hoc sentit hic Cy.in fi.Quæro 2.tex.dicit,quod hr̄des insolidū cōdēnentur,an qlibet insolidū?dic,ꝙ non,sed oēs in solidū rem,vel pœnā; & ita debet intelligi hæc litera;pro hoc facit d.l.2. in fi. ff.de p̄to. stipula.& quod ibi no.His pro declaratione tex.sic dictis. Venio ad gl.magnam hic positam, alijs tanquam literalibus omissis, & vt eius intellectus facilius habeatur, eā diuido in duas partes principales, quia primo tractat, qualiter defuncto criminoso crimen purgetur per viam ac.secundo,qualiter p viā accusationis,seu off. iu.secūda iuxta fi.ibi,in publicis aūt; prima subdiuidiī in duas, qa primo de actionibus ex delicto , vel quasi . secūdo de actionibus ex ꝯctu,vel quasi.secunda ibi,finaūt ex contractu. prima iterū in duas,qa primo an actio.transeant ad hr̄des actiue.secundo,an in
b hr̄des transeant passiue.[b] secūda ibi,eꝯ regulariter. †Et vt ordinē
7 † Alij, vt Lart. & sequaces in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obl, versi. item quæro. dicunt, quòd si dilatio ex postfacto fuit per pactum concessa, quòd post lit. contesta. opponi non potest, & opposita reijcitur, & condemnabitur reus simpliciter nullis datis inducijs, & sibi imputet qui ante eam non opposuit, vt hic. sed si dilatio competit ab initio, siue ex conuentione expressa, vt quia debitor promisit dare ad tempus: siue ex natura rei. vt l. interdum. de verbo. obli. siue ex natura actionis. vt l. promissor. ff. de consti. pe. & l. j. §. exactio. j. de rei vxo. act. tunc dicunt, quòd quantum ad effectum impediendum sententiæ condemnatoriæ opponi non potest, nec quò ad effectum duplicationis induciarum. sed quò ad effectum suæ dilationis consequendæ habetur pro opposita, quia actioni inest; & sic actor proponendo actionem, proponit eam cum exceptione, quæ sui natura inest, quod sufficit aduersario, vt in simili. ff. de iureiur. l. si duo. §. si quis iurauerit, & in §. Marcellus, & ideo dicit reum condemnandum ad quantitatem soluendam tempore conuento, vel à l. statuto, & pro hoc facit quod not. glo. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. in gl. quę incipit in opponendo, & di. Bart. hæc prius non fuisse intellecta. Sed ego illam differentiam non approbo. ideo attende, quòd istæ duæ quæstiones sunt diuersæ. Vna an possit hæc exceptio opponi post lit. contest. alia si potest, quid operetur antea, vel postea opposita, & in primo non dubito, quod si ignorabat eam prius sibi competere, potest postea opponere. vt in ca. insinuante. extra. de offic. de leg. & c. pastoralis. in fi. de exce. & argu. eius, quod not. gl. 2. & in l. error. de iu. & fac. ign. sed vbi sciuit, est dubium: tamen ego puto, quòd sic, ratione iur. sui conseruandi, etiam si ex postfacto cœpit competere. quia si de pacto de non petendo perpetuo põt opponi, ergo & de temporali. argu. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & l. qui scit. ff. de vsu. Item quia si antea opposita, põt postea probari, vt hic: ergo & opponi postea debet posse. arg. l. si quidem. j. de exce. Item, quia oppositio quæ fit ante, quando probatur postea, non fit nisi ad notificationem, vt sic desistat si vult actor, & pœnam non incurrat & sic potius habet vim protestationis, vt actor pœnam legitimam incurrat. si igitur ante nõ opposuit, solum prouisionem l. quàm consequebatur opponendo debet perdere, nõ propriam quam sibi acquisiuerat per cõtractum: & quæ prius quàm actor peteret, sibi competebat, cum lex suum, non proprium deneget auxilium. Ex his patet ꝙ Bart. in primo membro nõ benè dixit, nec etiam sm membrum est sic faciliter expeditum: quia ll. per eum allegatæ loquuntur, qñ ex propositione facta appareat defensio rei. Sed pone ꝙ creditor in casu nostro petit decem vt simpliciter promissa, nihil de tempore dicendo. certe non dicitur petere cum dilatione conuenta: quia si sic intelligeretur petere, l. plenam duplicationis induciarum non imponeret, & idem dico si à l. datur dilatio, vt in dote: quia nisi reus opponat exceptionem, non hr̃ pro opposita, & tex. hoc probat in d. §. tpales, & probatur etiam per no. in l. scimus. in prin. s. de inoffi. testa. & põt esse ratio, quia beneficium non ɔfertur in inuitum. l. inuito. ff. de re iu. Et ideo debet de eo opponere, vt videatur acceptasse & sic ɔcludo ꝙ exceptio põt opponi ad iuris sui conseruationẽ, & defensio-
8 nem, etiam post lit. conte. & hæc de 1. q. † Circa secundam, quid operetur antea vel postea opposita. dico ꝙ inspicienda est forma opponendi, quia si opponitur ante, vt actor repellatur ab agendo tanquam malè agens, quia ante diẽ agit; & tunc statim debet probari, quia tendit ad impediendum processum: ideo sicut cæteræ exceptiones processus impeditiuæ debẽt ante probari, ita & ista, qua probata iudex habet pronunciare istum malè agere, quia ante tempus agit; ideo de præsenti cum audiendum nõ esse. sed an isto casu duplicentur induciæ, sentit Inn. ꝙ sic, vt patet ex his quæ dixi. Ego puto contrarium, quia duplicatio induciarum est subrogata loco admissionis rei seu actionis. vt d. §. temporales. versi. hodie. sed isto casu non perdebatur actio, sed demum si super petito. fuerat lis contest. vt colligitur ex tex. institu. de act. §. sed quidem. dum litera dicit, plus tempore petitum fuerit. nam ante lit. conte. non dicitur petijsse, sed petere voluisse. l. amplius. ff. rem ratam habe. & hoc etiam colligitur, & clarius in dict. §. temporales. versi. alioquin. vbi plura verba ibi posita hoc probãt, ut studiosus lector percipere potest, & pro hoc facit, quia ante litem contesta. licitum est pœnitere, ne pœnam incurrat, vt supra. de plus peti. l. 1. & extra eodem ca. 1. in princi. aut opponitur simpliciter, & ad ulteriora procedi non petitur; & tunc sufficit eam probari post litem contesta. & intentionem actoris probatam. quo facto, olim actor perdebat actio. vt di. ver. alioqui. qđ intelligo si hoc petebatur à iudice pronunciari. hodie autem nõ perdit, sed du-
9 plicantur inducię, vt ibi in §. hodie. † Stat ergo dubium probata exceptione, quid iudex habet facere. & huic respon. ꝙ in fauorẽ actoris nullam potest proferre sententiam, vt in d. ver. alioquin. ibi dum dicit, nec eo iudicio quicq̃ consequetur. dẽt ergo pronũciare ꝓ reo, sed nõ diffinire sup petito, sed reo petẽte dẽt eum ab soluere ab obserua. iudicij cã adiecta, quia actor ante tp̃s egit. & idẽ dico, si reus nõ petierit, qa ex actis apparet ei quid facere dẽt. Sed super duplicatione induciarũ, an dẽat ꝓnũciare. rñ. quod nõ tenetur, nisi petat. põt tñ ex officio si vult. Si tñ super duplicatione induciarũ nihil pronunciat: nihilominus ipso iure a l. duplicatas inducias hẽbit, quibus demum finitis, & nõ ante poterit actor de nouo experiri, & reus his demum finitis & expensis refectis, & non aliter cõpelletur litem, suscipere, vt dicit tex. ibidem. in ver.
10 hodie. † Ex quo clare colligitur, ꝙ absolutoria ab obseruatione iudicij dẽt proferri. qđ probo, qa condẽnatoria ferri non põt vt s. dixi per ver. alioquin; nec simplex absolutoria, qa tunc actor amplius nõ audiretur. qđ ibi negatur in fi. ergo sequit̃ ꝙ absolutoria ab obseruatione iudicii necessario dẽt ferri. Et sic patet ꝙ Inn. male dixit. qui dixit, qđ condẽnatoria ferri dẽt. nec ob. ll. quas ipse allegat. non l. de qua re. qa rñdeo dupliciter. vno modo, vt de re iudex ꝓnunciet, de qua cognouit, vbi l. iusta de cã aliter pronunciari statuat, vt hic. alio modo retorquendo in oppositum, qa & hic cognouit de exceptione opposita, q̃ declarat actorem non hẽre ius petendi de p̃nti. ideo ẽt super ea pronũciare hẽt. Iõ media via in ꝓnunciãdo est inuẽta, per quã vnicuiq; suũ ius reseruatur. Ad l. in l. aquilia & d. l. quidã similis. rñ. qa ista rõ, quæ suadet ibi reũ condẽnari añ euentũ cõdi. vel diei, in casu suadet eũ non condẽri sed absolui, & non simpliciter. vt s. dixi. delictum. n. rei est illud, qđ in condemna. fieri inducit; sed in casu delinquit actor, & non reus. ergo &c. Et hoc qñ opponitur hæc exceptio añ li. conteste. vel in ipsa ɔtest. Si aũt opponatur postea, ꝙ s. dixi fieri posse indubitãter, si prius ex iusta cã ignorabat ɔpetere, & tunc, qa ad processum põt opponi, & sic ad impediendũ diffinitiue ꝓnũciari, dico qđ ea opposita si actor ꝑsistat in petitione sua, & exceptio ꝓbet, iudex dẽt absoluere ab obseruatione iudicij & ɔsequet̃ reus cõmodũ duplicationis induciarũ, vt in primo membro dixi: quia iste casus illi æquiparatur, vt voluit Inn. & hoc puto verũ, nisi & actor sit ignorasset ex iusta cã. nã tunc non debuit statim facta oppositione a lite desistere, & ius suũ indiscussum dimittere. Itẽ qa ignorans nõ dẽt pati pęnã vt ff. loc. l. si ignorans. Itẽ quia in pari ignorantia melior debet esse conditio eius, qui tractat de damno euitãdo, & ideo isto casu cũ vterq; ignorans fuisset, non puto ꝙ cõsequatur reus beneficium duplicationis induciarũ: quia sufficiat ei absolutoria ab obseruatiõe iudicij; & hoc vbi ignorauit reus. Si autem sciuit ante lit. contest. exceptionem sibi competere, tunc pp eius scientiam, & omissionem quã fecit, priuatus est a potestate opponendi talem exceptionem ad retardandum processum & impediendum diffinitiuam ferri. Et ideo isto casu sto cũ Nic. de Ma. & forte idẽ voluit Inno. vt tunc exceptio probata diffinitiuam non impediat, sed solum dilationem prius ei competentem reseruet, & iõ condemnabitur diffinitiue ad soluendum, cũ tempus dilationis euenerit: & sic cõmodum duplicationis nõ hẽt, quia illud ei datur ei qui in initio opposuit, vt hic. & hoc vult clare tex. in d. §. tpales. versi. ergo in quib. quẽ ponderandũ dicit agere volentib. obijcitur exceptio. agere. n. velle dñtur ante lit. cõtest. non postea. l. amplius. ff. rem ra. ha. & hæc vera, ẽt si ex pacto post ɔctum inito ɔpetat exceptio; puta si postea fecit creditor debitori pactũ de nõ petendo vsq; ad certum tp̃s. & idem dico, si dilatio ɔcedatur bñficio l. ex natura actionis. vt d. §. tpales. vbi de
11 vtroq; loquit̃, & rões s. allegaui. & hæc de ista q. sufficiãt. † Quæro modo, dixi qđ vbi petitur añ tẽpus, duplicãtur induciæ, si opponatur exceptio. Sed qd si añ conditionẽ petatur. gl. sm Hug. in l. pecuniam. ff. si cer. peta. & in l. grege. §. si sub ɔdõne. ff. de pig. dixit qđ induciæ duplicabuntur per d. §. tpales. versi. hodie. insti. de excep. sed eã reprobat Guil. de Cug. duabus rõnibus. prima, quia pœna duplicationis induciarum succedit loco amissionis ac. vt ibi. sed olim agens ante condõnis euentũ non perdebat ac. vt d. l. grege. §. si sua conditione. qa in oblõne conditionali non est tp̃s aliquod certum, & sic non est quid duplicandum, cũ non sit dare simplũ. j. de sen. quæ pro eo. l. j. sed Bar. tenet eam. & pro ea dixit esse casum, ex de plus pe. coniuncto medio cũ si. qđ suadet ratio, ne melioris condõnis sit qui pessime agit, q̃ qui male agit. Ad secundã rñ. qđ duplicatio fiet, cũ ɔdõ euenerit, quia tũc certificabitur qđ prius incertũ erat. Ad primã nihil rñ. quæ fortius vrget. Sed dñt aliqui, ꝙ de iure antiquo non ꝑdebat cãm, sed postea de media iur. prudentia causam perdebat. l. nõ solum. §. tale. ff. de li. leg. & ibi not. Alij dicunt, quod si causam non perdebat, tñ tanq̃ temerarie agens puniebatur, vt d. l. eum quem temere. ff. de iudi. & hæc pœna erat arbitraria. hodie autem iudex non habet arbitrari: quia pęna est duplicationis induciarũ, vbi minor erat excessus. Alij dñt aliud de iur. cano. aliud de iure nostro, qd sanctius ꝓuidet: ne si conditio non eueniret, reperiretur temerarius sine pęna. Alij dicunt, quod si dies venit in consequentiam conditionis, tunc de iure nostro non ꝑdebat causam, nec duplicabãtur induciæ, sed vbi econtra conditio venit in ɔsequentiam diei, tunc perdebat cãm. vt d. §. tale. hodie duplicabantur induciæ, licèt dies fuerit ab initio incertus, vt d. §. tale. Vltimo quia Cy. & doct. ponunt hic generalem materiam opponendarum exceptionum, & ego in maiori parte eam in diuersis legibus scripsi, ideo sub breuitate per modum summæ eam recipio, continuo ad ea quæ scripsi remittendo, & incipio ab illis quæ concernunt aptitudinem, vel ineptitudinem rei: seu eius valitudinem, vel inualitudinem.
12 † Et primo incipio à libello, & dico ꝙ exceptio inepti libelli põt
a opponi quandocunque.[a] de hoc est gl. singularis, inst. de ob. ti. generali. in prin. quæ incipit istud sm. in fi. & est ratio, quia reddit iudicium retro nullum, cum ibi non possit esse iudicium vbi nõ est fundamentum, vt ca. fi. extra. de præsby. non bap. & pro hoc text. extra de iudi. c. examinata. Et intelligo ineptum, quando de iure non ɔcludit. exceptio autem libelli non continentis causam ante
13 lit. contest. debet opponi, non postea, vt j. de an. excep. l. fi. † Transeo ad personam producentem, vel contra quam, & si est principalis persona quæ nõ habet legitimam personam, dic, vt s. qui legi. per. & s. de procu. l. exigendi, & quod ibi scripsi, super gl. super
b uerbo, non iniustè. Si autem sit qui ueniat nomine alieno,[b] dic ut dixi in l. licèt, in eo. tit. quæ de except. procu. loquitur. Nunc de persona incompetentis iud. & tunc si delegati, dic, ut dixi. in l. præscriptionem. s. si contra ius, uel utili. pub. Si ordinarii, dic ut dixi in l. j. j. de iuris. om. iu. Si uero quæratur de exceptionibus defectum in procedendo concernentibus, distingue: aut allegatur defectus in omissione, aut in ordinis præposteratione. primo casu, & tunc, aut defectus est in substantialibus; & ille potest allegari, quandocunque etiam post sententiam, & est ratio, quia sententia redditur retro nulla, ut j. de sent. l. prolatam, & j. quo. & quando iud. l. si ut proponis, & l. ea quæ. aut est in aliis, quæ non sunt substantialia, & tunc talis defectus debet opponi ante sententiam, non postea: nisi ab ea fuerit appellatum. ut extrã. de probat. ca. quoniam contra, & ibi gl. fi. & per Io. An. in c. præsentia. de renun. in fi. Si in ordine, & præposteratione, & tunc: aut eiusdẽ causæ ad seipsam, & talis præposteratio uitiat processum: ut d. l. prolatam, & extra. de iud. c. exhibita. Ideo quandocunq; potest opponi, & post sentẽtiam, quia redditur nulla. aut unius causæ ad aliam, & tunc aut quælibet earum erat mouenda inter easdem personas, aut inter diuersas. si inter easdem, & tunc gl. est clara, ꝙ ante lit. contest. debet opponi in l. si mancipium. §. 1. ff. de euict. Et ratio diuersitatis inter istum casum & præcedentem est, quia in primo casu ordo est de forma illius iudicii, cum quodlibet totum requirat suam formam. l. Seia. ff. de aur. & arg. leg. ideo non seruata non habet essentiam. ff. ad exhi. l. Iulia. §. sed & si quis. In secundo casu ordo non est forma alicuius illorum iudiciorum, sed simpliciter de ordine unius totius ad aliud, & non est omnimodo necessitatis, sed potius utilitatis & uolũtatis. ideo & merito à parte debet opponi ante lit. conte. ut appareat, quod non ɔsentit actui sibi præiudiciali. Si inter diuersas personas, ut fideiussoris petentis primo conueniri principalem: uel extranei pignoris possessori, petentis primo excuti principalem, ut in auth. sed hodie. s. de actio. & ob. & gl. fi. in fi. in l. 2. ff. de exceptioni. & dicit hãc exceptionem esse anomalam, & sic posse opponi ante lit. contest. & etiam postea, & mouetur ex eo, quia dubium est an sit temporalis vel perpetua, & in dubio iudicandum est, ut de perpetua. l. sufficit. ff. de ɔdi. inde. Sed in contrarium indux. Iac. de Ra. quia adultera nõ potest accusari, nisi prius adulter accusetur, & hæc põt mulier ipsa excipere vsq; ad lit. contesta. seu antequam recipiatur inter reos, non postea. ut l. si maritus. ff. de adul. §. præscriptiones. ergo nec in proposito: cum utraq; sit exceptio ordinis, & istam partẽ tenuit Pet. & Cy. hic in 7. q. hoc idẽ tenet Bar. in d. l. 2. ex eo quia ista exceptio non perimit, nec impedit personam agere, & solum petit, vt principalis prius excutiatur. ego idem teneo per rationem, quàm in præcedenti membro assignaui, s. quia iste ordo non est de forma alicuius totius, sed de ordine unius totius ad aliud, & ob utilitatẽ fideiussoris inuento, cui tacitè renunciare potuit patiendo secum litem contesteri. Non ob. ratio glo. dum dicit, quia defensio exceptionis potest esse perpetua, principali postea soluẽte. quia respon. sm Bart. quòd illud non contingit principaliter vi exceptionis & eius natura, sed vi & potestate solutionis quæ omnem obligationem dissoluit, vel aliter exceptio dubia, ut eius
defensio

ADDITIONES.

a ¶ Quandocunque. Adde Abb. Sicu. & no. in c. cum dilectus. de emp. & vend. & ibi Pet. de An. refert se hæc audiuisse a Bal. in voce, sed Bald. tenet in l. 2. s. de rescin. ven. & in auth. si quis litigantium. s. de epis. audi. & in l. maioribus. s. communia vtriusq; iud. & l. j. pen. col. vt quæ desunt aduo. parti. Item etiam post terminum statutum opponẽdum Bal. in l. edita, ante pe. col. s. de eden. & Alex. in l. si expressim. de app. quòd possit opponi post lite. contesta. tenet Iac. But. in suo consi. quidam fratres, & hic, quia non est propriè exceptio. & adde, ꝙ impedit processum Bal. in additio. Specu. de lib. conceptio. versi. exceptio inepti libelli. vide Bald. in marga. versic. libellus. versic. 9. in addi. ad Specul. de senten. versi. quid si libellus.

b † Nomine alieno. Tu dic de hoc, ut dixi hic in apostil. ad Bal. nu. 7. in versi. teneatur ostendere, & post Lanfran. in c. quoniam contra. in prin. nu. 11. versi. attendite. in ver. iudex vel procurator. extra. de proba. & prout not. Feli. 6. col. pen. uersi. 7. quæro secundum omnes.

defensio sit perpetua, iudicatur perpetua quò ad petitionem solũ, vt dicit litera in d.l.sufficit, & sic non quò ad omnia vt hic. vel tertio exceptio dubia iudicatur perpetua, quando dependet ab euẽtu futuro, vt ibi:non si à statu præsenti, puta, an debitor principalis sit soluendo, vel non. quia tũc in se non est dubia. licèt in nr̃a cognitione non sit certa. vt l.cum ad præsens.ff.si cer. pet. Nunc trãseo ad exceptiones, quæ ineptitudinem, vel valitudinẽ rei non concernunt, sed alium finem tendunt, & primo de dilatorijs: secundo de peremptorijs: tertio de mixtam naturam habentibus: quarto de moderatorijs sententiæ vel executionis: quinto de quibusdã alijs. Redeo ad dilatorias, & dico ꝙ alia est dilatoria solutionis: alia iudicij vel processus.

24 † Dilatoria solutionis potest opponi ad triplicem effectum, quia vel ad impediendum processum, & ista debet opponi, & probari ante lit. contest. vt cæteræ. de quibus ĩ.dicam. vel ad impediẽdum diffinitiuam ferri, & ɔsequendũ absolutoriam ab obseruatione iudicij, & beneficiũ duplicandarum actionum dilatoriarum, & tunc debet opponi ante lit. contest. vel in ipsa ɔtestatione, & hæc postea probari põt, cum actor suam intentionem probauerit, vt hic: vel tertio pro iure suæ dilationis tm̃ seruando, & isto modo dico eam opponi posse post lit. contest. vt hæc omnia s̃.declaraui. Exceptiones autem dilatoriæ iudicij seu processus debent opponi ad processum impediendũ, & ante lit.contesta. si prius competebant, & statim probari. aliàs sola obiectio esset frustratoria. Itẽ possunt opponi postea, si ignorabantur prius competere. vt not.in l.error. s̃.de iur. facti ignor. & est tex.in c.pastoralis.in fi.extra.de excep. Similiter possunt opponi post lit.contest. si postea cœperunt competere.l.2.de confor.ei.li. & ante aliquem alium actum iudiciarium dicuntur opponi, vt dixi in l.ita demum.de procu.& statim probari, vt in præcedenti dixi. vltra autem illa tempora non possunt opponi, nisi redderent iudicium retro nullum, vt s̃.dixi. Ad cognitionem autem istarum exceptionum possum regulas istas dare.

25 † Prima, vt quotiescunque per obiectum exceptionis aliqua de personis substantialibus iudicij, vt est iudex actor, vel reus vel qui pro his veniunt, repellitur, vt minus idonea, illa exceptio potest opponi ad processum, & erit iudicij declinatoria, vt s̃.de eo qui leg.perso.l.j. & de procu.l.licet, & ĩ.si a non comp.iudi.l.fi.

26 † Alia est regula, ꝙ omnes excep.litis finitæ possunt ad processum opponi, & est ratio: quia ex quo finem liti imponunt, non est conueniens vt lis instauretur. vt s̃.de transact.l.fratris, & de pact.l.postquam liti.& ibi exceptiones lit.finitæ enumeraui.

27 † Tertia est regula, ꝙ vbi exceptio declarat nullam actionem actori competere, illa exceptio ad impediendum processum potest opponi. patet in exceptione acceptila. quæ est imaginaria sol. vt l. vbi pactum.s̃.de transact. & ibi glo. quæ hanc probat, & idem fortius est dicendum in exceptione solutionis, & istius regulæ. ratio est, quia nemo potest sine ac.experiri.ff.de admi.tuto.l.quoties.§.item si temporali, & ff.de neg.gest.l. si pupill.§.videamus, & ibi dico esse casum pro ista regula, si forma illius literæ attendatur.

28 † Quarta regula est, ꝙ quãdo lex ciuilis vel municipalis dicit, ꝙ quis non audiatur, vel ei audientiam non dabo, nec aliter ibi, vel alibi declarando procedit, quia forma non adijciatur, tunc dico exceptionem illam ad processum impediendum opponi posse. vt s̃.ne quis, vel regi.l.2.& s̃. de his qui.ad eccle.confu.l.si seruus, quod tene menti propter statuta disponentia, vt malpagus, vel bannitus non audiatur agendo, & an per lit.contest.reus ab opponendo eam excludatur, dubito, quia quoties aliquid dicitur vel proponitur nasci, & c.ar.l.sicut, & l.repeti.ff. qui mo.vsuf.amitt. Et has regulas tene perpetuo cordi.

29 † Circa peremptorias autem dico, ꝙ illæ possunt ante lit. conte.opponi, sed non est necesse, quia ad processum opponi nõ possunt, nisi essent de his quæ haberent naturam mixtam. de quibus ĩ.dicam. Sed post lit.contest. debent opponi ĩ.tempus legitimum, & ad merita causæ. id est ad impugnãdam causam, & ideo appellantur peremptoria, quia perimunt petitionem actoris, & de his cognoscitur vna cum principali, non seorsum ab illa. In hoc differunt à dilatorijs iudicij, & de istis in l.peremptoria.ĩ.sen. re.non po. & l.si quidam.ĩ.de except. & exempla habes in exceptione macedoniani & velleiani, præscriptionis, pacti de non petendo, & si.licèt exceptiones macedoniani, & velleiani sint in aliquo priuilegiatæ, quia ante non oppositæ possunt post sentẽtiam opponi, vt l.tam, & si.ff.ad macedo.

20 † De his autem quæ mixtam naturam habent, dicendum est, ꝙ in electione est rei, an illas opponat ad processum, vel ad merita causæ: dummodo opponat legitimo tempore. ideo dicuntur mixtã naturam habere. huius naturæ sunt omnes exceptiones lit.finitę. vt transa.iusiurandi, renũciatio.lit.& cãæ, res iudi. vt ff.de condi. inde.l.eleganter.§. si quis, & ibi per Iaco.But.& s̃.de transl.l.fratris, & de pact.l.postquam, & ibi dixi. Simil'r exceptio. per quas apparet act.ius ipso iure non cõpetere, sunt eiusdem naturæ, de quibus dixi in præce. vnde illas nedum ad processum, sed etiam ad merita causæ dico opponi posse.

21 † Nunc de his, quæ sunt modificatoriæ condemnationis, videamus, & istarum quædam modificando limitant actionem: quædam modificando differunt exactionem. Exemplum primi habes in actione de peculio, de tributoria, & de in rẽ verso, & si. stę dñt oppo.tpe peremptoriarum, quia licèt non perimant totũ, perimunt tñ partem. vnde arguendo de toto ad partem, l. quæ de tota.ff. de rei vendit. benè sequitur, ꝙ tempore peremptoriarum debent opponi. exemplum secundi habes in exceptione, ne quis teneatur, nisi quatenus facere potest, & sic deducto ne egeat. nã hoc non impedit cõdemna.fieri de toto, quia semper fit de toto, sed temperat exactionem, & ita potest opponi ante sententiam, & post sñiam: quia sententiæ non contradicit, vt hoc scripsi.s̃.de iur.& fa.ig no.l.j. vbi glo.not. & ibi vide.

22 † Nunc quæro de quibusdam alijs, de quibus dubitatur, videlicet de exceptione diuisionis quam habent quandoque duo rei, vt authen.hoc ita. in fin.ĩ.de duo.re.vel plures fideiussores, vel constitutores, vt s̃.titu.proxi.l. fin.& ĩ.de fid.lege non recte. Et breuiter distinguo, aut de exceptione diuisionis factæ à creditore, & illa opponi debet tempore peremptoriarũ, quia inducit tacitum pactum de non petendo.l. creditores.de pact.l.liberum.ĩ.de fideiuss. Aut queritur de beneficio diuisionis à lege concesso: & circa hæc variant glo.& nimirum. quia text.sunt dubij. nam institu.de fide.§. si plures. videtur tex.sentire, ꝙ ante lit.contesta. debet opponi. hanc partem tenet Petr. tam per illum text. quàm per l.inter eos.§.j.ff. eo. Et allegat istam rationem, quia ista exceptio in sui conceptione, non continet peremptionem intentionis actoris: & sic potius dilatoria est nuncupanda, & sic ante lit. contesta. debet opponi. hanc partem di. Cyn. ꝙ quidam sequuntur istã ratione: quia beneficium diuisionis datur ei, qui debitum non inficiatur.l.si dubitem. §.j. ff.de fide. sed per lit.contest. quis debitum inficiatur.l.j.s̃.de lit.contest. ergo vltra ei non competit beneficium, nec ius opponendi. Alij glossatores dixerunt, ꝙ est peremptoria, & demum post lit.contest.& ante senten. potest opponi, & dicunt esse casum in fideiussor.ĩ.de fideiuss. sed Petr. nititur respondere, ꝙ ante sententiam, & ꝙ ante lit. contest.est. Sed hoc non est de intentione illius tex. ideo Dyn.& Bart. tenent istam partem, tam per illum text. quam per rationem illam, quia hæc exceptio non differt: sed perimit pro parte intentionem actoris: quia facta diuisione alter pro altero non tenetur, licèt ille desinat esse soluendo.d.l.inter eos.§.cum inter, & sic ratio. Pet. non est bona. Ad tex.per eum allegatos respondent, quod potius faciunt contra Petr. quia sciri non posset, an alter fuisset soluendo tempore litis contest. nisi iam lis contestata fuisset, & sic ibi post litem contestatam de beneficio diuisionis opposuit. Ad rationem quia dicitur, quod per lit.contesta. neget debitum: respondet Bart. quòd ex hoc non negat se fideiussisse, & illud est, quia necesse est expressim negari: quia illud & illud quod est causa huius beneficij. Sicut dicitur in socio qui se negat socium: & in filio, qui se negat filium, & in potestate, vt ff.pro soc.l.si vnus, & de re iudi.l.sed hoc ita, & ff.quod cum eo.l. sed si ex parte.§.interdum. Ego autem, quicquid isti do.dicant, puto, ꝙ gloss.instit.de fi.§.si plures. dicat veritatem, scilicet, quòd sit anomala, quia nõ est simpliciter dilatoria, nec simpliciter peremptoria, sed de vtroque participat. ideo dico, quòd ante litem potest opponi, sed non necessitatur. & si opponatur, differt, & perimit. Differt enim processum, donec fuerit cognitum, an alij sint soluendo, vel non, & si reperiuntur soluendo, diuiditur petitio, & actio: & super diuisa lis contestatur: & si post lit. contesta. quis eorum desinat esse soluendo, periculum est creditoris. De hoc videtur mihi casus in d.l.inter eos.§.cum inter. Si autem non reperitur soluendo, nõ diuiditur. veruntamen stante hoc dubio ꝙ expensis, & periculo opponentis, & satisdatione præstita, & nõ aliter fit, tunc hæc diuisio, & pro parte aliorum conuentio.l.si dubitetur.in eo.tit.& ibi etiam probatur, ꝙ ante lit.contest. potest opponi, & sic in parte differt, & in parte perimit, si soluendo reperiantur, & aliis fideiussoribus nõ repertis idoneis ad soluendum except. receptio reperitur solum distulisse, non peremisse. item dico, quòd post litem contesta. potest opponi.l. fideiussor. ubi casus. infra. de fideiuss. Sed, an semper, est dubium, & mihi videtur sic dicendum. Aut quæritur in casu, quo prius non competebat ei ius opponendi, puta quando alii fideiussores ante litem contesta. non erant soluendo, nunc facti sunt soluendo, & tunc cum prius opponi non potuit, quia ius opponendi non competebat: vt not.doct.in dict.l.si dubitetur. dicendum, quòd opponi potest. argum.l.2.supra.de conso. ei.li.& extra.de except. c.pasto. in fin. aut quæritur in casu quo prius facultas opponendi ei competit: quia ante lite.conte. & tempore lit.conte. fideiussores erant soluendo, & hic stat totum dubium, an postea per conuentum possit opponi, & isto casu distinguo, aut reus negauit se fideiussorẽ, & expresse, vt requirit Bart. & tunc res est clara, quòd opponere non potest.d.l.si dubitetur.§.1. aut se confideiussorem non negauit, & tunc aut confideiussores videntur locupletes, & sunt soluẽdo, & puto quòd opponi possit: quia ex parte actoris nulla est iusta causa contradicendi.ff.qui satida.cogan.l.si vero.§.qui pro rei qualit. & ita potest intelligi l. fideiussor. Aut sunt euidenter non soluendo, & puto, ꝙ non possit opponi, vel opposita non releuet: quia non sufficit tempore anteriori fuisse soluendo, nisi tempore oppositionis sit soluendo. hoc mihi videtur probari in d.l.si dubitetur, & l.inter fideiussores.in eo.titu. Et suadet ratio, quia non actor, sed reus fuit in culpa, qui nõ opposuit tempore, quo cæteri erant soluendo, & si aliter dicatur, dabitur reo occasio malignandi. Nec ob.l.inter eos.§.j.in fi. quia loquitur, qñ conuentus est soluendo tempore lit.cum eo contest. & postea desinit. nos de conuento loquimur. [illegible] si alij [illegible] soluendo, vel nõ, & tũc recurrit ad remediũ l.si [illegible] prin.& hęc in plurib. fideiussoribus, & mandatoribus, vel constitutoribus, sed in plurib. correis debendi dico indistinctè post lit.contest. opponi posse: qa eis competit purè, & ipso iure, non sub conditione, si alter sit soluendo, vt in Auth.de duo.re.§.j. sed replicari põt, ꝙ alter nõ est soluẽdo; & replicanti incumbit onus probãdi hanc negatiuam, vt not. Bar.in l.3.ff.de re.dub. dubitari tñ p̃t, an hęc exceptio diuisionis post sententiam in executione possit opponi. quidam, ꝙ sic, vt no.in l.fideiussor ĩ.de fideiuss.& pro eis facit ff.de iur.fisc.l.bona §. j. sed doc. tenent ɔ̃, quia l.non cauetur. Et sic stat regula, vt nõ opponatur postea, l. peremptoria ĩ. sen. re. non po.& l.j.s̃.de iur.& fact.ignor. Ad l.bona. respon. ꝙ ibi de alia diuisione loquitur, puta cõdemnationis factæ de pluribus. h.d. de diuisione petitionis. Nec ob.l.fideiussores §.fi.ff.de fideiuss. quia illa in cessione actionum loquitur. Quæsiuit Iac.But. si iudex compellit reum ad lit. contest. an possit reus sibi reseruare exceptiones dilatorias, & ipse dixit, ꝙ sic aduersario consentiente, non aliàs. ita no. ipse in lec. antiqua in l.si fideiussor.ff.qui satisd.cog.& hic sit finis.

AVTHENTICA.

1 *Testes non producuntur post didicita testificata, & num. 4. & 11.*
2 *Minor potest nouos testes producere.*
3 *Productio testium quomodo vna esse dicatur.*
5 *Testes noui, an possint in causa appellationis produci ab eo qui succubuit in principali.*
6 *Instrumenta, an possint produci post processus aperturam, & post testificata didicita.*
7 *Testes noui, vel etiam ijdem, quando sint denuo producẽdi, & numeris seq.*

1 **At qui semel.** † Post didicita testificata nõ possunt testes produci: eis vero non didicitis trinæ productio permittitur absq; aliqua solẽnitate, quarta nõ, nisi solẽnitate hic seruãda subiecta. h.d. Not.j. ꝙ didictio, seu scientia testificatorũ impedit productionẽ nouorũ testiũ. Ex quo nota, ꝙ debet tolli occasio malignandi, & falsum committẽdi. Item nota, ꝙ super hoc rescriptum principis non seruatur. Item no. ꝙ trina productio absq; solennitate permittitur. Item, ꝙ quarta productio requirit solennitatem iuramenti, de quo hic. ex quo nota hic probari negatiuam, & ignorantiam iurium. Gl. format duas oppon. vna est, ꝙ post didicita testificata possint testes produci, ĩ.tit.j.l.si quis testibus, & l.fi. Sol. vt in gl. super verbo, producit: ꝙ potest non ad probationem principaliter suæ intentionis, vel excep. sed ad probationem testium aduersarij; & sic ad falsitatem arguendam. Opp.2. ꝙ etiam ad probationem iur. vt ff.de mi.l.minor 25.an. omissam. Sol. ꝙ ibi per in integ.rest. concess. minori. vt ibi no. gl. Or attende, quia ɔ̃ istam solutionem facit primo, quia minor est vsus iure cõi, quo quilibet diligens paterfa. vsus fuisset faciendo publicare processum, ergo non debet restitui, l. non vr̃ s̃.de in integ.resti. Secundo, quia aduersus dolum præsumptum ex actu de futuro non datur restitutio. l.auxilium.§.j.ff.de mino. & s̃.si aduer.debi.l.j.& ibi dixi. Horum timore quidam dixerũt, ꝙ ad producendum testes, vbi p̃ minorem nulli fuerant producti, bene restituit minor,

a sed vbi aliqui fuerant producti, & eorũ dicta didicita, minor nõ restituet, vt alios p̃ducat, timore subornationis: vt in ɔ̃rijs.

2 Alij dixerunt, † ꝙ ẽt si minor alios testes produxit: nihilominus restituetur, vt alios qui melius nouerunt veritatem, producat, dicentes, ꝙ in minore cessat fraudis suspicio, argu.l.j.in fin.ff. de eden. & ff.ad Sil.l. si quis in graui.§.ignoscit, & ff.ad sen.ɔsul.tur. l.j.§.accusatorem, in fi.& ff.de iur.fis.l.edicto §. fi. Nec in eius tutore, vel curatore dẽt præsumi, argu. ff.de in lit. iur.l. videamus §.j. & si præsumeretur, eius dolus nõ debet minori nocere ff. qñ ex fa. tu. per totum, de doli excep.l.apud Cellum, §.illa, & ita tenet Gui. de Cu.in l.vbi ff.de eden. sed ille ll. si bene ponderentur, loquuntur de dolo præterito, non futuro. Inn. vero extra, de in integ. rest.c.auditis, & c. coram felicis, in vltima glo. dicit, vt primi, qñ nulli testes super articulo fuerunt producti, sed qñ fuerunt producti dicit, ꝙ non sic faciliter restituitur, sed pręcedente aliqua summaria cognitione, ꝙ alios potuerit producere, q melius sciebant veritatem, & alia, quæ iudicio occurrerunt inquirenda, & per quæ appareat summatim iudici, ꝙ lęsus fuerit. nam tunc restitutio concedi debet. hanc opi. sequitur Bart. tam in d.l. minor, q̃ in l.j.§. item aduersus ff.de ope.nou.nunc. ꝙ hic inducit dictum §.accusatorem, quem Gui. induxit coniuncta l. qui destitit, in eo.tit. nam illis simul iunctis di. ipse Azo. ꝙ pp lęsionẽ tam in pręsenti succurritur, q̃ etiam aduersus dolum, qui p̃sumeret in futurũ. Et ex hoc r̃ndit ad l.auxilium §.j. quia ibi de præsenti nullum damnum patitur, nec vllam lęsionem probare potest in præsenti: in casu nostro sic. Et hæc solutio notabilis est. vnde eã tene cordi.

3 † Transeo ad examinationem nostræ l.& primo quęro cũ gl.si. quomodo hic accipiatur vna productio. & dicit gl. ꝙ quidã volebant, ꝙ quot essent productiones, q̃ fierent intra eãdem dilationẽ, illæ censerent pro vna tñ, & sic cõsiderabãt potius dilationẽ, q̃ productiones. Ista nõ placet gl. & merito; cũ quatuor dilationes nõ dent, l.si.ff.de fer.& dila. & tñ quatuor p̃ductiones hic p̃mittunt, licèt quarta cũ iuro. Alij accipiũt p̃du. vt verbũ sonat, vt si hodie p̃ducant duo, vel tres testes; & cras p̃ducant alij: istæ sunt duæ p̃ductiones, & sic de alijs ẽt si ĩ.dila. fiat, hãc approbat gl. Et attẽde, p̃ductionẽ accipit p̃ noĩatione q̃ facit iudici, vt illos faciat iurare, & eos cogat testificari, quasi lex habuit sic facientẽ suspectũ, cũ oẽs a principio noĩare potuerit. Alij dixerũt al'r, vt in cor.no. Sed moderni doc. dñt, ꝙ hic accipit vna p̃ductio nõ tm̃ pro vna noĩatione, sed ẽt eorũ exaĩatione seu testificatione, & sic cũ primo nominati fuerint examinati, de nouo nominat alios, & eos examinari facit; & illis examinatis, iterato alios nominat, & examinari eos facit. Cõtra sic faciẽtẽ suspicat l. ꝙ testificata didicerit ex eo ꝙ post illorũ testificationẽ toties plurificationẽ noĩationũ, & p̃ductionẽ fecit, & hoc colligũt ex forma iuri, ꝙ p̃stat: puta ꝙ nõ subtraxit, nec p̃cũctatus fuit attestationes, &c. vt hic in litera. siue sint ergo nominati, & nõ iurati, siue ẽt iurati, si tamen nemo eorum deposuit, illa auth. cessat & plures noĩationes q̃ hic dicat, fieri potuerunt, ꝙ intellige si tempora dilationũ suffragantur, poterit tamen iudex ineffrenatum numerũ testium refrenare, & taxare, vt extra, de testi.c.cũ cãm §.nolentes, & ff.in eo.tit.l. j.in fin. Et vt euitentur opin. prædictæ, consiliũ est vt ab initio nominentur omnes, quos quis intẽdit producere, & poterit ex eis quos vult examinari facere ff.de ar.l.non ex omnibus. Sed iuxta p̃dicta quæro, quid si renunciatum fuit probationi, an testes produci poterũt. gl.pe.di. ꝙ renunciatio non obest, & idem no.in authent.iubemus s̃.de iudic.& quia hoc ibi examinaui, dic, vt ibi dixi.

4 † Tertio quęro,[b] nunquid hoc sit verum indistinctè, ꝙ post

b didicita testificata, alii testes non possint produci, & loquor super attesta. & glo. vt vidisti dicit, ꝙ fallit per restitu.in integ.i.minor. 25.an.ff.de min. ꝙ declara, vt s̃.dixi. Sed doc. addunt alios casus, videlicet, quando iudex indiscrete festinatur, & perperam odio, uel gratia punit testes, vt impediret aliorum testificationes, vt extra, de testi.cap.per tuas, in fin.& ibi per Inno.& Ioan. And. in nouella.in c.fraternitatis, eod.titu. Item propter partium consensum, & voluntatem. ar.s̃. de pac.l.si quis in conscribendo, & ar.eius quod de iuramento no.ĩ. l. iusiurandi ĩ. tit.1. & extra, de testi. c. eius. item fallit propter defensionem innocentis in causa criminali, ar. ff.de quæstio.l.1.§. si quis vltimo, & l.vnius §.reus. Item fallit quando iudex procedit per inquisitionem, & est ratio duplex. vna, qa in iudice nõ est timor subornationis, scda qa attestationes ei s̃p fuerant notæ, vnde si quid ante poterat, non obstãte illa scientia, ita debet nunc posse, & pro hoc inducitur gl.3.i l. cum de indebito.in prin.ff.de proba. & i cor. de test.§.illud tamẽ, circa princ. mag.glo.& hoc tenet Innoc.in cap. cum clamor, extra, de testi. Item fallit quando testes primo recepti non fuerunt rite recepti. quia receptio nulla est, & sic impedimentum esse nõ potest, vt in cle.testibus: extra, de testi. Item fallit, quando instantia, & cã variatur, licèt ex eodem facto agatur, ut quando de excep. trãsitur ad petitionem: vel de cã ciuili trãsitur ad criminalẽ, nam in criminali poterunt repeti testes, qui fuerunt examinati in ciuili; & fortius examinari. extra de testi.c.veniens, & c.cũ in tua & no.Bar.in l.2.§.1.ff. ui bo.rap.& dixi.ĩ.ad l.Iul.de vi.l.si quis à se fundum, ubi gl. tãgit. Item fallit si veteres attestationes casu perirent. ff.de eden.l.veluti, & c.constitutus, in fin. extr.de testi. & de his omnibus per Ioan. And.in cap. fraternitatis, eod.tit.ad fi. Item fallit, quando primi obscure deposuerunt, quia repeti possunt, ut declarent duntaxat, non ad addẽdum, uel minuendum s̃m Ioan. An.& Inno.in c.cum clamor.ex̃, de testi.

5 † Quæro 4. cum gl. si in causa principali sunt testes examinati, & publicati, & succubuit qui testes produxit, an in causa appellationis nouos testes producere possit. Cano. ꝙ non, super eisdem capitulis, quia idem timor subornationis qui sperat in principali causa, subest in causa appellationis, & de hoc fecerunt tex.in d.clem.testibus, & not.glo.ex̃, de testi cap.fraternitatis. Sed legistæ dicunt, ꝙ possunt p̃ l.eos §. si quis autem ĩ.de app. sed illa modicum vrgent, allegant etiam l. per hanc ĩ.de temp.appel. & illa fortius facit. licèt secundum ius canonicum posset restringi. vt ibi not. quidam ex glo. pro hoc inducunt l.fi.ĩ.de testibus, ubi de testibus publicatis coram arbitro possunt super eisdem capitulis testes produci coram ordinario. & sic ubi mutatur iudex, & instantia, timor primus subornationis non attenditur: sicut non attenditur, quando mutatur causa sed non factum, quia de ciuili transitur ad criminalem, vt in pręcedenti dixi. Item addũt quarto, quia natura causæ appellationis non est eadem cum natura causæ principalis: quia appellatio est inuenta ad supplendum defectus primæ causæ, vt d.l.per hãc, ꝙ non faceret si super eisdem capitulis testes produci non possent. Quinto quia attẽdi debet, quod principaliter fit, non ꝙ in consequentia venit ff.ad l.Rho.de Iac.l.nauis aduersa. Sed testes nunc principaliter inducuntur ad alium effectum, quia tunc, ut fieret ɔdemnatio, vel absolutio. nũc, ut appellatio denegeẽ iusta, vel iniusta.

ADDITIONES.

a Bene restituitur minor. Vide plene per Bar.concor.in l.1.§.nunciato.in pen. col.ff.de ope. noui nun. ubi subdit, an similiter rusticus, & mulier restitui possit. de quo dic, ut ibi per do. Alex.in pen.colum. subdit etiam ibi Bart. an restituto in casu prædicto minore, restituatur etiã maior suus aduersarius.

b † Tertio quæro. Tu uide de hoc quæsito ultra ea, quæ not. hic Bal.nu.1. in ver sic. publicationem Fulgo.consi. 117.col.2. Rapha. Cu.consi.59.& Roman. sin.suo.357.inc. an valeat consuetudo, & omnino per Bart.Soc. in suo trac. fallen.reg.403.ubi habes multas fal.

iusta.ergo,&c.facit ff.de euic.l.sed & si exceptio. Istę sunt rõnes legistarũ,& hãc partẽ d.gl.de ꝯsue. obseruari, ꝙ potuit esse verũ ſm tp̃s huius glo. ſm ꝙ nõdũ fuerit facta d.cle.testi.sed post illud tp̃s ista ꝯsuetudo in terris ecclæ abolita est, & in aliis terris cępit
6 vacillare.† Quęro.5.an post aperturã ꝓcessus, & didicita testifica
a ta possint ꝓduci instrã,a gl.dicit ꝙ sic,qa in eis nõ est timor suspicionis,& hoc verũ, dũmõ ꝓducant anteq̃ sit ꝯclusum in cã.nam post ꝯclusionẽ in cã nõ producunt instrumẽta, vt ex̃,de fi.instru. c.cũ dilectus, in prin. Istũ aũt modũ ꝯcludendi in cã legistæ non habent & ait Archi.in c.fi.ex̃, de in integ. restit.ꝙ post conclusio
7 nem causæ non est cognoscere,sed cognitum esse.†Quæro 6.cũ glo.fi.prædicta locũ habent,quãdo alii testes producũtur, sed qd si ipse idẽ testis redijt,& plus vel aliter dicit,q̃ primo.d.gl. ꝙ si potuit loq cũ parte,ei non creditur alias vltimo eius dicto stat,argu. ff.de hære.instit.l.si ita scriptum, & de ma.te.l.Stichum.Est ergo ꝯclusio,ꝙ si venit incontinenti põt corrigere dictũ suũ,& p ꝯñs, & fortius declarare ambiguũ & supplere defectũ, & omissis addere,ut ex̃,de test.cogen.cap.pterea,in fin.ita no.gl.in c.fi. de iur. ca.li.6.ex interuallo aũt nihil corũ põt facere ꝓprio motu. vt hic in glo.& in cor.§.illud.Sed de mãdato iudicis,& eius officio dicit gl.in d.§.illud,ꝙ repeti p̃t,nõ vt corrigat, vel ut emẽdet,& est rõ, quia tũc periurium necessario incurreret,vt ex̃,de p̃sump. ca.literas.sed vt addat rõnem dicti sui,de qua prius nõ fuerat interrogatus.& idẽ dicit fieri ad instantiam partis, ꝯ quam est productus, qa illa est læsa ex eius dicto p omissionem cãæ,l.solent j̃.tit.j. sed tunc insurgit maius dubium,si cã postea per eum inserta non sit probatiua,uel illatiua dicti,an tunc dictũ vitiet, sicut si a prin.hãc cãm reddidisset,& dicẽdum est, ꝙ sic; aliãs ꝯsilium repetitionis ipsius esset derisorium.Nec obst.si dicas,quod ius probationis erat iam quæsitum parti, & sic ei non debet auferri, quia respondeo,quòd imo pendebat a causa, de qua adhuc poterat tractari.
8 Quæro 7.[b] quid si testes sunt publicati,sed corũ dicta non perue-
b nerunt adhuc in notitiã partis.di.Io. An.in d.cle.testib. in gl.3.nõ nocet ignorãti,quo minus nouos possit producere,& facere eos examinari,& corũ dicta debet facere publicari.aliãs non probarent,cũ aliorum p̃cedens publicatio non sufficeret,& pro hoc fa
9 cit ex̃,de testi.c.ꝯstitutus.lo.2. † Quęro.8.pone, ꝙ quis non uidit scripturas attestationum:sed fatetur,ꝙ testes ei dixerũt ea, q̃ testificati fuerunt , an sufficit ad impediendum productionem nouorum di.Ioan.And.ꝙ per hoc non intelligitur didicisse testificata:quia sæpius testes mentiuntur partibus,& congratulantur eis. ita not.per eum in ca.pe. ex̃, de testi.& ex hoc infertur ꝙ tantominus si testis anteq̃ deponeret significauit qd depositurus erat: nam nec eius dictum uitiaretur.ar.eius,quod not.Inn.in ca.cum causam,ex̃, de testi. Sępe.n.testes promittunt testificari id, quod non faciunt.Vnde ex eorum sermonib. nulla potest haberi certitudo, ideo non est uitiandum testium iurantum ab eis postea fa-
10 ctum.† Sed quæro.9.pars legit attestationes in aliqua parte ita , ꝙ non in totũ,an dicetur eas percũctasse ita,ꝙ hæc auth.locũ ha-
c beat,di.Ioan.An.in d.cap.pe.de test. ꝙ non : c qa nisi tota attestatione perlecta , eius effectus haberi non põt.arg. l.in ciuile ff. de legi. Addit Bal. ꝙ is q per spaciũ temporis apud se attestationes habuit,illas percũctasse seu pcũctari fecisse p̃sumit. ar. ff.de trãs.
11 l.nõ est ferẽdus.† Quæro.x.dixi in primo ꝯrio, ꝙ post publicationẽ processus, & didicita testificata, possunt testes ꝓduci ad illos impugnãdũ,& redarguẽdũ de falso j̃.tit.j.l.si qs testib. & l.fi.& j̃. de ꝯ.& ꝯmit. sti.l.optimam, sed an ꝯ istos impugnantes produci poterũt,& sic ad corroborationẽ priorũ.di.Inn.& Io.An.in c.cũ clamor, ex̃, de testi.ꝙ sic.Et est rõ qa nõ p̃t imputari parti,cur ab initio hoc nõ probauit, cũ cã probandi non suberat,sed nunc nouiter superuenit;nec ẽt prius in scientiã producentis cadebat. ar. l.fin.j̃.de spon.& arg.eius,ꝙ de exceptione declinatoria superueniente post lit.conte. superuenit. dr̃ in l. 2.s̃.de consor. ei.litis, & c.pastoralis,in fi.ex̃,de excep.Et hoc uerum licèt glo.simpliciter teneat,ꝙ non,4.q.3.c. si qs testib.& ponunt rem in exemplo,puta si probauit per testes,ꝙ tibi mutuaui certa die.x. tu probasti,ꝙ tota illa die fui alibi,certè potero corroborare primos,& probare de nouo,ꝙ uerum est,ꝙ illa die ego fui ibi. Quæro.11. dixi,ꝙ possum reprobare testes per aduersarium meum productos, sed an productum per me , qui non in fauorem mei sed contra me falsum reddit testimonium.di. hic gl. prima quòd sic, sed de hoc dicam j̃.tit.j.l.si quis.ubi cadit.

ADDITIONES.

¶Produci instrumenta.Vide Bal.hic,in uer.sequitur uidere,& adde Bar.post gl.in l.peremptorias j̃.senten.rescin.non pos.& no.in 2.col.

b ¶Quæro septimo.Adde de hoc quæsito ultra ea, quæ no.Bar.& Bal.nu.4.uer. ex prædictis. omnino per eundem Bal. in l. per hanc. ad fin.C.de tempo.appellatio.& an si non uidit testificata,sed testes ei uiua uoce reuelarent,dicatur dedicisse testificata,de quo.j̃. nume.sequen. tangitur uide omnino per Barba.in c.ultra tertiam.extra,de testi.

c ¶Quod nõ. Adde Bal.hic,& in d.l.in ciuile, uer.& no.ar.ff.de legi. p̃sumitur aũt in dubio totum legisse,qui legit unam regulam testamẽti, uel instrumẽti,Bal.in l.p hanc 7.col.uer.quia modo j̃ de temp.appella.Itẽ adde,ꝙ nec qñ quis legit copiam sumptam ex originali attestationum , nisi copia sit manu eiusdem notarij.Io.de Imo.singu.in l.fi.ff.quemadmo.test.aperi. Item adde, ꝙ præsumitur didicisse apud quem sunt attestationes originales, si sit homo solers,doctor.in c.constitutus,de testi.& per Alex.cons.65.4.par.& in §.duo fratres.13.char.de ver.ob.& in consi.102.1.parte,in uer.scientia.Bar. & Bal.hic 5.col.in ver.uenio ad 4.Ange.in §.quia uero,Auth.de testamen.6. col.uer.nũc restat uidere.Pau.de Ca.consi.10. incipien. clarum est in iure.in 2.col. Item quando sunt examinati parte præsente, & intelligente Pau.de Cast.in l.nemine ff.de legi.& Mathesi.in not.307.item si procurator, uel aduocatus legerit Bar.hic uer.no. ꝙ dicit attestationes, & no.in d.§. quia vero non si discurrant, Ang. ibidem,& Lanfran.in c.quoniam contra,uer.testes uer.uiso de uno.Bar.hic,in 5.col.ver.2.si uiderit legi.

LEX XXI.

1 *Probans rem de sua pecunia emptam,an sufficienter probet esse suam.*
2 *Instrumentum quid probet.*

Ad probationẽ. Primo dictũ in gñe, ex quo reijcit vnã ex intẽtionib.actoris.Secũdo ei ꝯsuluit circa modũ probationis.3.aliã intentionẽ actoris circa aliũ modũ probationis reiicit & rõnẽ eius annectit.Secũda
1 ibi:cũ ita.Tertia ibi: nã res.† Non sufficit ad probandũ rem meã esse, probare illam emptam pecunia mea:quamuis instra , per q̃ probatur alium emisse,sint penes me.h.d.Pone casum: quidã de pecunia mea prędium, vel librũ emit,& confectum est instrm in eius persona, & non in mea , egoq; illud instrm sibi subtraxi , & nunc rem emptam ab eo vendico,& ad probandum , ꝙ sit mea , produco instrm emptionis , ꝙ est pęnes me : q̃ritur an sufficiat. Rñ.Imperator,ꝙ non,quia instrm est subtractum,& non est ꝯfectum in persona tua,sed emptoris.Quæritur scdo de remedio in probando.Rñdetur,ꝙ licèt per instrm probare non posset: tamẽ tu nõ excluderis,quominus per alias species probationũ possis ꝓbare dñium ad te pertinere ; ideo hoc ostẽde si tu vis obtinere. Tertio q̃ritur, an sufficit, si probo, ꝙ pecunia pro p̃cio numerata erat mea.respon.ꝙ non,nec conuenit ibi in hoc laborare, quia li
2 cèt hoc probes,tibi non prodesset.† No.ꝙ instrm nihil aliud probat,q̃ quod ꝯtinetur in ipso, ideo ꝙ in eo nõ est scriptũ non p̃sumitur actum,sed potius præsumitur non actum.Itẽ not.ꝙ tenor
a instri [a] probatur per ipsius lectionem,vt hic. facit l.j.ff.de his,q̃ in te.delen. & sic est arg. ꝙ tacitæ stipulationes non mereant executionẽ vigore statuti disponẽtis, quod instrã mandent executioni.Contrariũ ꝯsuluit Bal.quia p̃sumptio sumpta ex instro reputatur eius tenor ff. de pac. l.iur.gen.§.ꝙ fere.ff.de verb.ob.l.sciẽdũ, & insti.de inuti. stip.§.si scriptũ. Itẽ not. ꝙ res empta de pecunia mea,non propterea efficit mea.fallit in casib.no.in gl.Circa,ꝙ vide plenè ꝙ dixi in l.si vt proponis s̃.de rei ven.nec etiam est pręsumptio,ꝙ fuerit meo noĩe empta.vt hic. Item not. ꝙ iudex non debet permittere litigantes laborare circa inanes probationes,& nihil releuantes. Item no.ꝙ probationes,quæ per se non probãt, tamen simul iunctæ cum aliis adminiculum præbent , illæ sunt pertinentes,& admittendæ,vt hic.in fin.a sensu contrario.

ADDITIO.

a † Tenor instrumenti.Adde Bal.in l.1.j̃.quorum lega.& adde, ꝙ ille qui habet intentionem suam fundatam per instrumenta, si uult illam iuuare testibus indiciis uel aliis argumentis,potest,nec debet repelli quasi inducens superfluas probationes,secundum Ang.in l.cum uirum,infra,de fideicom.per illum tex.de quo ibi omnino per Bal.

LEX XXII.

1 *Seruus quomodo probetur is,qui est in possessione libertatis.*
2 *Filius nascitur seruus ex ancilla matre.*

Ad probationẽ. Primo respõdet tacitæ q̃oni.Secũdo annectit rõnẽ respõsionis. Scda ibi:cũ neq;.† Ad probandũ quẽ seruũ q est in possessione li
1 bertatis, nõ sufficit ꝓbari matrem exercuisse seruilia ministeria, nec fratrem seruũ esse.h.d. Vel breuius.p media non ꝯcludentia
a nõ fit ꝓbatio,[a] vel nõ ꝓbat hoc esse,ꝙ ab hoc ꝯtingit abesse.No. ꝙ probatio non ꝯcludit per possibile: sed dẽt concludere per necesse,vel probabile, vt no.s̃.eo.l. matrem,ſm Bal.Oppo. de dicta l. matrem . Solu. ꝙ hic Glico erat in possessione libertatis: ibi in
2 possessione seruitu.vt in gl.† Opp.2.ex matre ancilla filius nascit seruus l.partum s̃.de rei ven.Sol.vt gl.ꝙ hic mater erat ingenua . ꝯ hanc solu.facit,quia mater seruilia ministeria exercebat , & sic erat in quasi possessione serui. ergo serua debet præsumi l. moueor j̃.de ser.expor.& per ꝯñs filius.Solu.multipliciter, uno modo,ꝙ exercuit seruilia ministeria, q̃ sunt indifferentia tã liberis,q̃ seruis.ideo seruitus non probatur,nec subiectio.aliãs sequeret,ꝙ oẽs familiares nostri p̃sumerent serui.Sec9 si ministeria exercuisset,q̃ tm̃ seruis ꝯueniunt ita,ꝙ non liberis : qa tũc procedit ꝯ.ſm Cy.& doc.ꝙ no.qa hæc sol. concordat cũ quodã dicto Inn. in ca. ex parte,de testi.spo. vbi dicit,ꝙ ex eo ꝙ plurib.respectib.põt intelligi,non infertur determinatè ad vnũ.Alio modo põt solui,ꝙ licèt exercuit ministeria,q̃ seruis tm̃ conueniunt,tamẽ nõ p̃sumitur ancilla,si ab illis destituit,& postea,vt libera uixit,qa hæc sequens præsumptio tollit primã ar.l.si qui.j̃.de adul.Tertio,ꝙ licèt ipsa omni tpe exercuerit:tñ eius factũ non p̃iudicat filio, nisi ꝓbetur,ꝙ tpe impregnationis exercuit:& postea continuè,donec partum edidit. argu. eorum, q̃ dixi s̃. eo.l.matrem. Vel quarto,ꝙ licet

ADDITIO.

a † Non fit probatio.Tu uide ad hoc gl.& doc.in c.cum contingit.extra,de offi.delega.& Bal.in c.1.extra,ut lite non contest. ubi dicit non esse pronunciandum,quando actus est impertinens, & non concludens.

cundum lect. primæ gloss. quæ dicit, quod etiam in uero iudicio
3 hæc l. potest loqui. cogita donec legam l. gesta. † Not. 3. quod te-
stes hic repetuntur super eodem cap. quod videtur contra l. pro-
duci ff. eo. Sed hoc ideo, quia attestationibus prioribus eligit nō
stare ex potestate sibi concessa. vnde aliam partem eligit, scilicet
vt de nouo producantur, & in hoc consentit. Vel secundum Cy.
hic euenit, quia qui in uno grauatur, in alio releuatur l. eum qui.
ff. de iureiu. Sed dubitari potest, an in hac repetitione sufficit, si te-
stis dicat, ego testificor, prout dixi in alia testificatione, & respō.
quod si prius fuisset testificatus coram iudi. locum habent, quæ
dixi s̄. eo. l. iurisiurandi, in q. 2. Sed vbi coram arbitro, vt hic fuit,
non puto sufficere, & hoc ne in effectu huius l. prouisio fuerit fa-
cta frustra. contra l. 2. ĩ. com. de leg. & quia coram arbitro testes
faciliter mentiuntur, cum non possint ipsos punire, nec torque-
re, quia potest iudex facere, vt s̄. eod. l. nullum, & ff. eod. l. 3. §. idē
diuus. hinc est, quod attestationibus receptis coram iudice com
pellitur stare, vt s̄. dixi. Fateor bene, quod si non sunt testes suspe-
cti, ei debet dari dilatio ad rememorandum, ne caperentur in
verbis, secus si de testimonio essent suspecti, quia tunc cum in-
terrogationes captiosæ sint fiendę, sequitur, quod non est danda
dilatio, vt de istis interrogationibus not. Azo. in summa, & glos.
supra eodem l. testium. Not. 4. quod contra istos testes repetitos
omne ius legitimum, quòd eis opponi posset, reseruant. vt hic in
fi. l. & etiam in medio, ibi omni iure legitimo reseruato, & gloss.
quæ dicit contra personas, & dicta. Sed hic attende: quia falsum
videtur, quod contra personas possit excipere, quia tales exce-
ptiones debent opponi, antequam recipiantur, ut s̄. eod. auth. si
dicatur. Sol. secundum Cy. & do. quod hic debet intelligi secun-
dum illam. s. quod hic oppo. fuit, & reseruatio facta fuit, vel si nō
opposuit, protestatus fuit tamen de illis saluis sibi manendis, ꝙ
sufficit. vt ibi dixi, & s̄. eo. l. si quis. Sed tunc fortius opp. quod nec
opponere, nec protestari potuerit, ut sibi prosit, quia petendo, ut
examinetur de nouo, eius personā uidetur approbare, & sic non
debet posse eam postea improbare, vt s̄. eo. l. si quis testib. Sol. qd̄
ibi in producente de nouo hic in repetente per aduersarium iam
4 productū, & protestante, vt dixi. † No. v. hic in fi. l̄ræ, qd̄ post mor
tē testiū obijciunt̄ crimina, ꝙ vr̄ ꝯ l. 2. & 3. ĩ. si reus, vel accu. mor.
fu. Sed dic, ꝙ hic nō q̄rit̄ de crimine testis defuncti ad finē pœnę
ei, vel eius hęredi imponendę: sed, vt eius testificationi fides non
adhibeatur. Item excipiendo cum parte litigante nō cum defun
5 cto teste, vel eius hærede tacente. † Quæro an isti testes repetiti
c teneantur iurare de nouo. [c] Dicit glo. quod sic. ar. ff. de dam. infec.
l. qui bona. §. si quis, & quia in alia instantia coram alio iudice, &
quia in priore iuramento non fuit sensum de ista noua testifica-
tione secundum do. Secus forte in testibus, qui in eadem causa
repeterentur ad declarandum id, quod non clare dixerunt, quia
qui declarat, de nouo non inducit. vt l. hæredes. §. sed si notam.
6 ff. de te. & l. adeo. §. cum quid. ff. de a c. re. do. † Quæro an eligens
possit variare. dicunt quidam, quod non, per l. j. ĩ. de fur. & s̄. co. l.
si quis. ff. de le. cum l. si fundus. §. elegāter. Ego puto hoc verum,
si eligit stare prioribus attestationibus. sin autem eligit, ut de no-
uo examinarentur, tunc aut sunt examinati, & idem, quia res nō
est integra, & aduersæ parti ius est quæsitum: aut nondum sunt
examinati, & puto, quod possit nolle, quod examinentur de no-
uo, & stare examinationibus antiquis, quia aduersarij non inte-
rest, & isti licuit fauori suo, & iuri, quod sibi quæsiuit per electio
7 nem, renunciare. ar. l. pe. s̄. de pac. † Quæro, an hæc lex vendicet si
d bi locum in testibus receptis ab arbitratore. [d] respon. secundum
Iac. But. quod non, quia coram arbitratore non est iudicium, uel
quasi, & sic attestationes non sunt receptę in figura iudicij, igitur
fidem non habent facere iudici, quantuncunque testes sint mor
tui: arbitrator enim non iudicat, vel quasi, sed potius amicabiliter
componit. & pro his accedat, quod no. Inno. in c. quintauallis. ex-
tra de iureiuran. Addunt quidam, quod hoc verum, nisi ex con-
uētione partium aliud fuisset iudicatum, cum posset valere vi pa-
cti, quod non valet vi iudicij, vt l. 2. s̄. com. vtri. iu. & hic in ver. sin-
autem. Et hæc intelligo vera, nisi coram iudice ordinario petere-
tur reductio ad arbitriū boni viri, quia tūc, nō ut iudex, sed ut bo-
nus vir cognoscit, & loco arbitratoris subrogatus intelligitur, ut
in fi. notaui. s̄. de arbi. l. cum antea. in ver. quæro an sententia iudi.
&c. ubi omnia vide. Quæro, quid si in compromisso esset scriptū,
si tibi fuerit tale quid probatum, uel si tibi tale constiterit, &c. an
dicetur tunc actum, vt probationibus debeat stari in quocunque
iudicio, dicit Bal. quod sic ad instar testium ab executore literarū
apostolicarum receptorum, qui non recipit, vt iudex, sed ut sim-
8 plex examinator. vt le. in c. 1. de offi. de le. in cle. lib. 6. † Quæro, qd
de testibus examinatis a massarijs, vel sindicis villarum super in-
quisitione maleficiorum, an fidem faciant iudici. dic, quod non,
secundum Nic. de Ma. quia hi non sunt suffulti iurisdictione nec
arbitrio, ideo nihil probant. ff. eodem l. tertia. §. idem diuus. Bar-
tho. de Salycet.

ADDITIONES.

a ¶ Cum apud. Pro huius tex. intellectu uide Inno. in c. cum inter. de testi. & ꝙ pulchre ipse dixit in c. præterea in ver. similis. extra eo. tit. sed quid si nolunt deponere, an debeant compelli ad deponendum per potestatem illius terræ dic, ꝙ sic, ut per Bal. in c. 1. in princ. si de inuest. inter do. & uas. lis oriatur, sed quid in iudice delegato, an possit coram se productos cogere, & torquere, si nolunt, no. quod sic, in l. 2. de in. om. iud. & Bal. in loco præalleg.

b Stare. Vide per Spe. de proba. §. uidēdum restat. uers. hoc quoque scias. nu. 20.

c † Teneantur iurare de nouo. Adde ultra ea, quæ no. hic Bald. nu. 6. uer. quæro nunquid testes, & in auth. hoc sacramentum. & utrobique in apo. alle. ad eum, quod no. Fel. in c. fraternitatis. col. 2. ver. no. secundo receptionem testium. & ibi Pan. in 4. no. extra eo. vbi dicunt, quod si iurauit super tota causa, non debet repetitus iterum iurare.

d ¶ Ab arbitratore. Vide Bar. hic, & adde, quod hac l. tenent Doct. in c. præsentata. extra de testi. Sed Bal. in d. l. cum antea. ad fi. videtur dicere contrarium, & hic in 2. col. per d. Ant. in c. præterea. de testi.

De fide instrumen. & amissione eorum. Tit. XXI.

LEX PRIMA.

1 *Iudex debitorem, ad soluendum compellet debito probato.*
2 *Instrumentum contra se productum lacerans quomodo puniatur, & an stetur sacramento producentis.*
3 *Instrumentum quando de natura debitæ, vel probandæ rei esse dicatur.*

Debitores. Primo dictum. secūdo remo-
uet obiectum. secunda ibi,
1 nec oberit. † Probato debito per creditorem, de-
bet iudex ad solutionem compellere debitorē,
non obstante instrumenti amissione. h. d. No. ꝙ
non perit debitum, licet pereat instrm̄. No. etiā,
ꝙ confessio instrumenti non excludit alias probationes debiti.
Item no. quod per confectionem instrumenti non renunciatur
alijs modis probandi, ex quo sequitur, quod per testes instrumen
ti inualidi possunt in eo contenta probari. facit, quod no. ĩ. qui te
sta. fac. pos. l. hac consultissima. in fin. vbi uide, quod ibi dixi. Item
no. ꝙ ad unam tm̄ speciem probationis iudex nō debet se astrin-
gere, ut hic, & ff. de testi. l. 2. §. eiusdem. Opp. 1. ꝙ quæcunque pro
batio non sufficit, nisi sit legitima tam in persona, quam in dicto
testificantis, & eius ratione, uel causa. vt s̄. tit. j. d. l. si quis. & auth.
si dicatur. & l. solam. Sol. ꝙ hęc debet intelligi, ſm illas, ideo hoc
verbum generale restringitur ad idoneas tantum. ut in gl. quod
no. pro statuto disponente, vt sufficiat quælibet probatio, vt intel
ligatur de legitima. Opp. ꝙ non expediat probare debitum, sed
sufficit probare amissionem instrumenti. vt s̄. de proba. l. si de pos
sessione. Solutio. aut creditor amittit instrumentum per factum
aduersarij, aut per factum suum, aut per casum: primo casu suffi-

cit pro-

eit probare amissionem,& subtractionem instrumenti, vt in con
trario. & adde,quod ibi dixi.videlicet,quod iuramentum est de-
ferendum ei,qui per factum aduersarij instrumentum perdidit.l.
2 si qui ǰ. vnde vi. † Et ex hoc deciditur quæstio, quæ fuit de facto
in Rhegio, cum quidam plebeus contra quendam nobilem co-
ram iudice produceret quoddam instrumentum: ille nobilis ip-
sum accepit, & lacerauit, certè quo ad vim probationis stabitur
iuramento producentis: qualis autem pœna eis ex illo facto sit
inferenda, ponit Io. An.in c.accepimus,in nouel.extra cod. secun
do casu,scilicet quando per factum suum,distingue: Aut non cul
pabile, quia reddidit aduersario,& tunc locum habet l. Labeo ff.
de pac.& l. si chirographum ff. de proba. Circa quod uide, quæ
dixi.in d.l.si possessione. ad fi. Aut factum eius fuit culpabile, qa
quadam indignatione motus eum concremauit, & isto casu di-
xit Bald.quod ius debiti non amittit:sed clarius debitum tenetur
probare per testes, nec ei hoc casu sacramentum defertur, quia
culpa sua claritatem probationis obfuscauit, & pro hoc ista lite-
ra,dum dicit manifestis probationibus:quod intellige verum, ni
si instrumentum esset de natura debiti contracti in scriptis, vt ǰ.
dicam. Tertio casu quando amisit casu,dicit, Aut instrumentum
non erat de natura, vel essentia debiti per scripturam contracti,
& tunc sufficit debitum per testes probari,ut hic. Aut instrumen
tum erat de natura,vel essentia debiti in scriptis contracti: vel rei
per scripturam probandæ, & tunc oportet,quod probetur debi-
tum in scriptis fuisse contractum, & sic tenor instrumenti. Item
quod casus amissionis ipsius probetur, & sic oportet probari, vt
supra tit.j.l.testium ad fi. Et attende, quod ad probationem teno
ris instrumenti oportet illud non fuisse viciosum, vt dicam, ǰ.eo.
3 l.sicut. † Dicitur autem instrumentum esse de natura debiti, vel
rei probandæ in tribus casibus. Primo quando sic actum est in-
ter contrahentes,vt supra eodem l.contractus. Secundo quando
ius commune ita statuit pro forma ipsius actus, vt ǰ. de iur. em-
phi.l.j. & ǰ.arb.tu.l.fi. Tertio quando ita est ordinatum per statu-
tum, vel per consuetudinem, vt in Bononia, vbi debitum exce-
dens quantitatem l.librarum non potest probari per testes, quia
de statuto,& consuetudine, & iure communi par est iudicium,
vt d.l.j.& ff.de leg.l.de qui.cum sequen.& seq.

LEX II.

1 *Sententia contra vnum consortium super instrumenti falsitate lata! cæteris non nocet,& nu.5.*
2 *Falsum obijciens periculo se debet inscribere, & nu.3.*
4 *Accusare,vel accusari de falso instrumento tripliciter quis potest.*
6 *Testis falsum deponens in una causa,an possit in alia produci.*
7 *Sententia contra tabellionem an præiudicet partibus scientibus.*
8 *Tabellione condemnato an reprobentur instrumenta eius retrofacta.*
9 *Inscribens se ad pœnam talionis,an sit eadem pœna puniendus, si non probauerit.*

Si vteris. Primo thematis repetitio, ex quo tacita elicit
quæstio. Secūdo illius quæstionis sol. Tertio ra
tionis dubitandi remotio. Secunda ibi non oberit. Tertia ibi:nec
tu. Alter ex creditoribus potest vti instrumento, de quo alter fuit
condemnatus de falso,& sibi non præiudicat illa sententia, licèt
1 per neutrum eorum fuit appellatum ab ea.hoc.dicit. Vel sic.† Sē
tentia lata contra vnum ex consortibus super falsitate instrumē-
ti non præiudicat alteri eodem instrumento vtenti, sed potest ip-
se per se accusari, & conuinci.hoc dicit. Pone casum,quod duo
erant hæredes vnius creditoris, vel erant duo creditores correi,
vel non correi in eodem instrumento: quorum vnus ad proba-
tionem iuris sui produxit instrumentum, & de falso conuictus
est,nec ab ea sententia extitit appellatum, alter vult postea pro-
ducere: quæritur,an possit.respon.quod sic: nisi,& ipse solenni-
ter conuincatur. hoc dicit. No.j.quod dixi in summario. Ex quo
habes quod sententia super falso aduersus vnum lata non præiu-
2 dicat alij. † Item not. quod qui falsum obijcit,debet se inscribere
periculo.l.ad pœnam talionis,quod intellige,quando criminali-
ter agitur.vt ǰ.eo.l.fi.ver.n. Non si ciuiliter,quia si non ei, cui obij
citur,pœna imponitur,nec obijcienti, cum sit similitudo suppli-
cij.hodie autem ista non sunt in vsu.Item not.rationem, quā po-
nit iste tex.in fi.ex qua habes,quod tunc sententia non præiudi-
cat alii,quando ille non erat subiectus primæ liti,nec vt pars,nec
3 vt adherens,nec vt causam prosequens,vel instruens. † Oppo. j.
quod iste tex. malè dicat,si ei visum fuerit,per quod implicatur,
quod non cogitur se inscribere ad pœnam talionis, sed hoc est
falsum,vt ǰ.eo.l.fi.& ǰ.de accu.l.fi.Sol.quod iste tex.non loquitur
illo respectu, sed alio.j. si vellet ciuiliter agere,& non criminali-
ter:quia posset,nec tunc inscriptio esset necessaria, vt dixi s̄.si qū
criminaliter,sic.Et,an si inscriptio non esset facta,veniret nihilo-
minus puniendus similitudine supplicii, dixi in d. l. fi.ǰ. de accu.
Alii dicunt,quod alio respectu dixit, scilicet quia prius compelli
tur agere criminaliter, quam possit ciuiliter experiri, quod non
est verum,vt dicam ǰ.eodem l.fi.Oppo.2.quod litera ista nos di-
mittat in incerto,contra §.quibus s̄.de no.co.compo.quia hic nō
declarat,quæ sit pœna,cuius periculo iste subiicitur.Sol.quod li-
4 cèt hic non declaretur,per alias ll.satis est declaratum. † Ideo di-
a cit, quod de falso instrumento quis potest accusare tripliciter. a
vel,quia fabricauit:vel,quia fabricare fecit:vel quia utitur eo: pri
mis duobus modis pœna est deportationis, & bonorum publi-
cationis. Tertio quidam dixit idem, & hoc tenuit Azo in sum-
ma. Alii quod solum relegatur temporaliter, si non desistit ab
vsu.ar.ff.de fal.l.falsi.§.ordine, & est opi. gloss. quæ communiter
tenetur.ar.l.interpretatione ff.de pœnis.Et de istis utentibus scri
pturis falsis plenius scripsi, in l. maior infra,ad l.Corn.de falsis,
quod uide. Quolibet igitur ex istis modis potest habere locum
l.ista, vt in glo. 4.& 5. Ad quorum declarationem quærit statim
glo.quomodo apparebit, quod accusator hoc periculum subire
velit. Et respondit, quod quidam dicunt,si inscriptionem facit,
aliàs non. Sed gloss. di. quod eo ipso, quod eligit accusationem
criminalem facere, & eam facit, dicitur hoc periculum velle
subire,& ei se alligare.ar.supra,de aduo.di.iu.l.j.& de testi. l. 3. §.
diuus.Et idem no.in l.fina.infra,de accu. & in l.qui crimen infra,
5 qui acc.non pos. & ibi plenius scripsi. † Oppon.3. contra fin.l.
quod sententia lata præiudicet isti: licèt non fuerit in iudicio ff.
de inoffi.test.l.Papi.§.fina.vbi sententia lata in quærela inofficio-
si contra hæredem præiudicat legatariis. Solu. ut gloss. primo,
quod aliud in testamento,a quo depēdet omnium petitio, aliud
in instrumento, a quo non dependet petitio debiti: quia instru-
mentum fit ad probandum l.cum res,supra,de proba.contra istā
solu. arguit gloss. de l.j. ff. de ex.rei iu. & eam defendit usque ad
ver. alii. Ibi redit ad præcedens contrarium, & dat nouam solu.
quæ reincidit in primam, & sic neutra bona, quia nec sententia
in quærela nocet cohæredibus,licèt noceat legatariis, ideo gloss.
di. quod sententia lata contra vnum non nocet alii æquè princi-
pali,ut hic,& idem in quærela: quia lata contra vnum ex hæredi
bus non nocet alii cohæredi, vt supra, de inoffic.testa.l. cum duo
bus, & ff.de inoffic.test.l.circa, sed benè præiudicatur aliis quo-
rum causa principaliter non interest,vt d.l.Papi.in contra.allega-
ta.& istam tenet Petr. Oppo.4. de l.polla. infra, de his qui. vt in-
dig. Solu. ut in gloss. sed melius dic, quod in nullo contrariatur,
ideo non meruit signari pro contraria. Quæro ad prædictorum
declarationem, quid si in casu nostro cohæres, vel correus fuit
sciens in prima, vel citatus, an tunc sententia super falso lata ei
præiudicabit.dic quod non,cum sint æquè principales, aliàs sic,
ut l. sæpe ff. de re iudi. & ibi assignatur ratio diuersitatis, & hoc
probatur etiam hic in litera, si litera ponderetur, dum di. quod
appellare non debuit,&c.per quod supponit, uel implicat, eum
sciuisse. Quæro 2. an si appellare uelit, possit. respon. gloss.fina.
quod sic, & tunc traheret causam ad seq.ff.de app.l. ab executo
6 re §.j. & l.a sententia. † Quæro 3.quid in teste.respon.ut in gloss.
sed attende, quod quæstio ista potest habere duplicem intelle-
ctum: vnus est,si testis in vna causa fuit productus, & falsum tulit
testimonium: an postea in alia causa, & super alio facto produci
possit,& responsio gloss.est bona,vt dicamus, Aut iudex simplici
ter suo dicto non credit,& produci poterit,non ob. illa repulsio-
ne taliter qualiter facta,& intellige glo. si pars opponat,quod nō
debet admitti ex eo,quia periurus,ut in c.testimonium, extra,de
test. dic quod audietur,si probatur id, per quod credat periurus:
quia ex eo, quod iudex suo dicto non credit: non sequitur,ergo
periurus fuit,sic non sequitur:ergo falsum dixit. Aut eum nota-
uit:quia falsum testimonium protulisse pronunciauit,& tunc am
plius in testem produci non possit: quia infamis est,quia qui se-
mel malus semper præsumitur. alio modo potest intelligi, quia
testificatus est quis pro uno ex hæredibus, & eius dictum, est vt
falsum reprobatum. alter cohæres vult vti eo testimonio, quæri-
tur, an illa sententia ei præiudicet, ita quod ea obstante illo vti
non possit,& tunc puto hanc l.locum habere, cum ratio non sit
diuersa, quia attestationes illæ pro instrumentis habentur l. in
exercendis, infra cod. † Quæro 4.ab extra, quid si in casu huius l.
7 sententia fuisset lata contra tabellionem, dixit Nic. de ma.quod
præiudicat partibus scientibus per l. sæpe §.scientibus ff.de re iu-
di. quia ipse principalis est in confectione instrumenti, & in au-
thoritate ei præbenda. Contra teneo per istum text. qui loquitur
indistinctè in prin. quia partes sunt illæ, quorum principaliter in
8 terest, nec tabellioni subalternantur. † Quæro 5.an tabellione
condemnato de falso uitientur instrumenta retrofacta,dic,quod
non, sed tantum fienda.l.si quis aliqui.infra, de susce.& arch.lib.
10. quia ab illo tempore solutus est ab officio,vt l.2.§.miles,cum
9 ibi no. de his qui no. infa. † Quæro vlti. an se inscribens ad pœ-
nam talionis veniat puniendus eadem lege,qua reus ab eo dela-
tus fuisset puniendus, si probasset: uidetur, quod sic,per istam l.ibi,
pœnæ l. Corneliæ. Contrarium est veritas,& ita determinat glo.
in l.ad commentariensem,infra,de cu.re.Dico igitur,quod puni-
tur eadem pœna,ut hic,sed non eadem l.ut ibi no,quod no.quia
ex hoc deciditur alia quæstio: pone quod grauius debet puniri
plebeus,quam nobilis in pœna falsi,uel alterius delicti, & pone
quod nobilis accusat plebeum, & se inscribit ad pœnam talio-
nis,an si non probat,uenit puniendus,ut nobilis,uel, ut plebeus,
& dic,ut plebeus,non,vt nobilis:quia eadem pœna, sed non ea-
dem l.debet puniri.

ADDITIO.

a ¶ Tripliciter, Et quot, & quibus modis,& qualiter puniatur tabellio conficiens instrumentum falsum,& de multis aliis modis, uide per glo. & ibi d. Alex.post Bar.in auth.sed nono iure ǰ.de seru.fugit.

LEX

LEX III.

1 *Instrumento se non vsurum profitens illud falsum fateri videtur.*
2 *Protestatio quid operetur.*
3 *Confessio quando sine protestatione sit sufficiens ad condemnationem.*

a Si aduersarius. a Primo thematis repetitio.secūdo
qōnis elicitæ solutio. secūda ibi: vete-
1 ri. † Qui profitetur in iudicio, se non vsurum instrumēto in dubiū
reuocato,tacitè fateri dr illud falsum, nec pōt amplius vti eo.h.d.
& notabiliter.Et dicūt quidam alibi non reperiri.not.ibi (nō esse
verū)quod confessio probat rei essentiam. Quæro quid si instrm
non reuocatur in dubiū, dicit gl.quod tunc hæc lex locū non ha-
beret, quod et tenet Cyn. quia quis non dicitur fateri id,de quo
non est hesitatio:quod no.pro bānitis,qui habētur pro confessis
ex dispositione statuti,ut demū habeant pro confessis in his,quę
sunt intentata ꝯ eos,non in alijs.Quæro 2.an sit necesse quod in-
strumentū fuerit factū suspectū ex aliquib.indicijs,an sufficit,qd
simpliciter fuerit dictū falsum seu de falsitate oppositū, quidā ꝙ
p aliqua indicia sit factū suspectū,necesse est:& inducūt istā legē
notantes implicatiuā(etiā)in ea positā:& qa instrm fuerit,credit
verū,donec probetur ꝯ.vt l.cū precib.s̄.de proba. & ǰ.de fals. l.fi.
Ego puto,qd sufficit,quod de falso oppositū fuerit,& maximè si
interrogatus fuerit,an eo vti velit,& professus fuerit, quod nō,&
est rō:quia tunc non fuit expediēs recurrere ad probationes, vel
incidia sup falso:secūdo,quia sic, qui renunciat liti videtur fateri
se ius non habere, & ad illā regressum amplius habere nō pōt.l.
postquam liti.s̄. de pac. & l.destitisse ff.de iu.sic qui renūciat vsui
instrumēti,cui de falso est obiectū, vr fateri instrm non esse verū:
& huic emergenti renunciare,vt tn̄ operet renunciatio in emer
genti,quo ad ipsum emergētem,quam renunciatio,q̄ fit liti prin
cipali quo ad ipsam principalem, & totalem.ar.l. quæ de toto ff.
2 de rei ven.† Quæro 3.quid si protestatus fuit, quod recederat ab
vsu, sed non animo confitēdi instrumētum falsum.rñ. qd prote-
b statio b non plus operat,quam verba importēt,& eorū sensus: vt
ff.de reli.l.at si quis §.pleriq;,& ideo renūciatio valet quo ad vsū,
& vim probationis,non quo ad vim confessionis falsi:quia illam
3 solam tollit protestatio.† Quæro in casu, in quo non fuit protesta
tus,an hęc confessio sit sufficiēs ad condemnationē criminalem,
vel ad inquirendū criminaliter. respon. aut falsitas ei opponebāt
circa vsum tm̄,& quæstio non habet dubiū,immo nō procedit,
qa desistēdo euadit pœnam,quæ veniret imponēda pp vsum: vt
ǰ.de fal.l.si falsos. Aut falsitas fabricationis ei imponebāt:& tunc
licèt per desistentiam ab vsu pœnam fabricationis non euitet d.
l.si falsos non propterea sequi pōt condēnatio: quia litera ista nō
dicit, qd fateri uideatur se fabricasse: sed veram non esse: & ista
stant simul,quod non sit vera,& reum non pp eum fabricasse: &
ista rōne dico, ꝙ etiam non est sufficiens indicium ad inquiren-
dum, nec ad torturam:puta quo ad primum ex suspicionibus qs
non est damnandus l.absentem ff. de pœnis, nec ad hunc finem
obiectum est crimen: sed ad repellendum tantum ipsum instru-
mentum,ergo,&c.l.Lucius ff.de his qui not.infa.

ADDITIONES.

a ¶ Si aduersarius. Vide Bar.in l.pe.ff.de fal.& in l.1.§.edenda ff.de eden.& Bal. hic & per Gu.l.de Suza.in auth.si quis in aliquo s̄. de eden.
b ¶ Protestatio. Adde Soc. consi. 24.incip.uisis ac diligenter.uer. 4.quia dicta cha.44.ubi hoc alleg.& firmat.

LEX IIII.

a Illatæ. a Si debitor fisci amisit instrumētum solutionis, pro
curator fisci tenetur ei ostendere librum rationum.
Gloss.uide per te.Bartholomęus de Sali.

ADDITIO.

a ¶ Illatæ. Vide Bal.in l.præterea §.fi.in fi.ff.de eden.qui no.hanc l. allegat.

LEX V.

1 *Instrumentum casu perditum allegans debent probare.*
2 *Instrumenti perditi tenor per duos testes probari debet.*

1 Sicut. † Si creditor dicat, se perdidisse casu instrumentum
debiti,non debēt propterea, qui dicuntur debitores
ad solutionem vrgeri,nisi creditor, probet casum,& tenorem in
strumenti.h.d. Not.in princ.quia debitor verus,contra quem nō
potest probari,nō liberatur a debito,quia ius non deficit, sed pro
batio,& solutionem renuere nō debet, ut hic.Ex quo habes, qd
salua conscientia retinere non potest:& per consequens cum re
cta consciētia nō moritur,& ad maius tribunal uocatur,ubi pro-
batio non exigitur.Item no.quod faciles non debent esse hoīes,
& maximè iudices ad credendum.Item no. quod qui aliquid al-
legat illud probare debet. Opp.quod licèt crederetur ei de amis-
sione instrumenti, tñ nihil ei talis credulitas prodesset,nisi facto
aduersarij dicitur perditum esse,vt supra, de proba.l.si de posses-
sione.Solu.vt in glo. quia immo prodesset:quia exoneraret solē-
nitate quinq; testium:vt s̄.ti.j.l.testiū,quia sufficit nūc p duos pro
bari.Vbi.No.ex ista gloss.relata ad tex.quod d.l.testium, quæ lo-
quitur in instrumento solutionis habet locū etiā in instrumento
obligationis:& crediti,quod not. Et intellige:vt probato tenore
instrumēti,& casu sufficiant duo testes: non autē intelligas,vt qui
dam intelligunt,quod scriptura non interuenit, ubi interuenire
debuit,quod tūc sufficiat ꝯctum probari per quinq; testes:qa nō
2 est verum:ut ǰ.dicam,in ult.q.& ǰ.eo.l.emancipatione.† Opp.2.si
iste dēt probare fidem pcum suarum,ergo probabit casum, & te
norem instri,& hoc salrē per duos testes pp regulam, vbi nume-
rus ff.de testi.tūc sic, sicut instrm faciens mentionem de alio in-
strumēto non probat tenorē illius instri,nisi originale producat:
vt s̄. de eden.auth. si quis in aliquo.sic nec testes debent probare
illius deperditi tenorem.arg.ǰ.eo.l.in exercendis. Huius timore
gl.dicit, quod per testes non probatur tenor instri quo ad plenā
probationem: sed quantum ad hoc, vt possit iurm deferri iuxta
no. in l.bonæfidei s̄. de iureiu. Asserit etiam quosdam dixisse: qd
plenè probat:ar. l.si possessione s̄.de proba.sed illa loquitur, qn̄ p
factū aduersarij deperditum est. Quid dicemus?dicendum est,ꝙ
casus videt hic pro ista secūda parte:& ita tenet Pe. & Cy. Dum-
tn̄ testes dicant,quod instrm in nulla sui parte erat absolutum: ra
sum:vel cancellatum:seu aliter vitiosum: & sic notarius in sua in-
sinuatione dicere dēt. Nec ob.arg.gl quia dicēdum est,qd testes
parificātur instrumentis solēnitatem debitam hn̄tib. Sed instrm
de alio faciens mentionē probat plenè illius tenorē,si habeat de
bitam solennitatē:quia sit solenniter insinuata:ut d. Auth. si quis
in aliquo.ergo &c.& hāc partē teneo. Sed tunc ab extra Op.ter-
tio,quod in casu huius legis non sit necesse,quod tenor instri p-
betur,vt s̄.eo.l.j.Quidā confitentur ꝯrium dicentes, ꝙ hæc l.non
di. licèt gl.ita sentiat. Alii dicūt, & melius. qd in casib.in quib.de-
bitū non pōt probari nisi p scripturā, necesse est probari scriptu-
ræ confectionē,& eius tenorem:& eius p casum amissionem:vt
hic sm lec.gl.in casib. vero,in quib.instrm pōt probari p testes,te
norē instri nō est necesse probari:vt s̄.eo.l.j. Sed an tūc sit neces-
se,vt casus amissionis probet:quidā,qd sic,alij, qd non:& hoc ve
rius:qa casus est s̄.l.j.nō cauillando tex. nisi vellet probare p pau-
ciores testes,q̄ aliàs requiratur p ius cōe,vel municipale: qa tunc
amissio scripturæ dēt probari.ar.s̄.tit.j.l testium. Et qa illa in solu
tione loquit,pono exemplū in obligatione, pone statuto cauet,
quod debitum excedens centum libras non possit probari p te-
stes pauciores quatuor, possit aūt per publicum instrm.in quo
adsint tm̄ duo,certè si fuit ꝯfectū instrm,& est casu perditum,po
terit debitum probari per duos testes probando casum, & teno-
rem instrumenti,quod no. Et ultimo distingue:vt dixi s̄.eo. l.j.

LEX VII.

1 *Missionum tria sunt genera.*
2 *Literæ testimoniales an sint de substantia rei.*
3 *Missus ab exercitu an consequatur priuilegia veteranorum,& nu.4.*

Si solennibus. Primo thematis repetitio cū impli-
cita rōne dubitādi.Scdo tacitè qōnis
cōditionata solutio.Secūda ibi:tn̄ si aliis.Si miles probat suā mis-
sionē ex cā honesta fuisse factā, cōsequitur priuilegia veterano-
rum,non obstante, quod perdiderit literas,uel instrumenta sup
1 hac re facta.h.d.† Pro euidentia præmitto,quod tria sunt genera
missionū:quia alia honesta,quæ è meritis,stipēdijs,vel qn̄ ab Im-
peratore indulgetur. Alia causalis: qa propter inualiditatem a la-
boribus militiæ soluitur. Alia ignominiosa, qn̄ ex ignominiosa
causa miles ab exercitu mittitur,vt hic habetur, & ff.de his q no.
infa.l.2.§. ignominiæ. Not.quod stipendiarij, & officiales finito
2 termino soluti sunt a sacro.† Item not.quod literę testimoniales
non sunt de substātia rei: sed probationis: quia eis perditis potest
probari p testes,quod no.pro collateralibus Potestatum,qui de-
bent secū portare literas sui doctoratus,ut sufficiat,ꝙ probēt per
testes,qui interfuerunt doctoratui.Item no.ꝙ probata missione
ex honesta causa omnia pcedentia præsumuntur ab eo benè le-
galiter,& solenniter facta,quod est ar.ut probato doctoratu p li-
teras,vel p testes, qui interfuerunt,præsumatur examē priuatum
pcessisse, quia illo pręuio peruenitur ad doctoratum, hinc est,ꝙ
aliquo probato sacerdote psumitur inferiores ordines prius ha-
buisse. Item not.ꝙ verbum usurpare sumitur quandoq; in bonā
3 partem,licèt prima facie sonet in vitium. † Op.j.quod missus ab
exercitu non consequat priuilegia, immo notet infamia, ut d.l.
2.§.ignominiæ.sol.hic ex causa honesta,uel causaria ibi ex igno-
4 miniosa.† Opp.2.qd non expediat sibi hoc probare:qa bonus,&
honestus psumit,& dignus ff.de mil.test.l.seruos,de leg.2.l.cū q-
dā,& l. cum pater §.rogo.Sol.gl.ꝙ hic negabat,quod milites fue
rūt q.d. ꝯria procedūt in his, q̄ naturaliter ueniunt,militia āt per
accidens. ideo se fuisse militē habet probare. ista non procedit,
quia ista litera supponit, qd miles fuerit, quare di.gl.hic petebat
se admitti ad priuilegia,ad q̄ nondum fuerat admissus: at priuile-
gia sunt ꝯ ius cōe,ideo ad ea non admittitur nisi probet ea, quæ
sunt causa priuilegij.s.quod missus fuerit ex causa honesta,& est
rō,quia non omnis missio est sufficiens.Item potuisset recedere
illicentiatus,& ante tēpus sine cā legitima.Et hæ causæ non præ-
sumuntur naturaliter, quod in facto extrinseco consistunt.Opp.
3.quod solicius facto debeat credi.ut l.non oēs §.a barbaris ff.de
re mil.Solu.ibi in alio casu loquitur.l.cum reddit de captiuitate.
5 † Quæro,quid si iam fuerat admissus ad priuilegia,ut ueteranus,
di. glo. qd tūc nō haberet necesse hoc probare: qa psumptio est
pro eo.ideo q vellet eū reprobare,eū dēt pbare ignominiosè mis
sum,cū talis præsumatur,qualis reperitur,ut l.moueor ǰ. de ser-
uis expor.Sed attēde, quia Pe.istam gl.reprobauit dicēs,ꝙ quasi
possessio priuilegiorum non releuat a probando titulum priuile
gij allegati ex eo,qa intentio aduersarij fundata est de iur.cōi, &

pro hoc inducit ff.si ser.ven.l.sicut §.sed queratur, sed ille §.potius facit pro gl.ista, & gl.ibi posita sic intelligit.ille tex.inducit ēt pro casu extra.de priui.l.c.cū psonæ.lib.6. & pro hoc dicit hic ēt fore casum non cauillando literam, sed substinendo gl.possum dicere,quod hic reprobatur,qđ fuerat receptus,& admissus,vt vetera
a nus, & fuerat priuilegijs vsus veteranorum.aliàs solus vsus priuilegiorum non sufficeret,vt d.c. cū personæ.hāc tn̄ gl.tene cordi.

ADDITIO.

a ¶Fuerat receptus,& admissus,ut ueteranus,&c Hic inducitur ad q. de eo qui lon.tem.se gessit pro doctore,an talis reputetur, si non potest ostendere titulum suum.s.per instrumentum,uel ali s,& de hoc uide Bald.in l.j. col.2. C.de eman.lib.& in l.j.C.de fideic.& in addi.ad Spec.in tit.de instr.edi.§.8. & Inno.c.j.extra,de fide instru.& Alex.consi.138.uol j.

LEX VIII.

Si constiterit. Factum fructuarij non præiudicat ꝓprietario probanti de suo dominio.h.d. Et opp.vno modò & solue,vt in gl.

LEX IX.

Instrumētis. No.ꝯ rusticos,qui non credunt diuisionem valere,nisi fiat scriptura.non.n.est scriptura de substantia eius,nec regulariter alicuius ꝯtus . Fallit in casibus no.in l.pactum quod bona fide s̄.de pactis.

LEX X.

1 *Contractus factus sine scriptura valet, nec vitiatur instrumenti amissione.*

1 Cum instrumētis. † Vēditio valet etiā sine scriptura, iō amisso instrumēto nō vitiatur,si aliter probetur.h.d. No.in dubio instrm̄ intelligitur esse factū ad probationē rei gestæ,nō ad legis essentiam.concor. l.cum res s̄.de proba.Quærit gl.quid si factum fuit,vt venditio in scriptis celebraretur,respon.vt in ea.& adde, quod tunc tenor,& casus instrumenti necesse est probari.vt dixi s̄.eo.l.sicut. & vide, quæ ibi dixi.Quæro quid in testamento in scriptis,dic vt in gl.

LEX XI.

1 *Emancipatio probatur per testes actis perditis.*
2 *Emancipatio an necessario fienda sit apud acta.*
3 *Acta si non præsumantur,an possint per testes probari.*
4 *Instrumentum cancellatum an faciat fidem.*

1 Emancipatione. † Licèt scriptura emancipationis facta apud acta peat,emāci
2 patio nō vitiatˀ si aliter probetur.h.d.† Quæro primo,an sit necesse,qđ emācipatio fiat apud acta.gl.hic sentit,ꝙ sic,& pōt esse rō, qa apud magistratus fieri dēt l.3.& 4.ff. de ado. & l.emācipari,& ibi gl.eo.tit.& ꝓ hoc facit l.ista, & s̄.de mo.mu.l.2. & j̄.de eman. l.iubemus.Alij,qđ non,ꝑ l.2.s̄.de emanc.l.b.Ego puto dicendū, ꝙ in cā est necessaria cāæ cognitio, tunc apud acta fieri dēat, qa tūc cā est probāda & examināda,ut d.l.2.& l.iubemus, & hic,& nihilominus instrm̄ de ipsa emācipatione, & authoritatis interpositione est conficiendū vt hic. Aut cāæ cognitio non est necessaria:qa vterq; p̄sens,& vterq; uolens,& consentiēs: & tūc nō est necesse acta p̄cedere. nec apud acta fieri:sed sufficit iudicē authoritatē suā impartiri,q̄ interponere pōt vbiq;,vt d.l.emācipari.scriptura tn̄ est necessaria, & sic instrm̄ fieri debet,l.si.de ado.Quæro 2.tex.dicit,ꝙ actis perēptis pōt probari emācipatio ꝑ instrm̄ ꝯfectū de emācipatione,an hoc sit verū absq; eo,qđ probetur acta p̄cessisse,& eorū tenorē, & vr̄ quod sic, quia hæc l. simpliciter,& indistinctè loquitur.In ꝯrium facit,quod dixi s̄.eo.l.sicut,& quia acta non p̄sumuntur præcessisse sniam,nisi probetur,vt ex̄,de ꝓba.c.qm̄ ꝯ falsam, dicendū vr̄, vt in instrumento sententiæ, quia aut ꝑ hoc instrm̄ probantur acta præcessisse:quia de illis in eo sit mentio,licèt narratiuè,& tunc si partib.p̄ntib.est confectū,& tūc non reclamantib.presumunt̄ acta illa p̄cessisse.ar.j̄.de ꝯ.& com. stip.l.optimā. Aut de illis non est facta mētio in instrumento: & tunc non p̄sumo acta præcessisse,q̄ negantur,ut d.c.qm̄ ꝯ,nisi fortè instrm̄ esset multū antiquato tpe cōfectū, vt hic no.Ia.de Are.
3 & Cyn.& Inn.in d.c.qm̄ ꝯ,quod no.† Sed tunc quæro 3. in casu, quo acta non p̄sumunt̄,an acta ipsa possint probari ꝑ testes,& vr̄
a quod sic per istū tex. qui permittit ēt per testes probari, a vt pro hic gl.ff. de iud.l.si p̄tor §.j.& s̄.de here.l.qm̄. In ꝯrium facit,quia de essentia actorū est scriptura l.gesta j̄.de re iu.& sic oportet ꝓbari eorū tenorē:& confectionē,& eorū amissionem, vt s̄.ti.j.l.testium,& dixi s̄.eo.l.sicut,& l.j.Sol.ꝙ quędam sunt agitata in iudicio,de quorū essentia non est scriptura.Et non est dubiū, qđ illa interuenisse, vel facta fuisse ꝑōt probari ꝑ testes, vt patet in litib. breuiorib.ut j̄.de sen.ex peri.reci.auth nisi breuiores,& in sententia lata in cā criminali,vt ex̄,de testi.c.Albericus.Quędā sunt acta, seu facta in iudicio,de quorū essentia est scriptura: & tunc si scriptura nō interuenit,illa sunt nulla,vt j̄.de sent. ex peri. reci.l.2.& ideo tūc eorū probatio ꝑ testes frustratoria est: qa nihil releuat, Si aūt tūc scriptura interuenerit,probatio ꝑ testes valet.si duo ꝓbentur.s.ipsum actū factū fuisse, & scripturam interuenisse: siue probetur scriptura,& eius tenor: & sufficient duo testes, vt in fi. s̄.eo.l.sicut,& s̄.tit.pro l.testiū. ad fi. & ita dēt intelligi, gl.2.alleg.
4 † Quæri potest,an per instrm̄ cancellatū probetur,dic,ꝙ non: vt j̄.de testib.l.si vnus:cum ibi not.& de edi.di.adr.l.fi.nisi habeat secū scripturā cācellationis annexā in qua cā sit inscripta, q̄ supponat instrm̄ verū fuisse:puta,qa soluit,vel qa restitutū fuit, & mandatum,vt cācellaretur,vt videmus quotidie fieri in bannis,& sententijs publicis,& ita no.Bar.in l.acta.ff.de re iudi.& pro hoc accedat ff.de his,quæ in test.delen.l.j.ver.& ideo,& quod ibi ꝑ Old.

ADDITIO.

a ¶Per testes probari.Vide Bal.hic & Bar.in l.j.§.sufficit, de secun.tab.& plenè no.Bal.in l.gesta in 1.col.de re iud.in uer.quæro nunquid,& in l.litigatoribus appellatis,& in l.2.in 4.col.s̄.de alea.& adde quæ dixit Bar.& Bal.in l.ne in arbitris s̄.de arbi,& adde quæ no.Bar.in l.quæsitum ff.de testi. & Inn. in c.quoniam contra,in fi.de probat.error actoris semper probatur per testes secundum Cyn.in l.error j̄ de testi.

† Adde ad principale quæsitū,s.an acta possint probari ꝑ testes. Bald. in l.fin. nu.6.uersi, q̄ro nunquid acta,& qđ ibi posui in apost. ad ipsum in apost.in eo.uer.j.de re iu.de quo uide Lāfran.de Oria.ita distinguenrē,ut ꝑ Sal.hic.l rep.sua.c.qm̄ contra falsam,in prin.& ibi dixi in apo.1.extra,de probat.

LEX XIII.

1 *Protestanti super eo,quod non apparet fides non datur.*

1 Apud eos. Inductio in possessionē ex ꝯtu non exigit scripturā.h.d.† Nor.quod inductio in vacuā possessionē probatur ꝑ testes,& instrumēta.Et attēde:quia ut instrumētū probet,oportet,quod illud sit factū in re, vel eius ꝯspectu,seu p̄sentia,vt l.ꝑdia,& l.quod meo §.si venditorē ff.de ac.pos. aliàs non probaret, ut ex̄.eod.c.inter dilectos, in fi. Item,ꝙ dicit tex. ꝙ instrumentum non est necessarium, intellige,nisi donatio esset tantæ quantitatis,quod insinuatio exigatur: quia tūc instrumentum apud acta est necessarium,ut l.illud s̄.de sacr.san. eccle. & uide,quæ ibi dixi.Item quæ dicatur uacua no.in glo.Bar.

LEX XIIII.

1 *Scripturarum conflictus,quæ ab eodem producuntur : expellit substantiam probationis.*
2 *Scripturæ quæ sibi inuicem derogent.*
3 *Scripturæ quando sibi inuicem dicantur repugnare.*
4 *Scripturis diuersis in iudicio productis, cui earum standum sit.*
5 *Testibus sibi repugnantibus stabitur dignioribus.*
6 *Rustico scripturas repugnantes producenti an subueniatur.*

a 1 Scripturę. a † Repugnātia scripturarū ab eadē parte ꝓductarū facit illis fidē nō adhiberi.h.d.Not. ꝙ hęc lex loqtur in scripturis inuicē derogatorijs, & in scripturis inuicē ꝯdictorijs,& attēde,qđ in hac l.primo q̄rā,postea opponā.
2 † Quęro igit̄ pro declōne terminorū, q̄ sunt scripturæ inuicē derogatorię,& glo.primo ponit vnū exēplū,qđ non conuenit huic mēbro,sed sequenti vsq; ibi:pone ergo. ibi.ponit exēplū aliud puta,qa ago publiciana: & ad probandū de iure meo produco duo instr̄a eodē die facta,quorū uno cauet̄,qūo ego solus fundū emi: alio qūo ego eūdē fundū emi cū uxore mea, hoc derogat alterī parte, & alterū isti . Conueniunt vero in eo, ꝙ in utroq; pro emptore:licèt non solo noiatus sim . Certè neutri stat̄ nec in totum nec in parte.Et in hoc exēplū istud est notabile:qa in parte rei n̄ probāt,& pōt esse rō:qa suspecta sunt:qa nō est verisimile, quod eadē die,& eisdē testib.ꝯtus istos celebrauerim , & qa egomet, q.produco illa instr̄a,videor fateri in quolibet eorū ꝯtēta, vt l.cū p̄cū j̄.de li.cā, & sic ꝯfessio mea vacillat, sicut dictū vnius testis, iō fides nō adhibet̄,vt l.q varia ff.de testi.Et hoc de primo exemplo,cui nō ob.l.Sēpronius Proculo ff.de le.2.vt j̄.dicā. Aliud exēplū ad idē ponit statim gl. puta si vno instr̄o cauet̄, qđ ego emi, alio cauet̄, ꝙ mihi donatū fuit,& illud exēplū est notādū ex eo, qa quouis tit.dato pro vero,ille sufficiens est ad publicianā.tn̄, qa nō plus uni,q̄ alij motus iudicis p̄t applicari,& uterq; licèt i facto sit possibilis,tn̄ nō est uerisilis,& iō neutri stat̄,sicut nec testi,qui
3 verisilia nō dicit.† Quæro 2.de exēplis,qn̄ scripturę sunt inuicem
b aduersæ,& repugnātes b & hic attēde,qa qn̄q; scripturæ diuersę sunt sibi repugnātes ꝑ mediū.i.ꝑ indirectum,qn̄q; sine medio,& sic ꝑ directū.Exēplū primi ponit successiuè gl.ut si instr̄a sunt cōfecta eadē die, & ī altero ꝯtinet̄,ꝙ Bononie existēs ꝓmisisti mihi dare x.altero cauet̄,ꝙ Romę existēs ꝓmisisti mihi x. Itē sunt repugnātia ꝑ mediū.i.ꝑ locū,& eius distātiā,adeo ꝙ reddunt̄ īpossibilia,vt l.optimā.ī fi.de ꝯh.& com.sti.iō neutri statur.Exēplū secūdi ponit gl. ut si uno instr̄o ꝯtinet̄,me fore vsufructuariū certa die ꝯstitutū,& alio ꝯtinet̄,ꝙ eadē die factus fui proprietarius,ista sunt f̄m gl.repugnātia,cū res sua nemini seruiat, ut l.neq; pignus ff.de re.iur.Aduerte: quia illud exemplū in sua forma non videt̄ mihi bonum: quia ista stāt simul eadē die proprietatē solam donatā esse,& eadē die vsumfructū mihi donatū fuisse.& ex utroq; factus fui pleno iure dn̄s,& confiteor, ꝙ post vtriusq; donationē res mea mihi non seruit.sed vsusfructus formalis cōfundit̄, & in causalē transformat̄.Sed gl.saluando possum dicere,ꝙ producēs instr̄a cōfitebatur tm̄ vnum instr̄m de altero eorum fc̄tm̄ fuisse. Alij ponunt exēplū,ꝙ dicebā mihi fuisse Titiū condēnatū,& ad hæc probandū produco duo instr̄a, in quorum vno continet̄, ꝙ ipse fuit cōdēnatus:in alio, quod ipse fuit absolutus , vel una snīa continebat qđ fuit condemnatus purè:alia,ꝙ sub cōditione. His exemplis sic positis venio ad ꝯria . Et primo , quod scripturæ digniori stetur j̄.de ꝯhen.& commit.stip.l.optimā in fi.glo. ista in prin.di.ꝙ hæc l.debet intelligi, qn̄ ambæ sunt eiusdem authoritatis:qa ambæ priuatæ , vel ambę publicæ: secus si una publica,alia priuata:quia statur publicæ.ar.d.l.optimam, in fi.& hanc partem sequitur Bald.ex eo:quia publica derogat priuatæ voci.ar.eorū,q̄ no.gl.in solutione eiusdē ꝯrij ff.de hæ.insti.l.testō dn̄i.Sed Iacob. de Ar.& Cy.tenent,qđ nihil refert, ex quo ambæ producunt̄ ab eodē:qa producēti statur ꝯ se.vt j̄.eo.auth.ad hæc,& vtrāq; vr̄ fateri verā esse.Cū igit̄ in sua cōfessione sit repugnātia,ei nō est stādū.Itē,quia aliàs nō esset dr̄ia inter testes,& instrumēta , quā gl. ista fa.in fi.hoc idē tenet Nic.de ma.dicens quod totū censet̄ vna probatio in se ꝯrietatem haben.& ego idem sequor. Ad no.in l. testō.rn̄.quod ibi scripturæ non erant ꝯriæ, nec ēt producebātur ab vno tm̄,immo ab vno alia & ab alio aduersario alia , & illa , q̄ producebatur a seruo erat scriptura l. & eius dispositio inducta ad derogandum dispositioni priuatæ seu ad illius beneficiū ampliandū, vel de nouo cōcedendū,vnde nihil habet cōe cū nostra materia.Sed saluando gl.possum dicere,qđ glo.non stetit in p̄dicta sol.quia postea vltra mediū in ver.p̄dicta autem,glo.intelligit d.l.optimam,qn̄ vnū ab vna parte,& aliud ab alia producat̄: quia tunc fatetur,quod dēt stari digniori , & ita apparet, quod non discordat se a doc.Oppo.2.de l.cum de ętate ff. de proba.Sol.remittēdo,vt in gl.ad fi. videlicet, quod ibi in diuersis attestationibus, quo casu statur dignioribus,& verisimiliora dicētib.hic in diuersis scripturis,vel si ibi erāt scripturæ,dic, quod vna producebatur ab una parte,altera ab alia.Opp.3.ab extra de l.Sēpronius Proculo ff.de le.2.Sol.f̄m Bald.ibi illæ duæ scripturæ non continebant repugnātiam totaliter,sed f̄m quid:quia una erat de maiori summa,alia de minori.vnde, quia in minori consonabant, stat̄ instr̄o minoris summæ.ar.ff.de arb.l.diem proferre §.si plures.Ista solu. non est bona:qa est ꝯ exemplū,qđ ponit gl.de marito,& vxore , & ꝯ illā rōnē,quam pro illo exemplo feci, & ꝯ hunc text. qui de interrogatorijs loqtur:quapropter dic,qđ ibi instr̄m maioris summæ producebat̄ ab hærede:vel si ambo producebantur,a legatario producebant̄ ad fidē faciēdam de duob.legatis, & ut duo petebantur:hęres aūt fatebatur de minori,hoc aūt totū negabat aduersarius,& ibi ꝯstabat vnā tm̄ fuisse voluntatē,& non plures,ut ibi no.Nec huic so.ob.ff.loca.l.si tibi 10. quia ibi in ꝯtu ultro citroq; obligatorio , in quo ex maiori,& minori summa inducitur discrepantia in consensu,& cā effectiua huius ꝯtus,ut ibi in primo rn̄.secus si hæc discrepantia non inducatur, vt ibi in 2. respō. Oppo. 4.ab extra de l. quinquaginta ff.de prob.Sol.ibi scripturæ erant compassibiles , & nullam ꝯriam verisimilitudinem habentes:hic erant incompassibiles, uel ꝯriam uerisimilitudinem habē
4 tes,ut exemplis hic positis colligitur. † Nunc istam materiā ꝯcludo. sic , quod qn̄ plures scripturæ diuersæ sunt in iudicio productæ,& dubitatur,an omnibus,vel nulli,seu cui dēt stari, distingue aut una est producta ab vna parte , alia ab aduersario, aut ambæ ab eodem . primo casu aut sunt inuicem compassibiles, & vtriq; in suis terminis statur.Aut sunt incōpassibiles:qa ꝯriæ:& tūc aut non sunt eiusdem authoritatis:qa vna priuata alia publica, & stat̄ publicę,vt digniori l.optimam j̄.de ꝯh.& commit.stip.nisi authoritas priuatæ plurimis coadiuuaretur testib.l.scripturas j̄.qui po.ī pig.ha.Aut sunt paris authoritatis,& neutri statur: & sic esset tūc ferenda snīa ꝯ eum , qui probare debuit, & non probauit,ut not. Cyn. in l. seq.Secundo casu uidelicet qn̄ ab eodem, & tunc aut sunt compassibiles, & uerisimilia continentes, & utriq; statur.l. quinquaginta ff.de proba.Aut non sunt aliquo modo cōpassibiles,& sic nec verisimilia,immo nec vera ꝯtinētes , & tunc neutri stat̄,vt hic f̄m unā lec.Aut sunt cōpassibiles,sed nō verisimilia cōtinētes saltē in parte: & tūc aut utraq; scriptura est ꝯfessata ꝓ uera,licèt de contētis in ea dubitet̄,& tunc statur utriq; in ea parte , qua conueniunt d.l.Sempronius Proculo.Fallit in casu d.l.si tibi 10.& rationem s̄.assignaui. Aut utraq; scriptura est negata uera continere,& tunc neutri statur,ut hic in exemplo posito de marito, & uxore . Ex quo infero ad qōnem positam hic per Nic.de ma.Aliqs petit a Titio 10.quæ sibi mutuauit in Boñ. & producit instr̄m prima die maij in Boñ.confectum.petit ēt c.q̄ dicit eidem mutuasse, uel apud eū deposuisse in ciuitate Fauentię, q̄ distat a Bononia ꝑ 30. miliaria, & producit instr̄m fc̄tm̄ ibidē prima die Maij.Titius negat oīa,& adijcit,ꝙ īstrumētis nulla fides est adhibēda:qa nō est verisimile:licèt sit possibile, ꝙ eadē die receperit mutuū in Boñ.& Fauētia.certè Nic.dicit,ꝙ Titius bn̄ dicit:& qđ instrumētis nulla fides est adhibēda.ar.eius,ꝙ not. gloss. qđ tenemēti.Quęro cū gl.an pro ꝯcordia huius l.possit induci l.ubi repugnātia ff.de re.iur. & dic,ꝙ non,ut in ea ultra medium,uerum hic attēde,ꝙ qn̄ in eadem scriptura est repugnantia Cy.in se.dist.f̄m Ia.de Are.sic,aut illa repugnātia, uel ꝯrietas potest aliqua bona,
a & verisimili diuisione iuuari a & tunc ꝯrietas,uel repugnātia diu nō debet.arg.s̄.i j.ꝯstit.C.§.1.ibi,præterq̄ si aliqua diuisione,&c. & arg.ff.de pet.hæ.l.item ueniunt,& l.illud. Aut non pōt diuisione iuuari,& tunc ei fides non adhibetur: vt d.l.ubi repugnantia : idē si pōt iuuari,sed diuisio non est verisimilis.ar.eorum, quæ dixi s̄.de scripturis diuersis,& hic no.gl.verisimilia.n.debent attēdi etiam in probōnibus ff.de testi.l.3.§.idem diuus, & l ob carmē §. si testes.facit l.non est uerisimile ff.quod me.cau.Et hoc qn̄ in alijs est repugnantia: puta qa indictio non conueniat anno , dixit Dy.talem repugnantiam non uitiare,sed errorem præsumi in indictione,vt minus no.& idem in effectu tenet Io. An. super data sexti libri decretaliū in nouella,vbi plenè per eum,& ēt ponit,qn̄
5 tabellio errorem corrigere possit.† Quæro, an idē sit in testib.inuicem sibi repugnantib.dic,quod non,qa statur digniorib.l. iurisiurandi s̄.tit.1.& ff.de testi.l.ob carmen §.si testes,& in Auth.de testi.§.si uero . Non ob.quod testes,& instrumenta æquiparant̄ , vt j̄.eo.l.in exercendis,qa uerum, nisi rō sit diuersa . sunt autē in casu isto rōnes diuersæ , ut in glos. quam vide, & ita tenent doc.
6 & specialiter per rationem Bal.† Quæro ab extra,an hæc lex pro
b cedat in rustico b producente has scripturas,quidam ꝙ non:quia rusticitati subuenitur,vt ff.de iur.om.iu.l. si quis,§. doli,& si qs in ius vo.non ier.l.si quis.alii vt Pe.& Cy.distinguunt. Aut potuit cōsulere peritiores , aut nō,ut primo casu ei nō subueniat̄: secundo sic,ar.ff.de bo.pos.l.pe.& quis or.in bo.pos.ser.l.2. & ff. de proba. l.cum de indebito.circa medium.Sed truffæ sunt:quia nō potest esse simplicitas,vbi est ꝯrietas,vt no.Io.An.in c.cum Io. extra,de fide instru. & si simplicitas fuit in producendo talia instr̄a fide tn̄ iam facta iudici de ꝯrietate rei,quis tollere potest,cur unum magis,q̄ aliud vult produxisse, uel non produxisse. Nec ob.ll.s̄.alle. qa in diuersis casib.loquuntur,in quib.subuentio fieri pōt.hic secus,immo si subueniretur , occasio falsitatis tollerandæ daretur. Quæro , an lex ista procedat tam in actore, q̄ in reo producente instrumenta contraria, & dubium facit: quia reo permittitur uti contrariis defensionib.l.nemo ex his ff. de reg.iur.sed non actori ꝯriis actionib.l.1.j̄.de fur.Sed di.Io.An.extra eo.c.imputari.in nouel.quod licèt reus sustineatur allegans ꝯria, tamē nō sustinetur probans,quod no.Quæro tex.iste loquitur,quādo scripturæ sunt repugnantes circa veritatem contentorum in eis , quid si repugnantiam istam non habent,sed sub nomine eiusdem notarii cōfecta nullam,vel modicam similitudinem literarum habent: uel etiam signa notarii, sunt diuersa, dic,quod non probant:quia scriptura est suspecta,vt dicam j̄.eo.l.comparationes.

ADDITIONES.

a ¶Scripturæ.Vide Bal.hic & in l.in exercēdis,in 1.col.& ī c.imputari.ex̄.eo.ti.

b ¶Et repugnantes.Quid aūt si sint duæ scripturæ originales super eodē , uide Bal.& Imo.in l.cum proponebatur,de leg.2.ad fi.qui dixerūt, ꝙ neutri creditur,nisi una possit adaptari ad aliā,quia suppleret alteri ꝑ no.in l. Sępronius, de leg.1.& hic, si uero est uarietas inter testes,& instr̄a,uide in d.l.j.§. fi.ff.quemadm.testa.aperi.uide gl.in Auth.de testi.§.si uero quidā.Sed qđ si reperiantur contraria,an debeant inquantum fieri potest, reduci ad cōcordiam,uide per d.Soci.consi.277.inci.uiso publico instrumento, ver.2.quia qn̄,in 2.parte,& adde,ꝙ qn̄ instrumenta sunt æque originalia, & sunt contraria:nec possint adinuicem concordari,illud præfertur, ꝙ continet minorem obligationem,ut per præfa.d.Soci.in d.consi.in uer. 3.principaliter,& adde qn̄ uerba unius,& eiusdem instrumenti repugnare vr̄,debent sic intelligi,ut nulla sit contrarietas,sed ad concordiam reducantur,ut præfa. d. Soc.cōsi.295.incip.in causa contra filios.uer.q̄ntus casus.cir.med. in d.par.

ADDITIONES.

a ¶Diuisione iuuari.Vide ad hoc, qđ singulariter uoluit Bal.in l.1. ne quis eū, qui in ius uoc.de quo etiam per Alex.ibi in 3.col.

b † In rustico.De muliere, & rustico producentibus diuersas scripturas facit, quia isti non excusantur a dolo,no.in l.ulti.ff.de edendo , & in l.si id quod, ff.de iurisdi.omnium iudi.& aliam limitationem contra excusationem mulieris,& rustici,uide per Bal.in l.1.j̄.de inter.ma.

LEX XV.

1 *Instrumentum tantum valet ad probandum,quantum depositiones testium.*
2 *Testes quot requirantur,vt instrumenta perficiantur.*
3 *Instrumentum quot testium vim habeat.*
4 *Instrumentum quot testibus reprobetur.*
5 *Testes reprobatorij si in instrumento sint descripti,an ualeat ipsum instrumentum.*
6 *Testes validitatem instrumenti coadiuuantes,an debeāt esse descripti in eo.*
7 *Instrumentum carens solennitate propria censetur inualidum.*

18 per te. † Exempla aũt leuis culpæ ſunt in fœneratore, q res pignoratas minus diligenter excuſſit a tineis, vel corroſione murium, & idem in fullone d. l. item q̃ritur. § ſi fullo. Itẽ ſi fullo. vel librarius vnam rem, vel librum mihi p alia re vel libro tradidit, credẽs meum eſſe, vt eo. §. ſi fullo. hic. n. culpæ non ſunt latæ, iõ iudicandæ ſunt leues, & non leuiſſimæ qa veniunt in act. loca. in qua culpa leuiſſima nõ venit ut s̃. dixi. Item ignorare qualitatem rei tuæ. l. ſed ædes. §. j. ff. loc. Item inertes, uel negligentes operarios adhibere. ut ff. loc. l. videamus. in princ. & d. l. ſi merces §. pe. ſed dubitatur de eo, ꝙ legit̃. ff. loc. l. ſi merces. §. culpę. & ff. ſol. ma. l. pe. ĩ prin. vbi dicitur, ꝙ factũ inimici aſcribit̃ culpæ eius, q inimicitiã captauit, qualis illa culpa eſt iudicanda, dñt, qdã talis, qualis fuit ɔmiſſa inimicitia illa captanda, ꝙ non videtur bñ dictum. qa illa potuit eſſe latiſſima ex pꝛopoſito pcedens, q̃ dolũ eſſe dicimus. Item illa
b culpa ad hunc caſum non fuit ordinata. [b] & ab eo eſt remota, igit̃ alij, ut Bar. dñt, ꝙ leuis culpa eſt iudicanda. Alij, ꝙ lata, qa debuit cogitare, q inimicitiam captauit, hoc veriſimiliter euenire poſſe. vt dixi s̃. in exemplis latę culpæ. Cogitãdum relinquo, & alia exẽpla p te pquire. Exempla vero leuiſſimæ culpæ ɔſiſtunt in non faciendo id, ꝙ diligentiſſimus eſſet facturus. Iõ non diligentiſſime cuſtodire ſuæ cuſtodiæ commiſſum, leuiſſimæ culpæ aſcribit̃. ff. de offi. p̃. vr. l. 3. Item non diligentiſſime curare ęgrotum, vel curari facere. Item non eqtare, ut diligẽtiſſimus faceret leuiſſima cul
19 pa eſt. † Sed hic attende, commodauit qs equũ ei, quem nec bene nec ɔpetenter eqtare ſciebat, an ſi pp illius eqtaturã equus deterior factus eſt, tenetur ipſe, q. in commodatũ recipit. Et dr̃ Bal. qđ ſi in eqtando, culpã extra ſuã diligentiã non commiſit: ſed ex ſua neſcientia hoc pceſſit, vt in ſcholari multoties accidit, ipſe nõ tenetur, & imputet ſibi, q ei commodauit. Secus ſi culpã in eo, qđ diligens eſſe potuit, cõmiſit, vt in paſcendo, aut vẽtũ retinẽdo, in loco tuto non recludendo cũ, vel cũ ipſo currendo, qñ neceſſitas non imminet. Nã his caſib. tenebitur, licet leuiſſimã culpã cõmiſiſſet ſm nãm commodati, ꝙ eſt notãdũ, qa in ɔ̃. ſa. inſt. q. mo. re. ɔ̃. ob. § at is, q utendũ. Sed ego rñ. ꝙ ibi in cuſtodia, & diligentia, q̃ non tñ p ſe, ſed ẽt p aliũ pt adhibere, nos in eqtatura ſuæ pſonæ, q̃ p aliũ non põt implere, iõ ſuijpſius diligentia in eqtando ɔ-
20 ſideratur. † Vltimo q̃ro, an culpa leuiſſima in faciendo veniat in
c quolibet ɔ̃ctu [c] in quo venit leuis culpa. & Bart. in d. l. ꝙ Nerua. dixit, ꝙ ſic, qa culpa leuiſſima in faciendo æqparatur leui culpæ in omittendo, cum pponderet ſimili culpæ in negligendo. ut ff. ad l. Aql. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi cũ maritus ff. ſol. ma. l. ſi ɔſtante. §. ſi maritus. & no. in l. ſi mora. in gl. 4. in eo. tit. Itẽ, qa ex culpa ɔmiſſa in ɔmittendo qlibet ẽt non obligatus ad rei cuſtodiam tenetur. ff. ad l. Aql. l. in lege Aq. la 2. ergo fortius de leuiſſima in committẽdo commiſſa dẽt teneri, q uigore ɔ̃ctus alicuius diligentiã, & cuſtodiam rei tenetur habere Bal. tenet ɔ̃rium p l. ſed ſi quęcũq; §. fi. ff. ad l. Aqui. l. ubi Iuriſcõſultus leuiſſimam culpam in committendo commiſſam di. venire in aqui. & dubitat, an veniat in locato. & dubitationis cã fuit, quia regula eſt, ꝙ culpa leuiſſima nõ venit in locato. Sed dices tu, quare ibi dubitat, cum aſſertiue debuiſſet ſm regulam dicere, ꝙ non. Item ſi tunc dubitauit, & poſtea p conſtãti alibi dixit ex locato magiſtrum, & tutorem teneri. ut ff. loc. l. Item q̃ritur. §. idem Iul. ergo ibi erit caſus, ꝙ leuiſſima culpa in committendo venit in locato. & ſic erit ibi caſus p Bar. Sed nihilominus ego ſto cum Bal. qa ſi illi tex. ſubtiliter ponderent̃, in eis eſt caſus, ꝙ licet leuis caſtigatio excedatur, dumtũ nimia ſæuitia non interueniat, culpę in act. locati nõ aſcribitur. & tñ ſolum hoc nomen, ſęuitia, culpã implicat, illud, nimia, ꝙ adijcitur, culpã augmentat. Sola ergo ſæuitia, q̃ in ſe leuiſſimã ſaltẽ culpã continet, non uenit. ſed nimia, q̃ culpã, aut leuem, vel latam continet, uenit, & hoc vult dictus §. idem Iul. ſi bene ponderetur. p hoc ẽt facit, qa cum de leuiſſima culpa nos q̃ramus. & ll. dicant leuiſſimam in locato non uenire, debemus intelligere de leuiſſima tã in committendo, q̃ in negligendo, licet una pponderet alteri. Et ita intelligantur iura in ɔ̃rium allegata Nec ob. ar. Bart. qa argũ de ac. deſcendente ex delicto ad ɔ̃ctũ nõ pcedit, cũ ſit naturę diuerſę, ſed bñ pcederet reſpectu eiuſdẽ actiõis tñ, ut q tenetur ex ɔ̃ctu, diligentiam, & cuſtodiã rei habere teneatur. act. l. Aquil. & multomagis q̃ ille, q nullã rei cuſtodiã tenebat̃ hr̃e, & hic ſit finis.

A D D I T I O N E S.

a †Vel faceret. Adde, an culpa in faciendo veniat in quolibet contractu, in quo venit leuis culpa. Vide Bal. in l. quæ fortuitis. nu. 14. col. 6. verſi. ſed hic quæritur s̃. eo. & ibi in apoſt. ad ipſum, Bar. in alleg. l. quod Nerua. ver. item quæro, vtrum culpa leuiſſima. ff. depoſi. & Bar. in l. ſi mora. ff. ſol. ma.

b ¶Ordinata. Adde d. Soc. conſi. 178 inci. primo aſpectu. ver. 2. probo. in 2. par. quod culpa præcedit caſum, & quod quis tenetur de caſu poſtea ſequuto, intelligitur verum, quando ad illud illa culpa eſt ordinata, ut per eum cõſi. 156. inci. pro fundamento pſentis cõſul. ver. accedant, quæ ponit in d. par.

c †Veniat in quolibet contractu. Addæ, quę notan. in apoſt. ad iſtum ſup. eo. nume. 16. in apoſt. in ver. vel facere, & in quantum in ea allegaui Bart. in l. quod Nerua. ubi ſup. caue, quia Bar. non dicit, quod ueniat actione ex eo contractu. ſed intelligit actione legis Aquiliæ per l. quam alleg. & ſic non contrariabitur Bal. ubi ſup cum allegaui, nec S il. hic, qui alias videretur contrariũ ſentire, & ſic erit iſta lectura ad finẽ uſque huius l. plana.

L E X VIII.

1 *Culpa non eſt facere, quod facit maior pars hominum.*

2 *Deponens apud campſorem communi deponentium concurſu approbatum non dicitur in culpa.*

Pignus. Pignus repoſitum in loco, in quo pignora publice conſueuerunt reponi, non perit periculo credi-
1 toris, nec debitor propterea liberatur a debito. h. d. † No. qđ culpa non eſt facere, quod alij communiter faciunt, ut in glo. Quod facit ad quæſtionem. Pone maiorem partem ruſticorum cum beſtijs iuiſſe ad molẽdinum, & incurſu hoſtium perdidiſſe beſtiam,
a quod [a] culpæ eius non aſcribatur, quod puto uerum, niſi de hoc debuiſſet ueriſimiliter dubitaſſe, vel cogitaſſe, ut dixi in l. præce-
2 denti. in pen. q. † Similiter facit, vt deponens apud campſorem fide approbatum, apud quem eſt communis concurſus deponentium excuſetur ſecundum Barto. glo. vltima opponit trib. modis dic, ut in ead. glo. antepenult. quærit, quid ſi in loco tutiori deponere

A D D I T I O.

a †Perdidiſſe beſtiam. Adde, quod iſtam quęſtionem format hic Bal. in terminis nu. 2. ver. item facit hæc lex, & decidit quemadmodũ iſte, & cum eo ibi And. Barb. in apoſt. in ver. ad molendinum. ubi ex hac ſoluit aliam, in qua ſe dicit obtinuiſſe in quæſtione facti de quodam capto ab his, quorum erat fama dediſſe ei ſaluum conductum, propter quam famam, cum laboratores exiſſent, fuiſſent capti ab hoſtibus.

nere potuit.& respondet,ꝙ tenetur.ꝙ fateor,si tpe suæ depositio
nis horrea,in quibus,hic loquitur, apparebant euidenter tuta nõ
esse,alias cum ipsa reputẽtur certis locis tutiora,ꝙ patet,quia cæ
teri illis,vt tutioribus vtebantur,alibi deponende fuisset in culpa.
3 vt l.3.ĩ.de peri.tu.gl.tñ vera est extra casum huius l.†Vltimo hæc
l.facit ad quęstionem de eo,qui dimisit equum in pascuis,de qua
per gl.ff.de neg.gest.l.si negotia.Item facit ad q.pone statuto ciui
tatis cauetur,ut bona delinquentis deuastentur. & dubitabatur,
an res,q̃ delinquens suo creditori prius obligauerat,debeat deua
stari.Et vr̃,ꝙ sic,quia in bonis debitoris pignus permanet,vt hic
in princip.cum si.,& pro hoc bene facit.ff.ad Sil.l.j.§.seruus.& sic
creditor deuastationem impedire non potest,ꝙ vt refert Cyn.fa-
tetur Iac.de Are.sed addit,ꝙ ne creditor damno afficiatur, debet
fiscus satisfacere creditori.Sed Bar.in d.§.seruus.dicit, ꝙ creditor
vastum impedire potest,quia creditores publicis pœnis præferũ
tur.ĩ.de pe.fi.credi.præfer.l.j.li.10.& l.qđ placuit.ff.de iur.fi.Non
ob.hęc l.quia fatetur,ꝙ in bonis debitoris permanet,sed creditor
præfertur pœnæ.Non ob.d.§.seruus,qui fortius vrget, qa loquit̃
in seruo,qui delinquendo põt priuare dñm suo dñio, ut l.j.§.quo-
ties.ff.de vi,& vi.ar.& per ꝯñs,& creditorem iure, ꝙ habet in eo,
nos vero loquimur in alijs rebus,quæ delictum non committũt.
Mihi videtur,quod inter istos non sit contrarietas, sed diuersitas
tantum,quia quod Bart.dicit,quod potest impedire, intelligi de-
bet,nisi fiscus prius ei satisfaciat,& hoc operatur obligatio pigno
ris,quæ ius in re cõstituit.& ideo simplex colonus, vel inquilinus
prohibere non posset,vt l.si fundus.ff.loca. quod no.

LEX IX.

1 *Præscriptio longi temporis non concurrit cum actione pignoratitia.*
2 *Successor creditoris an possit longi temporis præscriptione tueri.*
3 *Debitor agens rei vendicatione contra creditorem,an teneatur se dominum probare.*
4 *Pignoratitia quando nascatur.*

Nec creditores. Diuiditur in quatuor, quia primo vnum dictum,in quo decla
rat præscriptionem longi tpis locum non habere.Secundo ex il-
lo infert,ꝙ debitor rem pignori traditam potest ratione dñij ven
dicare a creditore possidente.Tertio ostendit,ꝙ ei vendicanti nõ
ob.exceptio pignor.traditi pro debito. Quarto dubium nouum
remouet,qñ solum res fuisset hypothecata,& creditor hypothe-
caria ꝯ debitorem ageret.Secunda ibi,vnde.Tertia ibi, vt autem.
Quarta ibi,vel tu teneas.Et habet hæc lex duas lect.vna, ꝙ princ.
loquitur in pignoratitia,quæ est personalis, & hæc nõ applaudet
literæ, & esset de indubitabili.Alia est, ꝙ loquitur in rei ven.quã
intentabat debitor ratione dñij, vel quasi,& hæc magis conuenit
literæ,tam in prima parte , quæ loquitur de præscriptione longi
tpis,per q̃ dñium quæritur,& quæ dñio , & sic rei uẽdicationi op
ponitur,q̃ in secunda,quæ clare loquitur in rei uendi.& procedit
illatiue ex prima parte,& sic vt illa sit bona, habemus dicere , qđ
etiam prima pars in rei uendi. loquatur. Et ſm hanc lect. summo
sic.Debito vero soluto,vel obligato consignato,& deposito,de-
bitor a vendicando pignore non potest submoueri longi tpis p̃-
scriptione.Si tñ agat rei vend.debet ꝓbare causam suæ intentio-
nis,& creditor percipiens de pignore,vel agens hypothecaria de
bet probare causam suæ exceptionis,vel hypothecariæ act.a qua
debitor liberatur,si probet debitum solutum,vel oblatum,& de-
positum.h.d.Expone tex.ibi,vendicare dñium.i.rem ratione do-
minij.Ibi,vẽdicationem,q̃ facit creditor per hypothecariã actio-
1 nem.†No.ꝙ præscriptio longi tpis nõ habet locum cum pig. act.
vt hic,ſm unam lect.Et est ratio,quia illa est personalis,& sic du-
rat 30.ann.vt l.2.ſ.de consti.pecu.Item no.ſm aliam lect. ꝙ debi
tor rei ven.pro pignore intentanti non potest opponi long. tem.
præscri.Rõ est,quia creditor non habet sufficientem titulum ad
præscribendum,nec bonam fidem,q̃ requirit præscri.long.temp.
Item no.ꝙ exceptio pigno.obijcitur debitori rei uendi. uel quasi
intentãti.Item no.ꝙ sicut actor probat suam intẽtionem,ita reus
suam exceptionem,& replicator suam replicationem. Item not.
quod oblatio,& depositio habet vim solutionis, & ꝙ ex ea pign⁹
2 liberatur.†Opp.ꝙ successor creditoris possit se tueri. præscriptio-
ne long.temp.vt ĩ.si aduer.cre.l.diuturnum.Sol.ut in glo.1.quod
hic de uniuersali successore,ibi de singulari emptore, qui in rem
successit,& d.gl.ꝙ ratio est,quia successor vniuersalis tenetur ẽt
pig.act.quæ est personalis.Sed singularis tñ rei vendi. tñ. Or at-
tende,quia ista rõ est bona,si successor vniuersalis cõuenitur pig.
act.sed non est bona,si conuenitur rei uẽdi. vt quilibet extraneus
possessor.Sed tunc erit ratio , quia successit in vitium,& scientiã
rei alienæ,cum censeatur eadem persona cum defuncto, ut ple-
ne disputat glo.ĩ.de vsuc.& pro hoc l.2. ſm Doc. Et hoc uult alia
glo.super verbo longi.Sed attende subtilius,quia mihi vr̃. ꝙ hæc
glo.aliud vult dicere,si eius verba bene ponderentur. nam vult ,
ꝙ ideo successor uniuersalis non pręscribat longo tpe:quia con-
tra eum non tñ realis actio competit,ut rei uend. sed etiam per-
sonalis, vt pig.act.Ita,ꝙ realis consequatur pp concomitantiam,
q̃ habet cum personali.id,quod per se hr̃e non posset.& hoc pro
bat implicatiua,ẽt,in ea posita,ꝙ est summe notãdum , si uerum
esset.pro illa glo.facit,quia eꝯ personalis pp concomitantiam , q̃
habet cum reali,dat ꝯ unum tñ ex hæredib. qui solus possidet ,
vbi si concomitantiam cum reali nõ haberet ꝯ oẽs pro portioni-
bus hæreditariis competeret.ff.commo.l.3.§.hæres.& ff.depo.l.si
duo.in fi.ff.de vi,& vi ar.l.si plures.& est de mente glo. in l.q fun-
dum.§.si tu ex parte.ff.ad l.fal.& ita ibi no.Dy.Bar. & dictum hu
ius glo.satis vr̃ procedere posse,vbi ex propositione realis ac.ap-
paret de concomitantia huius personalis ac. ut quia in narrati.fa-
cit mentionem de pignore,licet concludat in rei vendi. Oppo.2.
ꝙ sola oblatio sufficit sine depositione.ff.e.l.si rem.§.si per credi-
torem.Sol.vt in sequenti glo.quia ibi in iudicio obtulit, hic extra
& ita etiam no.in d.§.si per creditorem.Opp.3.ꝙ non sufficit ꝓ-
bare originem,nisi ẽt probet aduersarium possidere.ſ. de ali.iud.
mutan.cau.fa.Sol.ꝙ hic possidebat,vt hic in litera supponitur, &
etiam dicit glo.ꝙ possidere præsumitur,quia cãm habet ab acto-
re. & est rõ.quia desinẽtia possessionis ascriberetur ei ad culpam.
vnde præsumendum potius eum possessionem retinere ne cul-
3 pam præsumamus.l.merito.ff.pro soc.†Quæro modo,an debitor
a agens rei vend.ꝯ creditorem compelletur probare se dñm esse.[a]
Quidam,ꝙ non,quia creditor non poterit ei referre quæstionem
dñij,vt ĩ.de non nu.pec.l.j.& l.vnde originem.ſ. si certum pet.&
dicebant hic esse casum,& exponebãt text.ibi, quod si originem
rei.i.te obligasse,& rem tradidisse,& hic vult gl.super verbo,ori-
ginem.& glo.super verbo,dñium.in princ.sed gl.dicit,ꝙ si ei op-
ponatur,ꝙ non est dñs,quod debet se dñm probare. Et respõdit
tribus modis ad tex.qui dicit,ꝙ si originem,ut in ea patet , & ue-
rum dicit glo.quia ꝯ creditorem tunc agitur, ut ꝯ quemlibet ex-
traneum ab actore causam non habentem. Sed ubi ageret ex ꝯ-
ctu,tunc si simpliciter exciperet,quod non fuit,nec est dñs,& sic
pignorare non potest,non audiretur.argũm.l. non unde.ſ. si cer.
pet.Sinautem excipiendo vltra procederet,quia diceret se dñm ,
tunc talis exceptio eneruat pigno.com.cum in re propria credi-
toris non consistat pignus.l.neque pignus.ff.de reg.iur. talis exce
ptio poterit opponi.Secus si de dñio tertij exciperet, & quia non
potest ꝯ illum,a quo causam habet,vt hic ſm aliam lect.& ff.eo.l.
si motus.§.j.& l.si rem.§.his quoque,coniuncta.l.alienã in eo.tit.
& ar.d.l.non vnde.& pp regulam,quæ est,ut de iure tertij non li
cet excipere,ut ff.si serui.vend.l.loci corpus.§.competit.& de his
4 plenius dixi in d.l.non vnde.vbi uide.†Quæro,qñ pignoratitia na
scatur glo.3.remittit ad no.ff.eo.l.si rem.§.omnis.vbi tex.dicit,qđ
debito soluto,vel aliter satisfacto,& hæc est regula,fallit in casib.
ut ibi in gl.Sed tunc dubium est,an ei præscribatur, anteq̃ nasca-
tur,& respon.ibi gl.qđ non.l.j.in fi.ĩ.de ani.ex. Sed ea nata quãto
tpe tollatur,respondit hic gl.3.in fi.quod longissimo.& sic 30.an.
l.2.ſ.de consti.pecu.& l.sicut.& l.omnes.ĩ.de p̄scri.30. uel 40.an.
Sed dubitatur,an anteq̃ nascatur,præscribatur iuri offerendi , &
sic tp̃s natiuitatis eius possit impediri. & in d.§.omnis. tenet gl.ꝙ
sic per l.plures apochis.ſ.de fide instru. & l. cum notissimi.§. eo.
ar.ĩ.de præscrip.30 an.quod confessi fuerunt Pet. & Iaco. qñ ius
offerendi cohæret act.nam tunc præscribitur ei eo tpe, quo actio
ni,vt ibi,sinautem actioni non cohæret,sed solum in quadam fa-
cultate consistit,sicut est hic,tunc ei p̄scribi non potest, sicut nec
facultati eundi per uiam.l.u.a.ff.de vi.publi. tanto minus quanto
creditor representat imaginem debitoris.d.l.cum notissimi.§ sed
eum illud.hoc idem tenet Bar.ff.de vsuca.l.pignori. Sed Iac.But.
transit cum glo.pro qua facit ff.de cap.l.si quis seruum.Et qđ præ
fati Doc.alibi tenent dicentes,ꝙ iuri adeundi hęreditatem præ-
scribit spacio 30.an.vt p eos,& Cyn.no.in l. cum antiquiorib.ĩ.de
iur.deli. Cogitandum relinquo,donec legam d.l.cum notissimi.

ADDITIO.

a ¶Probare se dominum esse.Adde de hoc Bar.plene in l. si alienam.ff.sol.mat.
& melius in l.commodare.ff.commo.& Bal. hic formantem hanc q. in ter-
minis nu.3.ver.quæro,an debitor.

LEX X.

1 *Pignoratitia competit debito soluto.*
2 *Nuncius in propria causa quis esse potest.*

a **Pignoris causa.** [a]Pignoratitia competit soluto debito,& creditor non potest res si-
bi hypothecatas inuadere citra cõuentionem vel præsidis iussio
1 nem.h.d.& no.hoc vltimum.†No.qñ competit pig.ac.quia solu
to debito,ut in litera,cui adde,vel aliter satisfacto,ut ſ.e.l. si rem.
§.omnis.& quia hic in princ.loquitur in pig.conuentionali. Quę
ro quid in prætorio,an pro eo relaxando competat pig. act. solu-
to debito.Dic,quod sic,utilis.tex.est singularis.ff.ut in pos.leg.l.is
cui.§.quæri potest.& ideo utilis,& non directa cõpetit,quia non
ex cõuentione processit,nec ex partis traditione,quod est neces-
se,ut insti.qui.mo.re con.ob.§.item is.& §.fi. Sed dubitari potest,
quid si hypotheca peruenit ad creditorem,aliter quam per debi-
toris traditionem,an debito soluto locum habet pig.ac.dic,quod
sic,quia hæc peruentio instar habet traditionis,& pro hac est ca-
sus in l.utique.ff.de dam.infec.& ita ibi no.Iac.de Are.Circa secũ
dam partem no.quod quis potest esse quodammodo nunciãdo
2 nuncius in cau.propria,in eo,quod hic dicit,quod potest iussu iu
dicis,pro hoc facit ff.de fur.l.eum qui.§.si epistola.& ibi no.Bart.
ff.de

ADDITIO.

a Pignoris causa.De materia actionis pignoratitiæ vide Spec.in tit.de pig.& in
tit.de ob.& sol.& in tit.ff.eod.

ff.de ope.no.nun.l.j.§.nunciatio,& ibi per Iac.de Are. Item no.ꝙ
perñ de ingrediendo , & apprehendendo hypothecam propria
autoritate valet,& tenet,& a pœna, quam alias incurreret,excu-
sat.Contra hoc opp.gl.de l.creditores ĩ.de pig. Sol. ꝙ licet possit
ex conuentione,vt hic,& de iur.tñ ciuilius,& vrbanius est facere
cum iudicis autoritate,vt ibi.Opp.2.quod etiam sine iudice, & ꝯ-
uentione possit.vt ff.de dam.infec.l.vtique.sol.duobus modis,ut
in gl.j.& ibi debitor erat suspectus de fuga. Attende, quia illa gl.
est no.in eo,ꝙ solum notat suspicionem fugæ. nam de existenti
in fuga habemus tex.ff.de his qui in frau.cred.l.ait prætor.§.si de-
bitorem.& sic no.ꝙ operatur fuga in actu,operatur etiam in pro
cinctu.Secundo modo soluit glo.quod ibi locator quodammo-
do videtur habere possessionem pignorum,quia possessionẽ do-
mus continuo habuit,& sic etiam res inuectas,& illatas sibi obli
gatas videtur possidere,& sic potius dicitur veterem possessionẽ
conseruare,quam de nouo occupare.Quæro,quid si non conuẽ-
tio,nec autoritas iudicis interuenit,quam pœnam creditor incur
rit,si sua autoritate abstulit.respon.vt in glo.

LEX XI.

1 *Fructus extenuant sortem,quando cum sorte recipiunt functionem.*

a **Quominus.** [a]†Creditor fructus perceptos computat in sorte,& residuo soluto pignus tenetur
restituere,nec longi temporis præscriptionem potest opponere.
h.d.No.quod fructus percepti extenuant debitum, quod intelli-
ge,quando sunt consumpti,vel venditi,vt dixi ſ.eo.l.j.

ADDITIO.

a ¶Quominus.Quod fructus pignoris regulariter computantur in sortem, &
extenuant debitum,Adde l.si dominium.& ibi Doc.ĩ.de pig.& in l.1.ſ.e.ꝙ
est verum,siue extantes,siue consumpti sunt secũdum Ang.in Auth.de alie.
& emph.& hic etiam.2.col.9.sed Bal.tenet contra in extantibus,ut ponit in
marg.ver.fruc.vers.fi.& in l.3.inf.qui.mo.pig.ta.contraha.& ſ. in l.1. & hic.
& tex.vbi Bal.in l.ex p̄dio.inf.de vsu. vide Bar.i l.diuortio.§. ob donationes.
ff.sol.mat.Item verum in his,qui potuerunt percipi a creditore habẽte cau
sam a domino,alias consideratur persona domini,quod dominus percipe-
re potuisset secundum Bal.in l.2.ſ.eo.item verum,nisi creditor pro fructib.
subierit maximos labores , quia tunc fructus cedunt in compensationem
laborum secundum Host.sing.in tit.de vsu.ver.12.Io. And.in c.conquestus.
eo.tit.in noue.& ibi Abb.Item verum,nisi dominus utiliter, vt emphyteu
ta,vel si pignoret domino directo casus sing.in c.1.de feu. & in d.c.conque-
stus.item nisi debeantur vsuræ per stipulationem per pactum, vel officio iu
dicis secundum Bar.in l.cum debitor.ff.qui.mod.pig.ta.contraha. Item ve-
rum, siue sint percepti a creditore,vel ab alio habente causam ab eo secun-
dum Bal.in l.1.ſ.eo.Item verum tam in perceptis quam in percipiendis.l.2.
& ibi Bal.sup.eo.item verum,quando fructus cum sorte recipiunt functio
nem,ut pensionem,& fructus consumpti,quia discerni non possunt secun
dum Bald.hic.
†Adde prædictis inquantum hic tangitur , quod fructus extenuant sortem
Bal.in l.1.ſ.eo.& cautelam habes in contrarium per Bal.consi.118.vol.1. &
consi.136.eo.vol.& consi.369.vol.4.

¶ De exercitoria, & institoria actione. Tit. XXV.

Continua primo modo,vt in glo.secundum Doct.

LEX PRIMA.

1 *Dominus ex contractu serui institoris institoria insolidum tenetur , sed si non est institor, tenetur quatenus in rem suam versum est.& nu.seq.*
3 *Pecuniam mutuam recipere permissum,quomodo quis probetur.*

1 **SEruus.** †Dñs ex mutuo recepto a seruo causa negotiationis,cui est prepositus,te
netur institoria,& insolidum,& si non sit institor ,
tenetur dñs de in rem verso.h.d.vel sic.Seruus insti
tor domini ex causa suæ institionis obligat insoli-
dum, non institor vero , uel ex cã non suæ institio-
nis obligat de in rem verso tñ.h.d.No ꝙ asserens prepositum ali
quem alicui officio,vel negotiationi debet illud probare. Opp.de
l.sed,& si pupillus.ff.eo.sol.ut in gl.quia hic de negotiatione do
mini,ibi peculiari,q̃ diuersitatem no. puta qñ peculiari est prepo
2 situs,dñs tenetur de peculio tñ.†Opp.ꝙ ex mutuo recepto ab in
stitore non obligetur dñs institoria,sicut nec tenetur dñs exerci-
toria. vt ff.de exerc.l.j.§.non autem.& l.fin.Sol.vt in glo.quia hęc
debet intelligi,ſm illas,vt sic ex mutuo institoris obligetur domi
nus , tria requiruntur.s. ꝙ in causam suæ præparationis seu nego-
tiationis,ad q̃ est præpositus.Item, quod mutuans eum præposi-
tum sciat in eam causam.Item,quod in loco oportuno.ut in glo.
Et sic no.quod recte tradita in exerci.pp identitatem rationis lo-
3 cum habent,& in instito.in hac glo.†Sed tunc quæro,quomodo
probabitur ei permissum,vt mutuam pecuniam recipiat. respon-
dit glo.si ad merces emendas est prępositus.ff.eo.l.cuicunque.§.
sed si pecuniam,& ff.ad Mace.l.si Iulianus.§.interdum. Et ut ge-
neralius loquatur,dic,quod qñ præpositio non repugnat mutuo,
nec eꝯ,tunc in eam causam intelligitur etiam præpositus.secus si
repugnat.vt eo.l.cuicunque.§.non tamen.ideo præpositus ad vẽ-
dendas merces non potest dici præpositus ad mutuum recipien-
dum,sed ad emendum.Item intelligitur præpositus,vt mutuum
recipiat , & non simpliciter, sed in causam emptionis mercium .
Ideo mutuans debet scire in quam causam est præpositus , & in
illam,si non repugnat expressim mutuare , & in loco congruo.
vt dictum est supra.

LEX II.

1 *Dominus de peculio tantum tenetur ex contractu serui.*

1 **Ex contractibus.** †Ex ꝯctu serui dominus tenetur dũtaxat de peculio, nisi o-
bligationem augeat præpositio,vel in rem versio.h.d.Quærit gl.
quando dominus tenetur insolidum ex contractu institoris.quid
si non est soluendo.dic,quod institor tenetur,si liber homo.ff.eo.
l.1.in fin.& l.3.

LEX III.

1 *Dominus tenetur ex deposito penes institorem facto.*

1 **Institoria.** †Ex deposito facto penes institorem tenetur dñs.h.d.Opp.quod non teneatur probare
non redditam.l.actor.ſ.de proba.Sol.vt in glo. Vel dic,quod hoc
verbum,probare,refertur ad verbum,depositum. nõ ad verbum
redditum.Opp.2.ꝙ dominus non obligetur , cum depositum sit
extra causam suæ præpositionis.& sic non tenetur, ut ff.eo.l.cui-
cunque.§.non tenetur.Sol.quod hic loquitur,quando depositum
tendit in causam suæ præpositionis,vt in exemplis glo.& collige
re potes ex eo,quod cambia sunt permissa.

LEX IIII.

Et si. Etiam mulieres tenẽtur exercitoria ex ꝯctu magistri nauis,sicut institoria ex contractu institoris.hoc dicit.

LEX V.

1 *Dominus præponens ex contractu præpositi ad mutuum accipiendum tenetur ad exemplum institoriæ.*
2 *Dominus an obligetur ex omni contractu procuratoris,& nu.3.*

1 **Si mutuam.** †Pro pecunia mutuata a seruo, negotiationi præposito dñs,qui mandauit, tene-
tur utili institoria.h.d.Opp.quod detur mandati,ut ĩ.man.l. si lite
ras.Sol.quod ibi mandauit ei, hic tradidit hæc seruo , qui recipit.
Opp.ꝙ directa institoria debet competere.ut ſ.eo.l.1.sol.duobus
modis.& prima sol.est communis, quia uni tantum negotio fuit
præpositus.i.ad recipiendum hanc pecuniam mutuo, nõ uniuer
sali negotiationi etiam pecuniarum mutuo recipiendarum, quo
2 ties expedierit,quod no.†Quærit Nic.de Mata. an ex omni ꝯctu
a procuratoris ad hoc mandatum habentis obligetur dñs.[a] & dic,
quod sic vtili actione ad exemplum directæ institoriæ, & di.hic
esse casum.& hoc vult expresse glo.fin.circa med.in l.si pupilli.§.
1.ff.de neg.gest.Et similiter dicit,quod ex quolibet ꝯctu procu-
ratoris facto mandato dñi,ipse dñs agere posset in omni casu, ex
quo , & ꝯctu iusto agere posset, ꝙ est vbicunque domino res ali
ter salua esse non potest,ut ff.eo.l.1.in fi.& l.seq.& ff.de act.emp.
3 l.Iul.§.si procu.cum ibi no.in gl. quæ idem dic. † Et ex hoc infert
Bal.quod vbi ex contractu procuratoris dominus ad iudiciũ uo-
caretur,potest ex eodem contractu uersa vice petere sine aliqua
cessione id,quod alias non esset ibi saluum,vt est suum interesse,
quod confirmat etiam ex natura correlationis , quæ hoc opera-
tur.l.in vendi.de act.empt.quod not.

ADDITIO.

a ¶Obligetur dominus.Sed quid si institor alicuius scripserit alteri mercatori,
qualiter apud mẽsam domini sui habet mille,an finito officio ipse institor ,
vel dominus sit conueniendus, & obligat dominum , & qualiter dominus
intelligatur obligatus,unde per d.Soc.consi.154.inci.consultationem præ-
sentis difficultatis.uer.secundus casus,& vers.octauus casus est, quod deci-
ditur in secunda parte.Et adde, quod institor non obligatur ex contractu ,
quem celebrat nomine institorio.l.si.ff.de insti.& Pau.de Ca.consi.157.quid
autem probare habeat agens institoria actione,uide per Ale.consi.44.2.par
te.sed quid de procuratore uoluntario cõtrahente procuratorio nomine ,
an solus dominus,uel solus procurator,uel uterque obligetur,& quomo-
do, qualiter,& quando in dubio,& quid de eo, qui accipit pecuniam mu-
tuo,uide per præfa.d.Soc.in d.consi.154.in prin.& ver.sextus & ultimus ca-
sus.Item quod dominus ex contractu procuratoris obligatur,uide præfa.d.
Soc.consi.125.inci.uisa narratione puncti.uer.secũdum fundamentum. cir
ca princ.in prima parte.

LEX VI.

Qui secutus. Ex contractu celebrato cum seruo de volũtate domini tenetur dominus insolidum ad exemplum institoriæ.h.d.

¶Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur. Tit. XXVI.

In titulo præcedenti dixit de act.persecutoria solidi,nunc tractat
de his,quæ insolidum non competunt: sed aliter limitatæ sunt,
ut habetur in glo.

LEX PRIMA.

1 *Pater non obligatur ex officio tutelæ,vel curæ per filium gestæ , nisi peculio tenus,& de in rem verso.& nu.seq.*
2 *Pater,an teneatur insolidum pro tutela a filiofamilias administrata.*
3 *Pater,an insolidum teneatur pro filio ad munera ciuilia electo.*
4 *Pater an remaneat obligatus,si filius emancipetur tempore magistratus.*
5 *Pater qui pro filio ad ciuile munus electus fideiussit,an possit conueniri,ante quam filius ipse excutiatur.*
6 *Fideiubere quot modis quis dicatur.*
7 *Hæredes patris non tenentur pro officio per filium inchoato.*

Cum

1 VM filiusfamilias. †Ex tutela vel cura administrata per filiumfam. tenetur pr̃ de peculio, vel in rem. verso tm̃. nisi filius de voluntate pr̃is decurio factus in decurionatu existens tutor sic fuerit constitutus, quia tunc pr̃, vt fideiussor tenetur in solidum. h.d. & no. Et dividitur in 2. par. primo, qñ filiusf. vt priuata persona tutor constituitur. secundo, qñ constituitur, vt publica persona, secunda ibi, q̃ si volun. pone casum in terminis per text̃m. Et supple. tex. ibi, satisfacere cogitur, per ac. ex stipulata, tanq̃ fideiussor filij, & intellige prius excusso filio, ut ff. dicã. No. q̃ hic verba pe peculio, & de in rem verso sunt editiones q̃dam, & non nomina actionum. nam hoc nomen actionis est tutelæ, vt in litera patet, & sic actio descendens ex illo ꝺcto, vel qua si est illa. quæ competit, licet cum una ex istis adiectionibus. No. q̃ in tutela patris scientia non obligat eum, nisi, vt patrem, ga de peculio, vel de in rem verso. Item no. q̃ in munere publico autoritate, & vtilitate scientia patris sine ꝺdictione obligat ipsum insolidum, & sic tanq̃ fideiussor. Et no. q̃ nõ est simplex fideiussor, sed est in indemnitatem. ideo in subsidium conuenitur. vt l. j. ff. de decu. & ibi no. & probatur etiam in l. 2. ff. de fi. fãmi. & quemadmo. pa. te. lib. x. & ff. ad mu. libertus. §. 1. Item no. q̃ pater consentiens de curionatu filij non tantum vr̃ fideiubere pro illo officio, sed etiã pro quocunque alio, q̃ occasionaretur ex illo siue ad q̃ eligeret̃ existens in illo. Et quia hæc l. est utilis, & eius mã non est per Docto. late. & clare tradita, ideo conabor eam late declarare. & maxime, quia pluries datur scholaribus in pũctis, & primo primam
2 partem expediam, secundo secundam. †Oppo. igitur, q̃ pro tute la a filiosa. administrata pr̃ teneatur in solidum. l. si filius. ff. de tut. glo. 1. respondit. & hęc loquitur, qñ tutelam testamentariam gessit, quo casu indistincte pater tenetur de peculio, vel de i rem verso tm̃. & sic, vt pater conuenitur, non in solidum, vt fideiussor. & de hoc est casus clarus in l. Lucius. la 1. de admi. tut. Ibi loquitur, qñ gessit tutelam dariuam, quia a iudice fuit tutor datus, quo casu si pater agnouit. i. expressim consensit, pater tenetur insolidũ, vt d. l. si filius. Sinautem non agnouit, tenetur de peculio, vel de in rem verso tm̃. ita dicit glo. Sed hic attende, quia illud est verũ si non agnouit ꝺdicendo, sed vbi tacuit sciens, & non ꝺdixit, quid iur. sit non bene declaratur per illam glo. sed glo. in d. l. si filius. dicit, quod si expresse non ꝺdicit, dr̃ agnoscere. & ideo insolidum tenetur. Sed Dy. ibi, & Iac. de Are. & Bar. & hic Cyn. & communiter omnes dicunt, quod illa glo. non bene dicit, & quod ei ꝺdicit ista & alia, quæ est in l. 2. ff. ad mu. quę volunt, quod non agnoscens non teneatur, sed tacens non agnoscit. ergo insolidum non tenetur, & pro hoc dicunt esse casum in d. l. si filius. in fi. Et ita teneo, nisi qñ filius fa. esset datus tutor existens in decurionatu, ut hic in secunda parte, quia tunc ille tacitus consensus, qui afluit cũ decurio filius fuit electus, & non ꝺdixit, sufficit, & hoc probatur, quia existens decurio tutor datur, & sic officium decurionatus, quod ex causa huius tutelæ multum operatur. Et ratio rationis potest esse, quia munus decurionatus se habet ad alia munera, vt ita loquar, sicut genus ad eius species, vel sicut totum ad suas partes. ff. de decu. l. honores. §. is, qui. & ad mu. l. 2. in princ. Ideo consensus, uel non ꝺdictio, quæ sufficit in genere, vel in toto, sufficit in qualibet eius specie, vel parte, vt hic, & j. de his qui spon. mu. fu. l. 2. & de fi. fa. & quemad. pa. l. fin. lib. 10. vel saltem se habet sicut causa ad causatum. ideo merito sine alio nouo consensu tenetur, vt dictis legibus. Sed tunc quæro de ratione diuersitatis inter tutelam testãmentariam, & datiuam. & glo. in d. l. Lucius, de admi. tu. dixit, quod ratio est, quia testamentarius non ita eget confirmatione, sicut datiuus. q. d. quia iudicis autoritas non ita interuenit in vna, sicut in alia. Sed quia testamentarius non potest administrare, nisi administratio ei decernatur a iudice, vt no. in l. tutor qui repertorium. in princ. ff. de admi. tu. Ideo Iac. de Aret. & Dyn. dixerunt, quod ratio est, quia testamentaria de sui natura non requirit fideiussores. l. 2. & 3. de confir. tu. ff. & l. testamento. la secunda ff. de resta. tu. sed datiua sic. Ideo pater consentiens, ut fideiussor venire intelligitur. Nec obst. huic, si dicas datiua cum inquisitione non exigit fideiussores. ff. de cura. fu. l. bonorum. & instit. de satisd. tuto. §. primo, & per consequens illa ratio non videtur generalis, quia respon. quod in casu nostro est bona, in quo quæritur de filiosa. quem constabat non esse idoneum quo ad facultates, cum iure saltem antiquo bona propria non haberet, ideo pro eo satisdatio erat necessaria. l. fi. §. de susp. tu. ff. Aliam rationem assignat Bart. videlicet, quia pater cogitur consentire. & pro eo satisdare. ut ff. co. l. fi. §. fi. Sed non placet, quia si hoc esset verum, pater tunc non contradicendo obligaretur insolidum, ex quo teneretur hoc facere. vt ff. si seruus ven. l. si a te. & l. 2. §. volun. ff. sol. mat. & j. de acqui. pos. l. minus instructus. cuius contra. & ipse cum cæteris renet. ut dixi. Non ob. d. l. fin. §. fin. nec l. si quis inter tres. § Imperator. ff. de excu. tu. quia illas intelligo in casu necessitatis, quando alius tutor non intuentur idoneus, uel qñ filius alios fideiussores inuenire non posset. præterea ibi pater non cõpellitur præcise, sed causatiue. quia alias ipse tutor daretur. Quinimo plus dicit Azo in summa videlicet, quia illæ ll. hodie sunt correcte, ga si pr̃ non põt cogi cõtentire in officijs publicis autoritate, & utilitate, minus põt in hoc vtilitate saltẽ priuata. Sed qa legũ correctio est vitanda, iõ præcedens so. magis placet. Et rõnem
3 fac. & Dyn. teneo, & rõ rõnis sit rõ prima sanè intellecta. Et ex his infert, q̃ si pr̃ consentit ꝺctui celebrato inter filiũ, quẽ hẽt in potestate, & quendã priuatum, pr̃ ex isto simplici consensu non obligat insolidum: sed de peculio, vel de in rem verso d. l. Lucius, de admi. tut. & hoc no. gl. in l. j. §. 2. ff. q̃ iussu. † Transeo ad tertiã partẽ, & opp. ab extra. quod pr̃ non teneat insolidũ pro filio electo ad munera ciuilia, etiam si expressim consentiat, ut l. j. ꝺ. de fi. fa. & quemadmo. pa. prohi. te. li. 10. Sol. q̃ ibi in filio emãcipato, & nõ si fraudem l. fi. §. idem rescripserunt ff. ad mu. hic in existente in potestate. Opp. ad idem j. de mu. no. conti. l. j. in fi. lib. 10. & ff. ad mu. l. Lucius §. pro infante, Solu. qđ ibi filius est inhabilis ad
a munus subeundum, hic habilis. Op. cum gl. a q̃ pater non teneat insolidũ pro filio gerente magistratum publicum ff. de pecu. l. 3. §. fi. & ff. de ma. conue. l. j. §. fi. Sol. interdũ ex sua administratione lędit rempublicam, & tunc insolidum, vt hic cum si. Sinautẽ priuatam personam, tunc tenetur de peculio, uel de in tẽ uerso, ut in ꝺprijs. Et est ratio, quia pater intelligitur fideiubere pro indemnitate reipublicæ: ut j. de dec. l. j. lib. 10. & ff. fa. er. l. si filia §. idẽ scribit, & ff. ad mu. l. 2. & l. quoties. Sed tunc opponitur ab extra, & fortius, si ita est, vt dixi, quod quãdo lędit rem, vel personã priuatam, pater tenetur de peculio tm̃: ergo in casu nostro, in quo tutor datus lędit pupillum, pater non debet teneri insolidum, cuius ꝺ. hic tenetur. Sol. quod interdum læsio causatur ex administratione nouĩ officij, ad quod est assumptus occasione decurionatus, & locum habet. l. ista. interdum causatur ex administratione alterius, per eum tutorem dati: & habet locum, q̃ hic dicit gl. Et est ratio diuersitatis: quia in primo casu ipse est immediata causa læsionis. secundo not. Item oppon. q̃ pater consentiendo in uno munere sibi non præiudicet in alio. ar. l. uoluntariæ j. de exc. tu. q̃ confirmatur ex eo, quia fideiubere pro eo videtur. igitur pro alio munere, pro quo non fideiubet, non dẽt teneri. ar. ff. de pac. l. si vnus §. ante omnia. Sol. q̃ ꝺria locum habent in alijs muneribus, quæ se inuicem contingunt ut ꝺcies diuersa, non in munere decurionatus, q̃ se habet ad alia munera, vt genus ad ꝺcies, vel vt totum ad partes, vel saltem, vt causa ad causatum, ut hic. & j. de fi. fa. quemadmo. pa. l. fi. & ff. ad mu. l. 2. & de decu. l. honores
4 §. is qui. & rationem s. allegaui. † Quæro, quid si filius emanciparetur durante magistratu, an pater remanet obligatus, & videtur dicendum, q̃ pro ante gesto remanet obligatus, non pro postea gesto. l. si filiusfa. la. j. ff. de tu. & ra. di. sed dic verius, q̃ aut quæritur de act. descendente ex contractu, vel quasi, quo pater tenetur de peculio, & tũc pro ante gesto remanet, non de postea gesto. ita loqtur d. l. si filius, quia de ac. tutelæ loquitur, qua pater de peculio tenetur, vt colligitur ex l. ibi se. quæ ad illã cõtinuatur. Aut quæritur de act. qua pater tenetur ex eo: quia fideiubere intelligitur. & sic de ac. propria ex stipulatu, & tũc illa durat, donec offim̃ sit finitum. ar. d. sicut s. de act. & ob. cum si. & probatur in l. si filia
5 §. Neratius ff. fami. ercisc. & j. de decu. l. prima. lib. 10. † Quæro 2. quando pater intelligitur fideiubere pro filio ad decurionatum, vel ad munus ciuile electo: an possit conueniri, antequam filius sit excussus, dicitur quod non. casus est in l. prima j. de decurio. & in l. libertus §. primo ff. ad mun. Sed an idem erit, quando agnouit tutelam dariuam, quo casu etiã fideiubere dicitur, gloss. in l. tria onera. la. 2. ff. de excusa. tut. tenet, quod nõ, olim, licèt hodie per authen. de fideiuss. sit innouatum. Sed Iac. de Are. illam gloss. reprobauit per dictam l. prima, & d. l. libertus, sed cerrè illæ ll. nõ possunt induci ad reprobationẽ: quia loquuntur in mũneribus, & officijs publicis, & alia est causa tutorum, alia administratorũ negotiorum reipublicæ, vt dicit tex. ff. de admi. tut. l. Lucius. la se cunda §. Sempronij. in fine, quem tene cordi: quia nõ est alibi. Et ideo attende, q̃ fideiussores officialium publicorum autoritate, & vtilitate, & quicunq; sint, non possunt etiam de iure fforum cõueniri, nisi prius excusso principali, & probat tex. in l. tertia §. fina. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. & ibi etiam glo. Ex quo text. colligo, q̃ isti fideiussores uidentur fideiubere de indemnitate conseruanda, de cuius promissionis natura est, vt primo excutiãtur bona principalis, ut ex significato eius apparet, ut probatur infra si mu. inden. promi. l. prima, & secunda ff. ad Vellel. l. tutor, & de verb. obl. l. si stipulatus §. fina. Et statim deposito officio, ut hæc probãtur, in l. prima, & quarta infra, de conue. fi. de li. 10. Et ex hoc apparet, quòd in patre non est speciale. licèt glo. hoc sentiat in l. prima, de decu. Sed secus dico in fideiussoribus tutorum simpliciter acceptorum: quia ante excussionẽ tutorũ poterant conueniri, ut infra, de fi. tu. l. j. & 2. in prin. Non si expressim indẽ nitatem promiserunt, ut eo. l. 2. in fi. & ff. rem pu. fal. so l. fin. Et p istum modum gloss. in d. l. tria onera: saluatur. Sed ut prædicta clarius pateant, ꝑcludendo, sic dico, quod interdum quis fideiubet expresse.

ADDITIO.

a †Opp. cum glo. Adde dẽ hac mate. ultra quæ no. hic Bald. in fi. eundẽ, in l. fin. infra, de magist. conue, & in l. si filius, & ibi gloss. Cine filius pro pat. & in l. quoties, ad munici. teat. cum glo. in l. prima j. de decu. lib. decimo, & Alex. in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. sol. matrimo.

expresse. Interdum tacite mediante l. dispositione, primo casu. Aut est fideiussor indemnitatis, & tunc principalis prius conueniri necessario dẽt, vt j. de fi. tut. l. fi. in fi. & j. de pue. fi. debi. l. j. lib. x. & j. si mat. indẽ. ꝑmi. l. j. & 2. Aut est simplex fideiussor, & tunc, Aut est fideiussor ꝺctus, aut officii. Primo casu poterat olim prius conueniri. l. iure nro. j. de fideic. hoste cus, vt in auth. ibi posita. Secundo casu & tunc, Aut utilita. publica. & tunc de indẽnitate intelligit fideiussisse. l. 3. §. fi ff. de admi. re. ad ciu. ptinẽ. Aut vtilitate priuata, ut tutoris: & tũc ꝑ simplici fideiussore hr̃, & nõ indẽnitatis, vel subsidiario. l. 1. & 2. in prin. j. de fideiu. tu. & inter istos est magna dr̃ia dr̃ hodie, qa licet fideiussor indẽnitatis renũciaret bñficio de fideiussorib. non ppea afi queniri posset, qa q̃ prius nõ ꝓueniat, non hẽt bñficio hodie fideiussorib. ꝓcesso, sed ex ꝑpria, & originali cã seu nã obligatiõis, ut patet ex ꝑdictis. Scãdo casu principali, tunc fm subiectam mãm itudicat, qa si officialis publici. & tunc lex ipsum obligat ꝑ indẽmnitate ꝓseruanda. Si officialis priuatæ vtilitatis, tunc lex ipsũ obligat simplr̃, & pure, ꝑ toto, vt i gl. d. l. tria onera. q̃ est vera, licet diutius a multis fuerit improbata. hodie afit principalis ꝑ prius excutiẽ. vt in Auth. de fide. §. fina. & no. j. de pec. l. j. Quæro, qd si deposito iã decurionatus officio, filꝰ postea magratib. tutor det, an pr̃ sine nouo ꝓsensu teneẽ. Dic, qđ non, sed nouus ꝓsensus exigit, ex quo non est in decurionatu, qñ tutor dat, vel ad aliud munus ciuile eligit. q̃o an morte pris expiret fideiussio saltem ꝑ tpe sequenti, dic q̃ non. ar. s. de hære. act. ꝑ totum. & probatur. j. de decu. l. j. li. x. vbi hæredes patris tenentur.
7 †Quæro, an hęredes patris teneantur pro officio inchoato ꝑ filiũ post eius mortem. Dic, q̃ non regulariter, ut l. filia. §. idem scribit, 2. respon. ff. fa. erc. & ff. de mu. & ho. l. si filium. Fallit, si patet aliud dispositum in vltima voluntate. ff. de mu. & hono. l. 3. §. fi. Vel si inter viuos fuerit processus, quod de suo hoc munus expediretur, vt eo. l. filia. §. Neratius. & ita no. glo. j. de peri. suc. l. j. lib. 10.

LEX II.

1 *Actio naturaliter formata insolidum ex accidenti moderatur, quatenus quis facere possit. & nu. 4.*
2 *Filiifamilias obligantur insolidum ex proprijs contractibus.*
3 *Filius si sui iuris efficiatur, an de anterioribus contractibus insolidum teneatur. & nu. seq.*
6 *Actor ita agens sicut reus, an potiatur huius legis beneficio.*

1 IUs. †Si filiusfam. qui patris, vel propria uoluntate ꝺxit ab hæreditate patris se abstinuit, inquantum facere põt dunta-
2 xat conueniri debet. h. d. †Et ad euidẽtiã præmitte, q̃ filiusfam. ex proprijs ꝺctibus insolidum tenẽt, ut j. cod. l. nulla. & ff. de in. li. 18 ex ꝺctibus. & ff. de ac. & ob. l. si filius. verum si sui iuris efficiebantur alij homines, q̃ prius videbantur, ideo antiquitus ab actionib. liberabantur. Sed postea factum fuit edictum de capi. dimi. per quod insolidum fuerunt in eos restituta. l. 2. §. ait prætor. ff. de capi. dimi. Et quia hæc restitutio satis fuit aspera, fuit postea modificata, vt non insolidum, sed inquantum facere possent actio daretur, vel condemnatio requeretur. ff. quod cum eo. l. 2. in princi. Et hoc est edictum, de quo in si. huius l. dr̃. & non fuit hæc moderatio tm̃ in emancipatis, sed ẽt in suis, qui morte patris efficiuntur sui iuris, dummodo a paterna hæreditate se abstinuerint. d. l. 2. & hoc est, quod vult hæc litera ibi, etiam si a paterna hæreditate abstinuerit, & cætera. His pro euidentialibus sic positis, pone per te casum in terminis, & notabilia collige, vt in summario. Oppo. qđ male dicat, dum dicit, ẽt si a paterna hereditate abstinuit, quia pp implicatiũ, ẽt, vr̃ innuere, q̃ si se immiscuit, nõ teneatur, nisi quatenus facere põt, qđ est falsum, ga teneẽ insolidum, vt prius, vel ꝑ portione hereditaria, vt ff. eo. l. sed si ex parte. & l. pe. Sol. q̃ dictio, ẽt, non ponit hic ad implicandum immixtionem, sed emancipationem, vt in glo. Sed tunc op. q̃ non tm̃ in his duobus casibus, sed ẽt in alijs quatuor. no. ff. eo. l. 2. ꝺmenẽt inquantũ facere põt. Sol. vt ea. gl. confitendo ꝺ. & oẽs illos sex casus potuit implicare
3 ꝑdicta dictio, ẽt. † Et fm hoc regula est, ut filius sui iuris effectus de ꝺctibus anterioribus insolidum teneatur. Fallit in sex casibus positis in d. l. 2. & ita tenet glo. Sed so. dixit eꝺ verum, qđ regula est, vt teneaẽ inquantum facere põt, fallit vbi reperiatur teneri insolidum, ut ff. eo. l. sed si ex parte. in princ. & §. j. & §. q̃q. Circa q̃ di. Cy. q̃ si inspiciamus facti accidẽtiam, to. bene dicit, quia illi sex casus frequentius contingũt, q̃ alij. Sinautem ꝺsideramus iuris ordinem, & dispositionem gl. melius di. ut patet ff. de capi.
4 d. l. 2. §. ait prætor. † Quæro primo, quomodo intelliguntur ista verba, inquantum facere potest. dixerunt quidam, inquantum patit patrimonium usque ad vltimum quadrantem. insti. de ac. §. fin. & erit eis priuilegium, quia post condemnationem nõ currunt vsuræ centesimæ, vt no. in gl. hanc non tenet gl. nec Doc. quia ibi loquitur in cedente bonis, cui nihil debet remanere, quare glo. dicit, quia illud dicũtur facere posse. q̃ commode fieri põt. l. nepos proculo. ff. de ver. sig. debemus intelligere, deducto, ne egeat l. in condemnatione. ff. de reg. iur. q̃ intelligitur, ne mendicet, sed remaneat sibi competens victus arbitrio iudicis ꝑsiderata qualitate suæ personæ, & eius ꝺditione, & sibi operando, vel non operã eo prout decet. ff. de vsuf. l. sed & si quid ædificauerit. §. 1. ver. sufficienter, & ar. l. pe. in princ. & l. fi. ff. de ali. leg. & ff. de lib. agno. l. si quis a liberis. §. sed si filius. & l. eius. ff. de opc. lib. Quærit Nico. de Ma. an domum amenam, q̃ inhabitat, compellat vendere iusto ꝑcio, vt aliam minoris ꝑcij habeat. & dic, q̃ sic ar. d. l. nepos procu
5 lo. † Quærit 3. Nic. an res sibi dimissas, vt inde viuat, poterit alienare, vel alteri obligare. & dicit q̃ sic, sed transibunt cum ista cã. ut ff. ꝑ separa. l. 1. §. ex ꝑio, & j. item ali. ge. l. j. q̃ si ita est. apparet, q̃ illud, q̃ sibi dimittitur in plena ꝓprietate possidet. Sed cautela est, vt omnia creditori dent insolutum, & postea debitori necessaria ad alimenta, ꝑ alimentis ei tradat. nam non poterit tunc alienare.
6 ff. de transa. l. cum hi §. si vni. fm Bal. † Quærit idem Nic. quid si ita
a eget actor, sicut reus: an tunc reus vtetur hoc beneficio, & dic. ipse, q̃ non, si actor ꝓtendit cãm onerosam, qa in pari priuilegio potior dẽt esse actor, q̃ tractat de dãno, q̃ q tractat de alio debito retinendo arg. ff. de eo, q̃ cer. to. l. 2. §. pinde. & de reg. iu. non dẽt alteri. & j. de iure deli. l. fi. §. sed si vero creditoris. & j. q̃ po. in pign. ha. l. assiduis. §. excep. facit ff. de liber. agno. l. si qs a liberis. §. de alimen. hoc idem tenet Bar. in viro. & uxore. in l. maritum. ff. so. ma. Sed Bal. dicit illud, ꝑcedere, qñ hoc bñficium ꝓcedit miserationis cã, non qñ ꝓ mutationem status, ob q̃ de iur. rigore in nihilum teneretur. iõ reus indistincte vtet suo priuilegio: qa satis est actori, q̃ ꝺ iuris rigorem agit modificato mõ, vt hic. Mihi vr̃, q̃ de cisio huius qõnis dependeat ab eo, q̃ dixi §. in 2. op. videlicet, an regula sit, q̃ insolidum teneaẽ. sed fallit in casibus. An eꝺ. q̃ regula sit, q̃ non teneatur. & qa opi. gl. vr̃ mihi verior. q̃ opin. Io. iõ sto cum Nic. & Bar. & potissime, qa non tam actio moderat̃, q̃ condemnatio, & executio. vnde agi põt insolidum, & reus excipere põt. & eo non excipiente condemnabit insolidum, & post ꝺdẽnationem põt ꝺ executionem excipere. vt hæc probant ff. eo. l. i. & l. si filius. l. pe. Nec ob. l. 2. ibidem, & hęc litera. in fi. quia effectũ considerauerunt, iõ in d. l. 2. notanter ꝑtor dixit, cã cognita, auth. inquantum facere põt dabo. Quæro vltimo, an ille teneaẽ cauere, si ad pinguiorem fortunam venerit. dic, q̃ sic iuratoria cautione, cum non facile sit ei in tali statu existenti fideiussorem inuenire. l. 2. §. fi dubitẽ. ff. de iu. & ꝑ hoc facit ff. ꝑ sol. l. verum. §. itẽ vi dendũ. & ita intelligit gl. in marito. j. de rei vxo. ac. l. j. §. cum aũt.

ADDITIO.

a †Hoc beneficio. Adde vltra Bal. hic formantem hanc q. in terminis nu. 5. in 4. q. eundem Bal. in l. præses. s. de seruis. & aqua. Bar. in l. maritum. ff. sol. mat. ubi tenet, quod non, idem dic esse, si dolo fecerit, ut non fit soluendo. tex. in l. j. §. cum autem. j. de in rem act. & vide casum sing. secundum Il. in l. fed si ex le ge. 5. finantem. ff. eo.

LEX III.

Etiam. Ex ꝺctu celebrato cum seruo etiam dño inscio re
1 netur dñs de in rem verso. No. q̃ paria sunt mandare, vel se subscribere, vt habeat locum actio, q̃ iussu, & est rõ, qa sufficit ẽt ratihabitio. ut ff. quod iussu. l. j. §. fi ratum. Quæro, qui d si dominus prohibuit. dic, quod tenetur de peculio, ut in glo.

LEX IIII.

1 *Nuncius, seu merus minister ex contractu nullatenus obligatur. & utrum sit nudus minister ex causa, & forma cognoscitur.*
2 *Procurator, uel nuncius non probatur mandato simplici.*

Si ex contractu. Filius, ut patris nuncius recipiens pecuniam patri debitam, vel cre-
1 ditam non obligatur. h. d. †No. q̃ nuncius non obligatur ei, cui nũciat. Cognoscitur autem nuncius ex forma nunciandi. qa concipere debet uerba in persona dñi. ut ff. de constit. pecu. l. & licet. & ibi per Doct. Et q̃ hic venerit, vt nuncius, patet, quia pater fuit ille, qui ꝺxit. Item no. q̃ iussus, vel mandatum præcedens non impedit, quem esse nuncium, nec infert eum, cui iubetur, esse procuratorem. vnde ad probandum, quem esse procuratorem, non sufficit probari simpliciter, q̃ talis mandauit, sed oportet probari formam mandati, quæ procuratorem includat. Et scias, quod si
a procurator agit, ut nuncius, a nihil agit. ut ff. de constit. pec. l. cum qui Iul. Oppo. de l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. & de l. pater. ff. eod. Sol. ut in glo. quæ clara est.

ADDITIO.

a †Si procurator agit, vt nuncius. Adde an in dubio præsumatur, qui constituitur, procurator, vel nuncius. & vide Bal. in l. si literas. j. mã. & in l. multum. j. si quis alteri, vel sibi.

LEX V.

1 *Filiusfamilias ætatis legitimæ pro alio potest fideiubere, & ex contractu in solidum tenetur.*

a Nulla. a Filiusfa. potest pro alio fideiubere, si sit ætatis legitimæ, & tenetur insolidum, pater vero de peculio
1 tantum. hoc dicit. †No. quod filiusfam. tenetur insolidum ex contractu. vt hic. & ff. de iudi. l. ram ex contractibus. & ff. de actio. & oblig. l. si filius. Item no. q̃ ex fideiussione filij pater obligatur de peculio. Oppo. ab extra, quod etiam minor ætate obligetur. ut ff. de mino. l. 3. §. fed utrum. Solu. confitendo, sed ideo hoc ita dicit, quia minores aduersus fideiussionem restitui possent. ut ibi. Opp. cum gl. de l. seruus. ff. de fideiusso. Sol. q̃ ibi in seruo, qui non põt fideiubere, & in hoc differt a filio, qui potest, ut hic. Differunt, & in alijs hic nota. in gloss. Quæro de quibus fideiussionibus hic loquitur.

ADDITIO.

a ¶Nulla. An & quando filiusfa. fideiussor esse possit no. in l. si filiusfa. ff. qui satisfda. cog. & in l. fed si dubitetur. §. si filius. ff. de fideiuss. & in l. filiusfa. j. de fideiuss. & in l. 3. §. fed si fideiuss. ff. de pec. & in l. si pater. j. de fide. vide Ale. & Paul. de Ca. & Bal. in l. 2. §. prætor. ver. sed si filius. ff. qui satisf. cog.

queritur respectu personalis obligationis, quam procurator ignorans contraxit, & tunc illa tenet, acsi reuocatio non intercessisset, ut ff. de inst. l. si pupilli. §. præscribere. & de sol. l. vero. Rationẽ diuersitatis assignat, quia dominij translatio dependet ex consensu domini, sed personalis obligatio ex consensu promissoris.

LEX XI.

Cum ancilla. Duas habet lect. vna, quod loquatur in impubere, vt in 1. glo. & in fin. vt in princ. Alia, ut loquatur in pubere, ut in fi. glo. si. prima melior est, & magis amica literæ, secundum quam summariè intendit. Ex contractu impuberis dominus non tenetur, nisi quatenus peculium est locupletius factum. h.d. Not. & signa glo. quæ enumerat quatuor casus irregulares cõtra naturam actionum peculiarium quæ dantur quatenus est in peculio. fallit in illis quatuor casib. & est q̃ntus casus irregularis, sed alio respectu, ut l. si filius. ff. de iud.

LEX XII.

1 *Seruus domino naturaliter obligatur.*
2 *Actio, quæ datur contra patrem, vel dominum, an sit realis, vel personalis.*

Dominum. Dominus non obligatur per seruum, sed ex eius contractu de peculio conuentus
1 deducit, quod sibi debetur. h.d. † No. quod seruus naturaliter obligatur domino. Oppo. quod dominus obligetur per seruum. l. nõ solum. §. fin. ff. de pec. Sol. vt in glo. 1. Opp. q̃ deducat etiam id, q̃ debetur his, qui in eius potestate sunt sine tutela, vel cur. ff. de pecu. l. sed si damnum §. j. & de tribu. l. 1. in princ. Sol. confitendo, ut in glo. & totum sub his verbis continetur, vt hic. Quæro, an: qđ debetur socio. respon. quod sic, ut in glo. Quæro, an seruus ipse intelligatur esse in peculio, respondeo, quod non, ut in gloss. Reuoco in dubium tex. & glo. primo. ideo quæro, an actio, quæ datur in dominum, sit datiua, uel natiua. Et videtur datiua, ut hic, dum dicit, actio danda est, Item, quia tex. dicit, quod dominus non est obligatus. & sic cum deficiat obligatio, quæ est mater act. ut l. licet. §. ea. ff. de procu. ac. dicenda est datiua, non natiua. p̃terea, non tantum dominus, sed nec etiam seruus obligatur. l. nec seruus. ff. eo. In c̃rium facit, quia hoc verbum, de peculio, non est nomen actionis: sed adiectio quædam, ut dixi s̃. eo. l. vbi casus. sed nomẽ act. descendit ex c̃ctu præcedenti, uel quasi, unde si depono, conuenitur pater, vel dominus depositi de peculio. l. depositi. & l. deposuit. in princ. ff. eod. Et si mutuo eis, tenetur pater, vel dominus certi condi. ex mutuo de peculio. & idem in cæteris cõtractibus, vt patet, quasi per totam l. 3. ff. eo. & s̃. eo. l. ei qui. & sic videtur natiua, cum habeat præexistentem materiam, ex qua nascatur. l. iuris gentium. in princ. ff. de pac. pro hoc etiam facit, quia licet quãtum ad ius ciuile seruus pro nullo habeatur, ut l. quod attinet. ff. de reg. iur. tamen quo ad ius naturale, quia in eo consensus nõ deficit, pro aliquo habetur. & ideo naturaliter obligatur, ut hic, & ff. de neg. gest. l. at qui natura. in princ. & ff. de condi. inde. l. si id, q̃ & sic adest naturalis obligatio: licet desijt ciuilis. Ista autem naturalis, licet robur non habeat a iure ciuili, robur tamen recipit a prætore, & ei tantam efficaciam tribuit, quantum ius ciuile in casibus, in quibus si liber fuisset, ciuiliter obligaretur. ut dixi hic in glo. 1. & ideo dicenda est natiua, non datiua, quia ex contractu, vel quasi serui nascitur, acsi liber contraxisset. & hoc clarius patet
2 in ea, quæ ex contractu filij nascitur. † Tunc quæro, an sit personalis, uel realis. & uidetur realis, quia verum est dicere, quod dominus non est obligatus, nec contraxit, ut hic, ergo realis, ut inst. de act. §. omnium. In contra. quod sit personalis probatur, quia descendit ex contractu, ut dixi. Item, quia proponitur ad dandum non ad restituendum, prout est moris realium actionum, nec ẽt declaratoriæ. Dic secundum Petrum, & Cy. quod origine est personalis, quia ex contractu. Item propositione, quia proponitur in modo, & forma personalium. & in hoc bene dicunt. Sed subiungunt, quod quando datur contra dominum est in rem, & realis, quia si pater non possidet peculium, vel nihil habuit in peculio, non tenetur. & sic non est obligatus. Ego potius credo, quod contra patrem, & dominum sit personalis, quia alias non esset natiua, sed in condemnatione, & executione instar habet realis. ideo petitur condemnari ad dãdum quatenus est in peculio, seu uires peculij supportant, & quod non sit realis essentia patet, quia non datur cõtra quemlibet possessorem rei singularis de peculio, sed contra succedentem in uniuersitate peculij. l. frater a fratre. ff. de condi. inde. Quæro, qualiter formetur libellus in actio. de peculio. Cyn. hoc tangit in fin. sed vide melius per gl. in l. 1. §. j. ff. si pars hæ. pe. Vnum non omitto, quod hic incidenter ponit Cyn. uidelicet, quod actioni personali succedit fideiussor non reali, cuius c̃rium tenet hic Bald. quia qui tenetur actione reali, licet proprie debitor non sit, tamen lato modo debitor est, sicut is, qui tenetur officio iudicis, ubi inquit ipse, dubium non esse, quod fideiussor potest accedere. ff. de verborum significatio. l. pecuniæ. §. persecutionis. & §. actionis. Cogita.

LEX XIII.

1 *Literæ commendatitiæ non obligant, sed commendant.*
2 *Mandatum generale, an sufficiat sine speciali.*
3 *Castaldio pecuniam mutuam pro fructibus colligendis accipere potest.*
4 *Literæ credentiæ an dicantur obligatoriæ.*

a **Dominos.** [a]Primo dictum in genere, licet limitatum. secundo infert ad speciem. tertio nouum dubium remouet. secun ea ibi, igitur. tertia ibi, sane. Si pecunia mutuatur seruo, sine speciali iussu domini, dñs non tenetur, q̃ iussu, sed tantum de peculio, de quo primo deducitur, quod debetur domino, nec literæ commendatitiæ obligant commendantem. ideo consulitur c̃hẽti cum seruo, vt accipiat fideiussorem, ne sibi debitum reperiatur inane. h.d. Not. quod literæ commendatitiæ, & familiares non censentur emissæ causa obligandi, & non est hoc tñ in seruo, sed etiam in quocunque libero. ff. man. l. si vero. §. cum quidam. No. dñm non obligari per colonum, vel castaldionem suum in his, quæ non procedunt ex mandato eius, etiã si literas habeat commendatitias. Item no. quod mulcta appellatur damnum contingens ex culpa. Item no. q̃ cõsulitur cuilibet,
1 vt sit cautus in negotiando, ne sibi damnum eueniat. † Item no. q̃ generale mandatum de gerẽdo negotia sua, seu actoriæ, & facto
2 riæ, seu castaldariæ nõ facit teneri ac. q̃ iussu. † Circa hoc ultimũ op. de l. 1. circa prin. ff. q̃ iu. vbi generale præceptum sufficit. & ita no. hic glo. 3. in princ. & glo. super verbo, specialiter. in prin. So. q̃ generale mandatũ, vt negotia gerat, non sufficit. ut patet in actore, seu castaldione. sed generalis iussus, uel mandatum in c̃hẽdo cum quibuscunque sufficit, dicitur tunc generalis quo ad personas, & c̃ctus. Sed dubitari potest, an in illo iussu generali, sit necesse, quod adijciantur illa verba, quæ ponit tex. in l. 1. §. j. ff. q̃ iu. videlicet, meo periculo. Et illa glo. prima facie videtur sentire, qđ non, sed cautius est dicere, q̃ sic, ut illi literæ deseruiant. Idem dicit gl. si dedit ei liberam potestatem. ut s̃. eo. l. liberam. Et dicitur liberam concedere, siue dicat, plenam potestatem c̃hendi. nam tantum valet dicere, plenam, quantum liberam. ut s̃. de procu. l. si procurator. Et idem si diceret, ut possit c̃here, utique ipse facere posset l. creditor. §. Lucius. ff. man. Veruntamen no. q̃ in isto libero, & generali arbitrio non venit casus prohibitus ex l. & ita non potest donare. ut in tex. no. & ibi glo. ff. q̃ iu. l. j. §. j. & idem not. in l. procu. cui libera. ff. de procur. Et hæc sunt indubitanter uera in seruo non colono, nec actore, uel castaldione, sed in seruo colono, vel castaldione dubitari potest. & fuerunt quidam uolentes dicere, q̃ ista l. p̃pter eos facta fuit. & licet habeant generale mandatum, uel iussum non obligant dominum ex mutuo recepto, nisi specialiter de mutuo recipiendo. facta sit mentio in eius mandato. & dixerũt hic esse casum ibi, nisi specialiter, &c. Et istorum opin. sequutus fuit Nic. de Mata. ex eo, quia fuit cautius in eis p̃uidendum, quia tanquam rurales faciliter decipiuntur. sic in Authen. ut nul. credentem agricolæ. §. j. Nec ob. q̃ deputati negotiationibus, & mercibus intelliguntur etiam deputati mutuis pecunijs recipiendis pro illa mercede, uel negotiatione. ut ff. de insti. l. cuicunque. §. sed si pecuniam. & ff. ad Mace. l. sed Iul. §. interdum. quia aliud est in negotijs rusticanis, in quibus oportet, quod specialis mentio fiat de mutuo. ut hic. Sed attende, q̃ glo. hic in duo
3 bus locis tenet c̃rium. Primo in glo. super verbo, seruo. † Secũdo in gl. super verbo, specialiter, q̃ vr̃ verius, quia si castaldio indiget habere pecuniam pro fructib. colligendis, vel agris collendis, vr̃ & ei commissum, ut pecuniam accipiat mutuam in eam causam, cum sine ea negotium sibi commissum non valeat explicare. vnde debet sufficere tacitum mandatum. ut no. hic Pet. & Cy. & ita debet dominus obligari, sicut in exercitoria. l. fi. ff. de exer. & etiã, quod iussu, si dominus dixit se uelle quemlibet cum eo posse cõtrahere. uel alia verba protulit ex his, quæ s̃. dixi. Nec obst. auth. vt nul. cred. agri. quia ibi in agricola non habente mandatum ab alio non agricola. nam hic tractamus de obligando non agricolam. Quidam aliter soluunt, quod ibi in mutuo fœneratitio non
4 gratuito, & sic ibi fœnerationis odio. † Quæro literæ commenda
b titiæ non obligant, [b]quid de literis credentiæ. Dic, quod portator earum non potest illarum virtute, & multominus quam ex commendatitijs obligare mittentem, quia ex illis hoc intelligi nõ potest propter earum nimiam obscuritatem, ut l. ita fidei. ff. de iur. fi. ita notat Bar. ff. de fi. l. Lucius.

ADDITIONES.

a Dominos. Vide Bar. & D. Ale. in l. Lucius. ff. de fideiusso.
b Non obligant. Adde Bal. in l. j. nu. 3. & quod ibi dixi in apost. ad ipsum. in ver. commendare. s̃. de nouo co. compo. Bar. hic nu. 3. in addi. post quem dixi in ver. literæ post alios eundem & Alex. in l. Lucius Titius. ff. de fideius. & an ille, cui committuntur literæ, ut faciat, quicquid velit, an possit obligare mandãtem. Bal. tenet hic. nu. 2. ver. sed quid si literæ. quod non, pro quo alle. tex. notabilissimum cum sua gl. in l. j. ff. quod iussu. pro quo facit tex. in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. quod est notatu dignum. in contrarium tamen facit tex. in c. cum uenissent. extra de insti.

¶ Per quas personas nobis acquiritur. Tit. XXVII.

Continua Rubricam, vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Causa possessionis, sed non obligatio personalis per procuratorem quæritur.*
2 *Seruo si quid tradatur, an domino quæratur.*
3 *Procurator possessionem, & dominium domino quærit, & per traditionem illud transfert. & nu. 4.*
5 *Causa possessionis quotuplex.*

Acquiri

6 *Acquiri nobis quid & quando possit per aliam personam.*
7 *Acquiri nobis non põt per aliam personam, quod non põt possideri vel quasi.*
8 *Dominium an possit per procuratorem quæri sine possessione.*
9 *Iura quæ per procuratorem quærantur.*
10 *Stipulationis verba in quorum personis concipi possint.*
11 *Publiciana quando per procuratorem quæratur domino ignoranti.*

a **Excepta.** [a]Primo in libero. Secundo in seruo. Secunda ibi: in seruis aũt. Prima in duas: quia primo rl̃a negatiua cum exceptione affirmatiua. secundo illatio. q. proposi
1 tæ solutiua. secunda ibi: si igitur. † Per procuratorem quæritur cã possessionis, non oblo personalis. ideo pacto. l. commissoriæ, vel adiectionis in diem a procuratore interposito nulla quæritur obligatio dño. h.d. Pone casum in terminis. procurator Titij vẽdidit rem Titij pacto apposito, ẽt stipulatione vallato, q̃ si precium nõ fuerit in termino solutum: vel si intra terminũ alius attulerit meliorem c̃dõnem, res dño restituatur, vel reddatur, vel ad eũ reuertatur: quæritur, an ex tali pacto, vel stipulatione oblo quærat dño, puta Titio ad cuius rñ. præmittit Imperator talem regulã, vel dictum, q̃ excepta cã possessionis per liberã personam nr̃o iuri non subiectã nobis non quæritur. Ex quo infert ad quæsitũ, q̃ in casu
2 proposito oblo ex stipulatione, vel pacto non q̃ritur. dño. † Quæritur secundo, an res traditæ seruis quærantur dñis. Rñ. q̃ sic. supple text. ibi, subdita, dic, si naũt esset subdita quæreretur illi, cuius iuri subijcitur, non alterius. Ibi vendicatione. i. rei venditę: vel alio modo alienatæ restitutionẽ, & alienationis rescissionẽ: vt in pctõ
3 l. commi. vel adic. in diem, vel alio si. † No. q̃ possessio quærit per p̃curatorem, vt hic: & j̃. de acqui. pos. l. p procuratorẽ. Item no. q̃ dñium quæritur per procu. vt hic s̃m vnã expositionẽ, & põt probari ẽt in ver. si igitur. Sed tex. p̃bat, & ibi gl. in l. si ego. ff. de ne. ge.
b & in l. si mihi donatũ. ff. de dona. q̃ an sp sit verũ. [b] j̃. dicetur. † Itẽ
4 no. qđ procu. qui fidem hẽt de precio: & sic dñium per traditionem transfert ex pacto l. commis. vel adie. in diẽ, vel ex stipulatione, oblonem personalem non quęrit dño. Rõ diuersitatis est: quia dñium non cohæret ossibus, sicut oblo personalis, l. 2. ff. pro soc. Vlti. no. q̃ seruus quærit dño. Et licèt tex. loquatur de re tradita: & sic de dño: idem tñ de personali oblone: quia illa non põt affigi ossibus serui, cũ nihil proprium habere possit: iõ necessario q̃
5 ritur dño, ut in gl. † Antequam op. quæro ad declarationẽ tex. & dicendorũ, quid uult dicere tex. dũ dicit excepta possessionis cã. rñ. cum gl. q̃ põt intelligi dupl̃r, videlicet passiuè, & actiuè. Passiuè p̃ cã causata a possessione. Actiuè pro cã causante. Causa autẽ passiuè causata a possessione est duplex: & accipio cãm pro effectu. Vna est dñium, q̃ ex traditione, & tit. habili quæritur, qñ tradens est dñs. l. traditionibus. s̃. de pac. & hæc quæritur per procu. dño ẽt ignoranti: ut insti. eo. §. ex his, & ff. de acq. re. do. l. si procu. ff. de do. l. qui mihi donatũ. in fi. & ita dẽt intelligi. s̃. de ac. poss. l. p procuratorem. Alia est vsucapiendi conditio, qñ tradens non est dñs: & hæc demũ quæritur dño scienti. ff. de acq. poss. l. possessio. §. & si possessio, & ibi casus. j̃. de acq. poss. l. j. Et est rõ, quia usucapio requirit bonam fidẽ: & sic sciam, & ita debet intelligi dictus §. ex his. Est ergo sensus s̃m prædictam expositionem: vt dñium, & vsucapiendi c̃dõ quærat per procu. dño. Secundo modo exponitur pro ipsa possessione: & sic actiuè, vel intransitiuè: & tunc est sensus, q̃ sola possessio quæratur per procu. & non dñium. Sed c̃ istos faciunt ll. s̃. alleg. & ipsi rñdent, & hæ ll. debent restringi: qñ nihil plus erat penes dantem, aliàs fatentur, q̃ dñium transferẽ, si penes dantem fuerit. Alij rñdent alio modo videlicet, q̃, si dñium sit pœnes dantem, sola possessio quæratur, & immediatè: sed per possessionem mediã dñium quæratur, & ita intelligebant prædictas ll. & pro hoc inducebant tex. in d. §. ex his. uer. per hanc. Sed glo. hic reprobat hoc, & plenius in d. l. qui mihi donatũ, & in l. j. §. per procu. ff. de acq. poss. nam absurdum est dicere, q̃ possessio, q̃ est res inanimata alteri quæratur. Sed melius facit: quia dñium sine possessione quæritur. ut l. cum res. s̃. de proba. & l. si fundus. ff. de fun. do. & l. liber homo. in fi. ff. de acq. re. do. s̃m Cy. Ideo dixi, q̃ per procu. immediatè quæratur dñium. Et ad tex. in §. ex his. rñdeo, q̃ post verbum, & per hanc, debet esse punctus, & relationẽ seu demonstrationẽ facit de c̃stitutione, de qua prædixerat, ut sit sensus, & per hanc constitutionem, &c. Et ad l. istam rñ. q̃ hic nõ dixit, excepta possessione: sed cã possessionis, quæ est dñium, & usucapiendi conditio: vt dictum est. s̃. licèt, ut dixit hic glo. aliquo respectu dominium dici posit cã causans possessionem. i. quia p̃ ipsum aduocatur possessio, & restituitur intentãti rei uendicationem, super quo non insisto. Sed uide, quæ dixi s̃. de ali. iu. mu. cã fa. l. j. Sed ultra illa cõia dicta aduerte: qa hic vr̃ casus, q̃ dominiũ per procu. non quęratur: quia finis, qui principio aduersatur, uult, q̃ per seruum acquiratur dño, nec finis potest intelligi de personali obiectione. Sed de dominio, tñ, ergo, vt aduersatio sit bona, vr̃ q̃ in princ. per liberum hominem non acquiratur dominium. Sol. q̃ primum dictum l. est gñale. i. quacunque persona libera, & non per quãcunque personam liberam nostro iuri nõ subiectam quæritur nobis: quia non per gestorẽ, nisi ratihabitione sequuta. ff. de neg. gest. l. si ego, non per alium liberum suo proprio nomine recipientem, per seruum autem sic, & in hoc aduersat prioribus. Pro declaratione gl. his sic recitatis, est attendendum, quod Nic. de Mat. quẽ Bal. sequitur, dicit, q̃ tex. ille non intendit dicere quali mõ dñium, vel quid aliud per procuratorem quæratur, sed declarare quid, & quantum est illud, quod per procuratorem nobis quæratur. ideo dicit, quod per procuratorem nihil nobis quæri potest, excepta causa possessionis. i. excepto eo, quod est posse
6 dibile, vel quasi per se, vel aliquo alio mediante. † Vñ facit duas regulas. vnam affirmatiuam, quæ est talis. Quicquid per nosmetipsos quærere possumus: si illud possideri potest, vel quasi, potest per liberam personam nostro iuri non subiectam nobis acquiri, vt hic. & ff. quemad. ser. ami. l. fi. & ff. de acquir. pos. l. possessio. & §. si possessio. Cõtra istam regulam facit: quia seruitutes sunt res incorporales, & possideri non possunt. l. seruus. §. incorporales. ff. de acq. rer. do. & tamen per procuratorem quæri possunt. d. l. fin. Sed soluit ipse: quia seruitutes quasi possidentur. l. quoties. ff. de seruitu. & licet per se non possideantur. tamen quasi possidentur, mediante prædio, cui seruitus debetur. d. l. quoties. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. fi. & idem in vsufruct. quia quasi possidetur per inductionem, & traditionem in fundum, cuius vsusfructus debetur. l. 3. §. fi. ff. de vsusfruc. Contra dictam regulam opp. quia ius filiationis, & proximitatis quasi possidetur. vt s̃. de probat. l. nõ nudis. & ff. de probatio l. quidam. & j̃. de nup. l. si vicinis. & per nosmetipsos filium quẽ vere possidemus. & tamẽ non per procuratorem, ff. de adop. l. post mortem. §. non potest. Sed ipse respondet q̃ d. regula alias fallit, vbicunq; l. specialiter statuit de c̃trario. vt in illo casu. & similiter in hæreditate, quæ per nosmetipsos q̃
7 rirur nobis: sed non per procuratorem. l. Paulus. ff. de acquir. hæredi. † Aliam insuper regulã facit negatiuam, quæ talis est. Quicquid per nos acquirere possumus, si illud possideri, vel quasi non potest, nobis non quæritur per liberam personam nostro iuri nõ subiectam, sicut sunt obligationes personales, & actiones, quæ oriuntur ex eis, per quas ius in re non habetur: sed persona tantũ obligatur. vt Insti. de actio. in princi. Contra istam regulam facit: quia creditor dicit̃ quasi possidere ius obligationis, & debiti. vt l. nec vllam. alias l. etiam. §. fi. ff. de peti. hæred. l. item videndum. §. si quis. Sol. ipsi quod in d. §. si quis, similitudinarie loquitur. Ideo,
c ibi ponitur dictio; velut, quæ est nota similitudinis, [c] & in d. §. fi. dicunt, quod illa dictio, quasi: ibi posita improprietatem notat. vnde ibi nulla est possessio, vt not. gloss. in l. generaliter. eodem titul. Regula autem prædicta loquitur in incorporalibus: quæ quasi possideri dicuntur per veram possessionem, quæ habetur in re, cui cohæreat, in quibus ius constituitur. ideo in eis dictio, quasi; veritatem cum quadam improprietate notat, hinc est, quod iudicia possessoria ex tali quasi possessione datur. l. quoties. ff. de seruitu. Contra illam regulam oppon. sic, per procuratorem dominium quæritur absque aliqua alia possessione rei vera, vel quasi. vt hic. in versicu. si igitur, prout ponitur casus in pacto l. commis. vel adiect. in diem apposito per verba directa tituli rescissiua; puta res sit inempta. quia tunc ipso iure transfertur dominium. vt in gloss. super verbo, reintegrante, nota. dixi plene in l. traditionibus, supra de pact. & no. etiam in l. j. ff. de dona. Solu. defendendo, quod licet in eum, in quem transfertur dominium, nõ transferatur possessio, tamen sufficit prima possessio, quam habuit. vel secundo sufficit veram possessionem potentialiter inter
8 uenire potuisse. Contra prædicta oppon. Petr. quod dominium sine possessione per procuratorem quæri non possit: nam ea, quę ciuiliter acquiruntur per nosmetipsos, vel alios iuri nostro subiectos, nobis acquiruntur, nõ per alios extraneos: licet ea q̃ per instrumentum naturale, vt per traditionem, quæruntur nobis, per quemcunque acquirantur. l. ea quæ. ff. de acquiren. rer. domi. per quam l. dicit Pet. istam l. declarari. & illam velle dicere id, quod illa lex dicit; licet hæc obscure loquatur. ideo per illam l. motus dicit, quod falsum dicit ista glos. dum vult, quod per pactum l. commis. interpositum a procuratore dominium aliquo casu transferatur ipso iure: quia falsum est, vt patet in dicta l. ea quę. Et ad hũc text. in princip. dicit quod non debet intelligi, vt gloss. dicit: sed vult dicere, quod excepta causa possessionis, id est, exceptis his, quæ acquiruntur mediante possessione, vel traditione, alias per extraneam personam nobis quæri non possunt. & ideo nec vendit. reintegrandę rei per pactum l. commis. etiam per verba factũ. Nec etiam per obligationem, si stipulatio intercessit. & sic erit hic casus, quod dominium non transfertur, quamuis gloss. velit intelligere tex. quando pactum fuit, vt res detur, vel retradatur. & sic factum hominis requiratur. Et hunc intellectum dicit Cy. fore verissimum, & Bar. illum sequitur in l. qui mihi donatum. ff. de donatio. in fin. illius l. Sed attende: quia per hoc ego non recederem a gloss. in terminis suis: & hoc per illam rationem, quia pactum

ADDITIONES.

a ¶ Excepta. Ad huius l. intelligentiam vide plene pe Imo. post Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuletur. alias in §. si stipuler. & §. si qui. de verb. ob.
b ¶ An semper sit verum. Vide Bald. hic & Bart. in d. l. si mihi donatum. allegata in tex. & adde, quod est uerum, etiam si procurator sit reuocatus. Bar. in l. si procuratori in 2. col. ff. de cond. ob causam. per gl. in l. cum quis. §. j. ff. de sol. sed an in ementem a procuratore dominium transferatur, vide in Specu. de emp. & vendi. §. j. uersic. item no.
c † Velut, quæ est nota similitudinis. Et illa fictionem dicit, contra quam nõ admittitur probatio in contrarium, ut per Bald. in l. ad fin. C. de inter. matri. inter tuto. & pupillam.

pactum tenet,vt hic est tex.tunc si pactum tenet. ergo cum tituli rescissiuum impossibile est dñium remanere rescisso titu.pœnes emptorem,quia sicut a prin.sine tit.non transfertur,sic nec remanet ex postfacto ti.rescisso. ar.l.vranius.ff.de fide.& ita tenet Bar, & est ɔclusio,tunc sic,dominium non est pœnes emptorem nec pœnes procuratorem,quia hoc non agitur,ergo est pœnes priorem dominum,a quo emanauit,& in quem resluxit, aliàs oportet nos dicere, ꝙ volet per aerem, & non habeat requiem, quod vr̄ absurdum.quia occupanti videretur ɔcedi,iuxta regulam dicẽtem,ꝙ id,quod in nullius bonis est,occupanti ɔceditur.vt inst.de re.diui.§.ferę. Itẽ pro hoc vr̄ hic casus in forma, quia iacet litera, dum dicit, reintegratæ rei, quasi innuat per pactum reintegratũ fuisse dominium.sed pactum,vel stipulatio interponitur super re integrata.rei vendicatione.i.restitutione,& pro hoc accedat,quia pactum hoc est pars ɔ̃ctus. vnde sicut pactum procuratoris circa obseruantiam contractus præiudicat domino, ita circa inobseruantiam profit. & ad l.& rationem Pet.respon,ꝙ hoc operantur reliquiæ prioris possessionis,& dominij,nam de facili res redit ad primam naturam,& statum.ff.de pac.l.si vnus.§.pactus.Et ita teneo gl.quàm tenebat etiam Iac.But.& do.meus,& sequitur Bal.

9 †Opp.ab extra.ꝙ iura realia per procuratorem non quęrantur.ff. de pig.ac.l.soluti.§.per liberam.Sol.quod hic in iure reali, quod per se subsistentiam habet,ibi in eo,quod per se non subsistit,sed alteri accedit.vt in hypo,quæ regulatur s̃m personalem, cui accedit.vnde si personalis non acquiritur.nec illa,& si personalis acqritur,& illa,vt j̃.l.proxi.Opp.quod personalis quæratur.j̃.l.proxi. Sol.vt ibi in gl.fi.Op.ad idem de l.si cũ venderet. ff.de pig.act.vbi ex pacto creditoris actio in factũ quærit̃ debitori.Sol.ꝙ ibi spãle. vt ibi no.Et forte est rõ,quia creditor in pignore repręsentat imaginem debitoris.j̃.de præscr.30.an.l.cum notissimi.§.illud.Simil̃r fallit in cõmodante,& deponente,qui paciscuntur alteri restitui, vt s̃.ad exhi.l.si res, & ff.de po.l.publia.in princi.& in eis est forte ratio,quia rei dñium non mutatur,nec in alium transfertur,quia pactum cohæret.Fallit ẽt in alijs casibus no.insti.de inuti.stip.§.ei qui.vbi melior gl.corporis iur.Et ita remittit gl.pe.Quæro in casu nostro,qñ procurator est stipulatus ei, cuius negotia administrabat,ex quo illi nõ quæritur obligatio,an quęratur sibi.Et dicit gl. quod sic,si eius interest,non aliàs.vt ff.de ver.obl.l.stipulatio ista. §.antepe.& pen.Sed hic attende,quod Nic.de Ma. hoc fatetur,si verba obligatoria sunt cõcepta in persona ipsius procuratoris: vt promittis mihi,quod tu restitues, vel dabis Gayo domino meo, nam tunc distinctio gl. procedit.secus si essent concepta in persona domini.vt promittis illi domino meo:quia tũc stipulatio esset nulla:quia promissio esset facta absenti,ɔ̃ l.j.ff.de verb.obli.& sic in persona absentis non tenet,quia nõ potuit,nec in persona sua, quia noluit,& sic sibi imputet;licèt intersit sua, & pro hoc facit l. quæcumque.ff.de act. & obl.& hoc idem tenet Iacob.de Are.& Bar.idem vr̄ tenere,de ver.ob.l.stipulatio ista.§.si quis insulam.licet aliud sit in tutore,& curatore furiosi, s̃m quod ibi no.gl. quã
10 ipse Bart.tenet de his alibi dicam.† In seruis autem,[a] & alijs, qui
a sunt in nostra potestate,vt filiusfa.dicunt doct.ꝙ non tm̃ in persona sui potest concipere verba obligatiua stipulationis,sed etiam in persona patris,vel domini.per l.quodcunque.in prin.& in fi.de verb.ob.& l.j.ff.de stip.ser. & quia vox filij censetur vox patris. vt inst.de inuti.sti.§.ei vero qui.& idem dicunt in monachis ratione obedientiæ, quam debent abbati, & de omnibus istis videtur gl. insti.de inuti.stip.§.si quis alij.in prin.& hæc ad declarationẽ tex.
11 & gl.sint dicta.† Sed vlterius quæro gl.nostra dicit,& bene,ꝙ dominium quæritur ignoranti, sed vsucapiendi ɔditio demum sciẽti.Sed an si tradens procuratori non erat dominus,quæretur publiciana per procuratorem dño ignoranti,sicut quærit rei vendicatio.vr̄ ꝙ non,quia hæc videntur conuertibilia,vsucapere, & publicianam habere.ff.de publi.l.cum qui.in prin. & §.in hac, & ibi no.& pro hoc facit l. traditionem.in eo.tit.& l.clauibus.ff. de con trahen.emp.In cõtrarium facit,quia bona fides procuratoris sufficit.d.l.eum qui.§.si ego. sicut qñ seruus emit. vt d.§.in hac.in fin, Quæro etiam.Pone,quod vendidi rem aliquam procuratori Titij,& constitui me pręcario possidere nomine ipsius procuratoris recipientis procuratorio nomine ipsius Titij,an per hoc constitutum transeat dominium, & possessio in ipsum Titium, & dixit Guliel.in l.ab emptione.ff.de pact.quod non: quia inducerentur duæ fictiones.contra l.j.j̃.de dotis promis.videlicet fictio traditionis propter præcarium,& fictio repræsentationis domini sui propter mandatum, & receptionem procuratorio nomine factam. Sed Bar.ff.de vsu.pro emp.l.is qui pro emptore. tenet contra per l.quod meo.§. procurator.ff.de acqui.pos.l.cæterum.§.j.ff.de præca. nam licet traditio sit facta possessio, tamen est vera, & sic per procuratorem quæritur.vt ff.de acqu.re.do.l.ea quæ ciuiliter.hoc etiam tenet Bald.in l.j.j̃.quando li.ab emp.dis.per c.accedens.extra.de procura. Nec obstat ratio Guli.quia duæ fictiones non cadunt circa idem,sed diuersa:licet etiam quando vna oritur ex alia concurrunt. ff.si cer.pe.l.singularia.

ADDITIO.

a In seruis autem.Adde ꝙ licet Bal.hic nu.10.ver.circa primum dico, reprehendat in hoc Nico.de Mat. quod non faciat differentiam vtrum, interrogans sit liber vel seruus;tamen Raph.in l.stipulatione.§.si stipuler.ff.de ver.ob,dicit,quod potest saluari per l.quoties.in prin.ff.de admi.tu.& per d.§.si stipuler.a contrario sensu.Sed ad illum tex.potest responderi,vt ibi not.

LEX II.

1 *Hypothecaria ipso iure quæritur,quando actio personalis sine cessione per liberam personam quæritur.& nu.2.*
3 *Obligatio fideiussoria quando alteri quæratur.*
4 *Constitutio procuratoris est actus voluntarius per quemuis iudicem explicabilis.*

a Cum per liberam. [a]Primo antiquam dubitationem ponit.secundo illã reijcit:& statuit.tertio rationem sui statuti annectit. secunda ibi, talẽ.tertia ibi,si enim.Ex mutuo facto a libero alterius nomine q̃ritur illi vtilis sine cessione.hypo.aũt vel pignus ei ante l.istã non
1 quærebat̃ sine cessione: hodie vero sic.h.d.† Vel breuius.vbi per liberam personã quæritur personalis actio sine cessione, ibi quæritur hypo.ipso iure.h.d.ɔcor.j̃.de hære.vel actio.ven.l. ex nominis.No.ꝙ in mutuo alteri quæritur actio,cõcor.sunt in j.gl. Item no.casum spãlem ibi, quo per liberam personam alteri quæritur actio.Item no.quod accessorium immediate sequitur suum principale.Opp.ab extra.quod etiam ante l.illam hypo.sequeretur p̃sonalem.l.emptori.ff.de hære.vel.act.ven. Sol. illa debet intelligi mediante cessione.vt ibi no.& probatur in l.2.§.non solum.cod. tit.Oppo.2.quod ratio hic posita non sit generalis,cum in multis casibus actio sit cedenda.vt l. possessio.§.vt possessio.ff.de acqui. pos.Glo.dicit,ꝙ speciale est in mutuo,ꝙ intellige sane,scilicet, vt in mutuo alteri q̃ratur principalis sine cessione, & illo posito,se-
2 quitur, ꝙ idẽ fit in accessoria.† Et ex hoc infertur vna regula generalis,ꝙ vbi principalis quæritur sine cessione,ibi,& hypot.quęritur ipso iure,absq; aliqua cessione,& ratio est generalis, & hæc regula est affirmatiua. Similiter est alia negatiua, videlicet quod vbi principalis non quæritur sine cessione, sic nec accessoria.l.2. §.non solum.ff.de hære.vel act.ven.Et ista fuit intentio gl.Opp.3. de l.solutum.§.per liberam.ff.de pig.ac. Sol.tribus modis.vt in gl. Et quia omnes solutiones sunt veræ,ideo eas simul iunge, vt dicamus,ꝙ vbi principalis non quæritur, nec hypo.vbi autem principalis quæritur olim hypo.non quærebatur, vt ibi, sed hodie hæc corrigitur.vt in prima sol.Licèt tamẽ quæratur,an illa sit vtilis vel directa,puta,ꝙ in casu nostro mutui sit directa ipsa principalis obligatio.vt ff.si cer.pe.l.certi ɔditio.§.nummos. Sed hypote.vtilis, quia sicut antea acquirebatur hypo.numeranti, ita & nunc directa,& erat mirabile,ꝙ hypo. erat pœnes numerantem,& principalis pœnes eum,cuius nomine est numeratum. Vel forte dicendũ est,ꝙ vtilis ex mutuo quæratur,directa remanente pœnes numerantẽ.cui meo iudicio repugnat.d.§.si nummos.Ideo sanctius videtur dicẽdum,ꝙ & hic hypo.directa quæratur, sicut principalis,ꝙ etiam tenet hic Pe.Opp.4.de l.j.s̃.eo.Sol.vt in gl.fi.quod hic
3 speciale.†Quærit Cy.an,ꝙ hic dicitur de hypo.vendicet sibi locũ in obligatione fideiussoria. Et asserit gl.tenere,ꝙ non in l.si pecuniam.ff.si cer.pe. Sed certè ibi glo.non dicit aliud in fideiussoria, quàm sit in hyp. sed simpliciter dicit, quod fideiussoria tpe illius l.non quærebatur alij,quàm militi. hodie autem dicit ipse Cy.& cõiter doct.ꝙ fideiussoria quæritur etiam non militi in casu, quo personalis ipso iure quæritur ad instar hypo. propter identitatem rationis,immo fortius quia obligatio fideiussoria magis sequitur principalem,quàm pignus.vt no.glo.in l.si hæres pecuniam. ff.ad Treb. Vltimo Cy.inducit istam l.ad q.pone scholaris Parisiensis studens Bono.conuentus, Parisius fecit coram iudice Bono.procuratorem ad eum defendendum,& volens eum releuare a satisdatione de iudicato soluendo pro eo fideiussorem dedit quendam Bononiensem iudici seu notario stipulanti vice, & nomine cuiuscunque interesset &c. cum procurator comparet, Parisius petitur vt satisdet de iudi. sol.qui dicit se releuatum, quia per dominum satisdatum,vt in instrumẽto procuratoris sui continetur. Replicatur, ꝙ non tenet, quia fideiussor non est suppositus iurisditioni iudicis parisiensis,ꝙ esse debet. vt ff. si quis in ius vo.non ie.l.j.& no.gl.in l.neque fœmina.ff.de procu.Item quia iudex ille non potuit quærere suæ iurisdictioni non suppositum.argu.ff.de
4 iu.om.iu.l.fi.& ff.de offi.præ.l.3.† Et dicit ipse sequẽdo Pet.quod releuatio tenet, quia constitutio procuratoris est actus voluntarius,qui per quemcumque iudicem potest explicari. vt s̃.de manu.l.2. & sic cum teneat cõstitutio procuratoris, vt principalis,tenebit,& fideiussoria stipulatio,vt ei accedens, & per ipsum quæri alteri poterit,arg.huius l.ff.de ma.con.l.j.§.exigere. Idem tenet Bal.ex eo quia ipsa satisdatio est necessaria. vt insti.de satisda.§.si vero aliquis, & in satisdatione necessaria quis est remittendus ad proprium domicilium.ff.qui satisda.cog.l.si fideiussor.§.si necessaria. ergo præstita sine remissione debet tenere,& ita approbat consuetudo. aliàs absentes impedirentur se defendere per procuratorem,cum non de facili forenses inueniant fideiussores. l.2.§. si dubitetur.ff.de iu.Non obst.in contrarium alle.quia loquuntur in his quæ formam iudicis non sortiuntur.

ADDITIO.

a ¶Cum per liberam.Ad hanc l.adde s̃m intellectum Bart.l.fi.§.fi.ff.de dona.

LEX III.

1 *Serui malignitas non debet nocere domino,*
2 *Nescire & ignorare quomodo differant,*

Si duo. Primo thema, & quæstio. Secundo eius decisio. Tertio decisionis ratio. Quarto obiecti remotio. Secunda ibi:cunq;. Tertia ibi:neq; enim. Quarta ibi: ꝙ.n.Seruus communis iussu vnius ex dñis dẽt ei stipulari, & si stipulatur nominatim alteri,si id,quod stipulatur,principaliter spectat ad iubẽtem,præualet iussio noĩationi. Sin aũt ad noĩatum ptinet, vel ad neutrũ,p̃ualet noĩatio.h.d.s̃m lect.Ioan. Vel sic, si vnus ex pluribus dñis iubet seruo cõi,vt stipuletur ipsi iubenti: & ipse stipulatur alteri,p̃ualet iussio:qa iubenti tm̃ acquirit:sin aũt iubet ei sim p̃r vt stipuletur:& non dicit cui:aut stipulatur nullo exp̃sso noĩe dñorũ;& sic sibi tũc q̃rit iubẽti. Aut stipulatur exp̃ssim alteri; & acqrit illi.h.d.s̃m lec.Azo.q̃ sequtur gl. eo, qa ex re vnius ex dñis põt alteri stipulari.ff.de stip.ser.l.si ex re.§. j. cuius ɔ̃.vult lec. 10. Addo aliã rõnẽ, qa si res spectaret ad iubentẽ, tunc non diceretur sibi stipulari lucrũ,& salarium;cuius ɔ̃.vult litera ista in vers.neq; enim.Opp.ꝙ litera sibi ɔ̃rietur;qa versi.ꝙ enim dicit ɔ̃rium eius, ꝙ dixerat in ver.cunq;.Huius timore factæ sunt illæ lect.per quas literas concor.vr̄.Nec est dicendũ,ꝙ finis corrigat prin.p l. nã ad
1 ea.ff.de condi.& demonstr.Licet quidã dixerunt, vt in gl.† Not. ꝙ impietas,vel malignitas serui non dẽt nocere dño; vt hic. & l. ɔcunq;.j̃.de ser.fugi.Item no.ꝙ seruus nõ debet subtrahere obedientiã dño;& per subtractionem, quã facit nõ præiudicat dño; not.pro subditis.Item not. ꝙ plus hic operatur iussus in specie,q̃ in genere.Item no.ꝙ licet seruus in stipulando non seruet formã mandati,tamen actus tenet, & quærit mandati; & hoc operatur
2 ius, ꝙ in persona serui habetur. † Item not. quod differentia est inter nescire,& ignorare.Ideo copula hic ponitur inter ea; & ita not.hic glo.& in hoc proprie loquendo est differentia, quia nescientia est de eo,ꝙ quis scire nõ tenetur.Ignorantia est de eo, ꝙ quis scire tenetur.Et ita dñt theologi.Et gl.nostra hoc no. in l.de statu.ff.de testa.& ibi etiam de dubitante,& errante; vñ ibi vide.

¶Ad senatusconsultum Macedonianum. Tit. XXV.

¶ Continua Rubricam, vt in gloss. Et pro euidentia totius tituli præmitte nequitiam Macedonis,ad quam compescendam factũ a
fuit hoc senatusconsultum:vt habes.ff. eod.l.j.

LEX PRIMA.

1 *Mutuans filiofamilias,quem sui iuris esse credebat, non repellitur exceptione senatusconsulti Macedoniani.* b
2 *Ignorantiam allegans illam probare debet.* c
3 *Ignorantia quando iusta præsumatur.*
4 *Filio qui se sui iuris esse credebat mutuanti, an subueniatur.*

1 Si filius. † Si filiusfam. asserat se sui iuris esse mutuanti hoc iusta ratione credere
a dicenti cessat [a] beneficium senatusconsulti Macedo.hoc dicit.Nota quod iusta ratio sic credẽdi quẽ excusat. Opponi.cum glo. quod creditor probare non teneatur, cum ignorantia præsumatur.l. verius.ff.de probat. & quia qui scientiam asserit in casu nostro dolum creditori impingit,igitur debet illum probare.ff.de proba.l.quoties.§.qui dolum.Solu.vt in glo. 2.quæ dicit, quod probat eoipso, quod contra.non probatur.Et subiungit glo. rationem, quia nunc filius asserit se mentitum prius fuisse,dum asseruit se patremfami. fuisse. ideo propter mendacium grauatur in probando creditoris scientiam.arg.j̃.qui po.in pign.habe.authen.Item,& ff. de rei vendi.l. fina.& ita dicebat Pet.Sed caue,quia glo. hic primo posita videtur sentire,quod creditor probet aliquid,per quod assertioni huius debuit credere,quia vt paterfamil.se gerebat,& sic contrahebat;& vt talis reputabatur;qa muneribus publicis fungebatur.l.si q̃s patrẽ.ff.e.Sed Pe.rñdit,ꝙ ibi non fuit interrogatus; an filiusfa. esset,nec etiam affirmat,se sui iuris esse.Quid dicemus? rñdebo, quod tria sunt ponderanda.primo ignorantia,vel scia.Et dico s̃m doc.ꝙ ignorantia præsumitur;vt d.l.verius. nisi ex quibusdã principis;per se,vel per accidens notis scientia præsumatur;vt j̃.de peri.tuto.l.si tutor.& quod ibi not.† Et ex ex hoc infertur, quod in casu nostro si creditor sciuit istum natum ex legitimo matrimonio vere,vel præsumptiue sc̃dm formam.l.filium.ff. de his q sunt sui,vel alie.iur. præsumitur sciuisse eum in potestate fuisse; sc̃dm quod est considerandum in casu,in quo ignorantia præsumatur; an ista sit vel non:& sic,an sit legitima,vel,an sit vana, & supina: & tunc aut qui iustitiam ignorantiæ allegat,vult validare actum, vel de iure cõi vel beneficio speciali inualidandum:& tunc iuste ignorasse non p̃sumitur, nisi probet p aliquas sufficientes coniecturas. & est ratio,quia inquisitio eius,cũ quo contrahit, ei mãdata a l.existit.vt ff.e.l.pe.& ibi not.Sufficientes aũt coniecturas reputo in quocunq; tam forensi,q̃ compatriota illas,q̃ ponuntur in l.si quis patrem.ff.eo. & hoc in glo. j. In forensi autem non sic in ciuitate noto,qui nouiter venit ad habitãdũ ibi, cuius pater ignoratur:tunc iustitia ignorantiæ probatur, si receptorem mutui interrogauit;an patrẽ viuentẽ hẽret;& ille rñ.ꝙ non, & affirmauit se sui iuris esse:quia hæc satis est in sic ignoto diligens inq̃sitio:& ita intelligitur opi.Pe.Et si affirmauit patrẽ viuere,& se emãcipa
b tum esse,[b] debuit sibi facere ostẽdi instrm̃ emãcipationis.nã simplici verbo eius credere nõ debuit,& si instrm̃ oñdit,& est minus solenne:licèt putauerit solenne,in ignorantiam iuris incidit,quæ iusta non est:vt hic no.Cy.& probatur in d.l.si quis patrem.ff.eo.
3 †Aut qui iustitiam ignorantiæ allegat, non tendit ad validãdum actum contra iuris dispositionem: & tunc ignorãtia præsumitur iusta:quia curiosus indagator non requiritur.arg. ff.de noua.l.doli.in fi. Vel circa s̃m potes aliter,& breuius dicere:aut diligens inquisitio est demandata ignorantiam alleganti: vt in casu nostro. vt ff.eo.l.pe.& iustitia ignorantiæ non pręsumitur.nisi aliquid de
c suprascriptis probetur. [c] Aut ei diligens inquisitio non est mandata: & tunc iustitia ignorantiæ præsumitur. Attende tamen,ꝙ scientia contra ignorantiam: & per consequens contra ignorantiæ iustitiam potest probari.Tertium autem,ꝙ est ponderandum in prædictis,est,an ipse sic esse crediderit.an verò veritatem in oppositum esse sciuerit, vel esse putauerit, & illud vltimũ probatur per eius sacramentum.arg.s̃.de his qui ad ec.confu.l. præsenti,&
4 ita intelligo,ꝙ hic no.Cy.†Quærit Cy.quid si filius verè credidit se sui iuris esse,& ita affirmauit bona fide:& similiter pone,ꝙ creditor habuit iustam ignorantiam. an tunc subuenitur filio,quasi melior sit conditio cõuenti.Et rñdit,ꝙ non:quia uerum est dicere creditorem non committere in senatusc. ma. pp iustam ignorantiam.vt ff.eo.l.pe.& l.si si quis patrem.j̃.l.proxi.Quęro,quid si duo fuerunt, quorum unus sciuit receptorem mutui esse filiũ fa. alter ignorauit,an ignorantia attenditur, uel scientia, & text.vr̄ velle,ꝙ scientia vnius noceat alteri.ff.eo.l.sed Iul.§.non solũ.in fi. In contrarium ibi ar.gl.ꝙ ignorantia attendatur: quia illa ualidat contractum.vt ff.qui.ad li.procla.non li.l.fi.& ff.de li. cau.l.liber. §.si duo. Azo distinguebat. Aut sunt socij, & scientia nocet alij. Aut non sunt socij,& non nocet,Bal.aũt dicit,videlicet Aut ɔstat cuius fuit pecunia:tunc illius sciam,uel ignorantiam dicit attendendã. Aut cuius fuerit, non apparet:& tũc quia p̃sumitur vtriusque pro rata.ar.ff.de duo.re.l.reos.§.cũ in tabulis.ideo pro sua rata ignoranti proderit ignorantia, pro alia rata scĩa alterius nocebit utriq;.& ita intelligit dictum.§.non solum, & pro hoc inducit §.Item si duos.qui ibi sequitur.ff.ad Velleia.l.uir uxori.§.fin.

ADDITIONES.

a ¶Cessat.Adde.Spec.de emp.& vend.§.4.versi.hoc etiam,& quando cessat,& locum habeat no.instit.quòd cum eo §.illud.& per Cyn.hic.& in l.2.j̃.eo.& in l.pe.j̃.eo.& in quibus casibus obligetur, & non iuuetur macedo.vide in Spec.de renun. ver.cui autem.

b †Et se emancipatum esse.Adde Bart.in l.j.§.si quis patrem,& ibi posui in addi.ad ipsum.ff.eo.& dixi plenè in tract.clausularum in clau.contract.in ver. asserens se emancipatum. in suo prin.

c † Nisi aliquid de suprascriptis probetur.Immo videtur,quod non sit necesse eam probari, & per Bal.hic, de quo uide Bar.in l.is potest.ff.de acq.hære.& in l.ab eo.infra,quomodo,& quando iudex,& in l.j.infra.de temp. appel.

LEX II.

1 *Senatusconsultum Macedonian.in quod,& quibus cesset casibus.& nu.5.*
2 *Error communis loco veritatis habetur.*
3 *Error communis,an faciat verum esse id, super quo erratur.*
3 *Error communis,an validat retrogesta per errorem.*

1 Zenodorus. †In 5.casibus hic enumeratis cessat Macedonian. senatuscõ. h.d. Primus casus est, cum publicè sic uidebatur.sed cũ existentia sui iuris.uel quasi non possit uideri velut quid incorporale, Glo.supplet,ꝙ uidebat̃ per actus exteriores,quia sic agebat,sic ɔ̃hebat, sic munerib. publicis fungebatur,&c.ut ff.eo.l.3.ubi tex.sic exponit.Ex hoc collige,ꝙ illud vr̄, ꝙ oculo mentali vr̄, & illud oculo mentali dr̄ uideri,ꝙ ex actibus exterioribus,colligitur ut hic,& d.l.3.ꝙ no.pro
2 testibus in talibus testificantib.† Item not.ex eo.prin.ꝙ error cõis
a pro ueritate hr̄.[a] & clarius hr̄ in d.l.3.non singularis.ut l.3.§.subtilius.ff.de ɔdi.ob cau.Nunc circa istum errorem cõem formo aliquas qõnes ad elucidandam istam materiam, q̃ non reperio clarè traditam. Et prima est,an prosit quo ad excusationẽ, & pœnæ euitationem.Et dic,ꝙ sic errantibus.ut hic,& ff.eo. l.3.& j̃.ne de sta.defun.l.si mater,& j̃.ad l.flaui de pla.l.si plagij, cũ ibi notatis, & ff.de ambi.l.j.in fi.Non scientibus,si commodè poterant errorem euitare,uel gesta detegere.ideo gesta pro eis non ualent.sed contra eos sic, j̃.de incest.nupt.l. qui contra,& s̃. de procu.l.non eo minus,& sibi imputet, qui seipsum decepit.l.j. in fi.ff.de actio. emp.& l.quod quis. ff.de re.iu.secus si nõ commodè, & non sine periculo quod gestũ est euitare potuerunt:quia tunc excusantur.
3 l.nepos proculo.ff.de uerb.sig.† Quæro.2. an error cõis inducat, uel disponat,ut illud,super quo erratur, deinceps uerũ sit, & pro uero habeatur. Et hic dico,qd̃ si errantes, & sic putantes habent potestatem hoc inducendi,& disponẽdi: tunc talis error inducit, & disponit, ut uerum sit a dominio, & pro uero essentialiter, & nõ fictè habeatur,& non tam error hoc operatur, quàm eorum præsumpta uolũtas,& potestas, de hoc est casus in l.barbarius.ff. de offi.præsi.s̃m veram lect.quæ uult,quod seruus ibi liber efficiatur,& probatur.ff.de suppel.lega.l.3.in fi.& j̃. de lati.lib.tollen.§ sed si dñi funus. Sin autem hanc ptãtem non habent: tunc talis error non disponit superiure ueritatis, nec ius ueritatis inducit, ut infra

ADDITIO.

a ¶Habetur.Adde do.Soci.consi.32.inci.ex his quæ superius.uer.& facit superius in 1.par. quod filiusfa. communi opinione reputatus liber si cum eo actum sit,uidelicet licèt tunc si non esset sui iuris,sicut si esset sui iuris.

vt ff. de testa. l.i. & ff. de sen. & interlo. l.2. & ff. de testa. l.ad testium.

4 §.1. cum simili. † Tertio quæro, circa proxime dicta in casu, quo error cõis non disponit, vel inducit ius veritatis essentialis, an salte validet gesta, ac si illud, super quo est erratum, fuisset in se verum. licet vere non mutet suum primæuum statutũ. Et hic distinguo, aut error est supinus, & non validantur gesta, & est ratio, quia ẽt quo ad ea tũ, vel in eorum fauorem. i. non fingit erratum haberi pro vero, sed pro erroneo vult haberi etiam in præteritum, cũ supina ignorantia noceat. [a] l. nec supina. ff. de iur. & fac. igno. & pro hoc videtur tex. f̃m vnam lect. ff. de nu. & actu. l. actuarios. lib. 12. Aut error non est supinus, & hic capio verba Iac. But. & domini mei distinguentium. Aut vtilitas publica suadet errorem cõem haberi pro veritate propter vtiliratem gestorum, & tũc error pro veritate habetur, & per ꝓbis gesta validantur. d. l. barbarijs, & hic & l. 3. ff. eo. & in auth. de tabel. §. j. versi. si vero præter. Aut ecõtra vtilitas publica suadet errorem cõem haberi pro errore, & tunc non habetur pro veritate, sed pro errore, ideo non validantur gesta. vt §. de fac. fan. eccl. l. qui sub prætextu, & de epis. & cle. l. decernimus, & l. gnaliter, & ita potest intelligi. d. l. actuarios. f̃m aliam lect. Aut publica vtilitas non suadet pro nec contra: tunc si errorem cõem haberi pro veritate est vtilitas errantis, nec de alterius præiuditio tractatur, quàm scientis, error habetur pro veritate. vt ff. eo. l. 3. & ff. quando act. de pec. est an. l. j. §. fi. & hic, & ff. de testa. l. j. & si non est vtilitas errantis, tunc non habetur pro veritate. vt ff. eo. l. fi. & ff. de hære. instit. l. fi. & hoc maximè, quando damnum esset alterius, quam errantis. vt ff. de re. eorum. l. qui neque, & ff. de eo qui pro tu. l. si is qui. Ex his patet hanc materiam elucidatam. Quæro, si filius f. consueuit accipere pecunias mutuo, & pater ꝓsueuit talia mutuata reddere, an in mutuo, q̃ nunc pater recusat reddere, cessat Macedonianum. Bald. hic dicit, q̃ sic, quia ratione consuetudinis præsumitur patris voluntas, quæ facit Macedonianum cessare. vt hic, q̃ ex consuetudine præsumatur voluntas, probat ipse per l. ad hoc no. ff. q̃ cum eo. l. Titianus. facit l. vel vniuersorum. ff. de pig. ac. In contrarium facit l. voluntariæ. j. de excu. tu. Non ob. l. Titianus, quia potest rñderi, q̃ ibi prepositura p̃cedens mutuis pecuniis dandis, & recipiendis, est illa, quæ potissimum operatur, quia solutio precij ordei, quam faciebat pro emptore in negotiationem mutui dandi, ad quod erat præpositus, poterat ex
5 tacita eorum conuentione conueniri. † Vltimo scias quod Cyn. huic l. addit tres casus, in quibus cessare dicit Macedo. videlicet quando quis dolose finxit esse patremfa. & creditor iusta ratione credidit. vt §. eo. l. j. Alius est j. eo. l. Macedoniani. Alius est j. eo. l. fi. & sic sunt 8. Sed glo. hic posite de his dicunt. dic vt in eis.

ADDITIO.

a ¶Cum supina ignorantia nocet. Adde Soci. consi. 70. incl. viso elegantissimo. consi. versi. circa quartam dubitationem. in fi. in prima par. ubi hoc allegat, & firmat.

LEX III.

1 *Mutuum a principio reprobatum ex postfacto non semper reprobatur.*
2 *Obligatio in origine licita in actu ex ea sequuto non consebitur illicita.*

Si filiusfamilias. Senatusconsultum Macedonianum locũ habet quando a prin. filiosa. est mutuatum, non quando precium ex venditione in mutuum est conuersum. h. d. Iste casus probatur ad literam. ff. eo. l. si
1 filius. §. j. † Et ex isto casu not. quod mutuum reprobatum a prin. non probatur ex post facto, si trahit originem ab actu illicito, & ratio dubitandi per se patet. Sed puto, quod gl. non intellexit, q̃ si Ius confessus fuerit se habere precium ex causa mutui. sed q̃ sim pliciter promisit reddere cum vsuris. ideo quærit de ratione dubitandi, & rñdet, q̃ ratio est quia cer. cond. competit ex ista stipulatione, sicut ex mutuo. Sed certè eo. modo potuisset dubitari de quolibet contractu. ex quo certum petitur. ideo præcedens posi-
2 tio melio est, licèt & hæc in se sit vera. † Et ex vtraq; not. q̃ vbi obligatio licita est in origine, similiter licita est iudicanda in actu secuto ex ea. Contra vtranq; opi. opp. de l. si filius. §. j. ff. eo. Sol. vt in glo. quia contractus venditionis ibi factus fuit in fraudem, vt ibi in litera patet. Oppo. q̃ non originalis obligatio, sed titulus obligationis actionis, qui de præsenti competit, spectetur: vt ff. de pe. l. 3. §. sed si filius, & ita allegat glo. fin. sed debet dicere. §. idem respondit. sed quia nec hic nec ibi Sol. dic f̃m Cyn. quòd hic titulus præsentis obligationis descendit ex eadem obligatione, qua titulus originalis, ideo considerat., ibi vero descendit ex alia obligatione, quę ortum habet in iudicio, ideo origo ibi non consideratur. quasi dicat hic trahit dependentiam ex causa antiqua: ibi ex noua tantum. Barth. de Saly.

LEX IIII.

1 *Filius consentiente patre mutuum accipere, & res patris obligare potest.*
2 *Voluntas patris macedonianum cessare facit, & in contractibus per filium factis operatur.*

do mulierem. secundo ibi: si tamen. Vel aliter, primo ponit dictũ
in genere. secundo illud exemplificat in specie. secunda. ibi: si ta-
men, & quælibet diuisio bona. Sali.

LEX XXI.

1 *Exceptio Velleiani an ad hæredes transmittatur.*

1 a Hæredes. †Exceptio Velleiani trãsit ad heredes. a h. d. op. de l. in omnibus. ff. de re. iu. & dicit. ꝙ hic
est speciale. Dy. verò dixit: Aut persona est immediata causa pri-
uilegij: & habet locum contrarium: Aut est causa mediata, quia
lęsio est immediata, & proxima, & tunc loquitur hic: qa mulier
pp lęsionẽ iuuatur, ideo transit ad hæredẽ ad instar bñficij resti-
tutionis in integrũ, ꝙ minori pp lęsionẽ ɔceditur. l. non solum ff.
de in integ. restitu. & l. nam, & postea §. si minor, de iureiur. quod
Cy. impugnat: quia quicqd est cã causæ est causa causati, & quia
fragilitas mulieris, q̃ est prima causa, magis influit, quam secũda.
Quare dicit Pet. ꝙ quædã sunt priuilegia, q̃ cõcedunt ex æquita-
te naturali: & illa trãseunt ad hæredes, vt hic: & d. l. nõ solũ. Quæ-
dam q̃ fauore personæ tñ, & illa non transeunt. vt in ɔ̃, & de his
plenius per Pe. in l. maritum ff. sol. ma. & per gl. & alios doc. in l. j.
ff. de consti. prin. & per Dy. in c. quod ob gratiam, de reg. iu. lib. 6.

ADDITIO.

a † Transit ad hæredes. Tu uide ultra Bald. hic, & in l. si sciens istum in allegat
l. si sciens, num. j. s. eod.

LEX XXI.

1 *Renunciatio generalis ad contractũ, super quo interponitur, est restringẽda.*
2 *Renunciatio generalis ad non cogitata non extendatur: & quando præiudi-
cet, & nume. 3. & 4.*
5 *Mulier, quæ renunciauit hypothecæ, quam habet in prædio per maritum ven
dito: an possit contra alios rerum possessores pro dotibus consequendis hy-
pothecaria agere.*

a Iubemus. a Primo dictũ, in quo renũciationes roborat. Scđo illas restringit & limitat. Tertio ad casus
pręteritos non decisos prorogat. secunda ibi: ita tñ. tertia ibi: his
1 scilicet.† In contractu per extraneum celebrato cum marito põt
vxor renunciare iuri hypothe. & generalis renunciatio nõ extẽ-
ditur vltra illum ɔ̃ctum: & habet locum hæc l. in casib. etiam præ
2 teritis, nondum sententia, vel transactione decisis. h. d.† No. ꝙ ge
b neralis renunciatio non extenditur ultra cogitata. b concor. sunt
in gl. Et est ratio: quia causa in specie restringit dictum in genere.
Itẽ no. ꝙ mulieres possunt renunciare suis hypo. Opp. quod gene
ralis renũciatio præiudicet generaliter, & non restringatũ: vt s. eo.
l. ẽt. Solu. ꝙ ibi non põt restringi ad aliquem ɔ̃ctũ: qa nullus erat:
3 hic sic, & vide quæ ibi dixi per Nic. de mat.† Oppo. ꝙ nullo mo-
do p̃iudicet: vt in auth. siue a me, quæ statim sequiẽ. Sol. quod qui
dam dicunt, quod illa corrigit istã: vel melius illa in suo casu spe-
ciali loquiẽ: videlicet donationis pp nuptias, in qua non erat sim
plex hypothec. qa & ipsius erat domina: hic vero in simplici hy-
pothec. veruntñ vnum hic attende, ꝙ sicut authen. illa in casu in
quo ualet renunciatio, requirit, quod in alijs rebus vir remaneat
soluendo: ita sm doc. dicendum est in proposito, vt ita demũ te-
neat renũciatio hypothe. si vir remaneat soluendo, & non aliàs.
Et est rõ: quia primo casu renũciatio nõ habeẽ instar donationis.
Scđo sic, argu. s. eo. l. ẽt, & ff. quæ in fraud. credi. l. si pignus. Addit
Bart. aliã rõnẽ: videlicet, qa marito non remanente soluẽdo vxor
obligatũ, nõ petere: vt l. vbi pactum s. de transa. & no. in l. si vnus §.
pactus ff. de pact. & sic reperiretur vxor pro marito obligata: & p
ɔ̃ns non tenetur: vt ĵ. eo. auth. si qua. hoc tenet Ia. de Are. in l. mę
uia §. fina. ff. solu. matrimon. & Dyn. ff. q̃ in fraud. credi. l. pignus,
4 & Ia. de Bel. in auth. ut immo. an. nup. do. colla. 5.† Opp. tertio sm
Ia. de Are. & Cy. ꝙ renũciatio non p̃iudicet: qa p renũciationem
vr̃ intercedere, & sic iuuatur Velleiano, sicut cum consentit rem
sibi hypothecatam alteri obligari: vt l. vir vxori §. j. ff. eod. Quidã
dicunt, quod hoc corrigit illam, sed truffa est. Alij vt Iacob. predi
ctus dicit, ꝙ maritus hic simpliciter ɔ̃xit, & sic personaliter tñ se
obligauit, non autem bona sua hypothecauit, sed quia hypo. vxo
ris præferetur isti personali: uoluit ɔ̃hens cum marito, ꝙ ipsa re-
nunciaret hypothecis, & sic hic nulla est intercessio. In ɔ̃rio hy-
pothecauit, & ipsa consensit, ideo intercedere dicitur, ista solutio
est in se bona, sed nimis vr̃ illam l. restringere. Quare alii dixerũt.
Aut renunciat iuri hypothe. & hẽt locũ l. illa. Aut cõsentit, & ha
bet locum l. ɔ̃ria, & sic per renunciationem non intercedit, sed
consentiendo, vt ibi. Hoc non placuit Cy. qa qui cõsentit obliga-
tioni, remittit ius pignoris ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. Paulus.
ff. qui po. in pig. ha. l. creditor §. fi. & ĵ. de admin. tu. l. cũ quidã, præ
terea dicit ipse, tex. hic in prin. dicit, vel per cõsensum proprium
renunciare, vnde qui consensit, renunciat, vnde tenet ipse so. Iac.
prædicti. Sed attende: qa verũ, est ꝙ renunciatio habet in se ɔ̃sen
sum, sed nõ hẽt in se intercessionẽ, nisi ɔ̃sensus adsit oblõni: qa ta
lis ɔ̃sensus hẽt uim pignorationis rei sibi obligatæ, ideo intercet
sio est, vt in ɔ̃. simplex ergo renunciatio non est intercessio, vt
hic, sed consensus adhærens hypo. sic ut ibi. Opp. quarto de auth.
si qua mulier ĵ. eod. Sol. qđ ibi obligauit se, vel sua bona, vel oblõ
ni suorum bonorum, uel sibi hypothecatorum consensit, pp qđ
intercedere pro marito dr̃. ideo ipso iure hodie illęsa seruaẽ, hic
solum renunciauit hypothecis, & talis renunciatio uim hẽt libe-
5 rationis in casu illo, non intercessionis.† Quæro mulier renũcia-
c uit c hyp. quã habet in p̃dio, quod maritus vẽdidit. postea ɔ̃ alios
rerum possessores ipsa agit hypo. pro dotib. suis cõsequendis, illi
offerunt ei debitum: sed petunt, vt cedat eis personalem, & hy-
po. ɔ̃, possessores aliorum bonorum, ipsa offert quatenus possit,
sed aduersus eum, qui emit a marito dicit, se non posse cedere, qa
renunciauit. illi replicant, quod non est audienda, & sic eam re-
pellere uolunt pp defectum cedendarum actionum: quæriẽ an
possint. Et vr̃, ꝙ sic per l. mulier ff. qui pot. in pig. ha. & l. stichũ aut
Pamphilum §. pe. ff. de so. & l. j. de fideius. In ɔ̃rium facit l. ista: qa
talis renunciatio in aliis ɔ̃ctibus vel rebus non habet præiudica-
re, vt hic, & per ɔ̃ns nec directo, nec per indirectum, vt ff de seru.
vrb. præd. l. si. & sufficere debet si cedat personalem, arg. ĵ. de lui.
pig. l. intelligere, & ff. ad l. Aquil. l. qui occidit §. j. & ĵ. de si. l. pigno
rib. & istam partem multi tenent. Et ad l. stichum §. pen. rñdent,
quod ibi in fideiussore, cui magis succurritur, quia ipse intercedit
isto prætextu, vt sibi iura cedanẽ, cũ soluit, vt ibi, & arg. ff. mãda. l.
si mandato §. fi. Nos in simplici possessore conuento hypotheca,
q hac mẽte non accepit possessionẽ, vt sibi iura cederẽtur, immo
ɔ̃ eius mentem, & cogitatum euenit, ut ei auferatur possessio. ɔ̃
fideiussorem autem sm mentẽ, & cogitatum fit exactio. & ita te
net Iaco. de Are. & Cy. dicit se ita de facto consuluisse, quicquid
dicat Specu. in titu. de renun. §. j. ver. sed pone. hoc idem sequitur
Bal. Quidam alij, vt dicit Cy. dixerunt, Aut mulier renũciauit pri
mo, & nõ secundo, ɔ̃ quem nũc experitur, & non potest iste se-
cundus, seu possessor ipsam repellere, arg. huius l. Et est ratio, qa
nullum ius fuit ei quæsitum ɔ̃ primum in cessione actionũ. Aut
econtra non renunciauit primo: sed secundo sic, & tunc si agatɔ̃
primum repellatur propter impotentiam cedendi ɔ̃ secundum,
quia statim cum primus possidet, fuit sibi quæsita exceptio cedẽ
darum actionũ in alijs bonis, in quibus mulieri tunc cõpetebat.
pro hoc inducunt quandam solutionẽ, quæ datur ad duas ll. quæ
videntur sibi ɔ̃riæ videlicet ad l. 3. §. pe. ff. quod quisq; iur. & ad l.
fi. ff. de pac. præcedens magis mihi placet, quia in isto posteriore
beneficium cedendarũ non uenit ex natura rei, seu obligationis,
sed potius accidentia quadam, & ideo nõ debemus dicere prius
esse sibi ius quæsitum in petitione huius cessionis, q̃ ɔ̃ eum aga-
tur, & res aduocetur, & ratio rationis est: quia nihil inter eum, &
mulierem aduocantem fuit ɔ̃ctum, vnde hoc resultare possit, &
sic potius ex quadam l. benignitate procedit. Auth.

ADDITIONES.

a ¶ Iubemus Ad hanc l. adde bonum tex. secundum unam lect. in l. si actione,
& ibi Bald. supra, de pac.
b ¶ Vltra cogitata. Adde d. Soc. consi. 14. incip. uisis ac diligenter, uer. j. q a posi
to. in j. parte, quod renunciatio generalis posita, ꝙ possit se habere ad plu-
ra, tamen si cã renunciationis in ea exprimatur, talis causa regulat causatũ.
c Mulier renunciauit. Adde Soc. consi. 200. incip. quoniam ex forma statuti cir-
ca prin. in 2. parte, ubi hoc idem allegat, & tenet.

AVTHENTICA.

1 *Vxor non potest consentire alienationi rei donatæ propter nuptias, nisi cer
ta forma seruata.*
2 *Vxor siue mulier rei propter nuptias donatæ domina censetur.*
3 *Donatio propter nuptias an sit mulieri pro dote hypotechata.*
4 *Renunciatio in rebus dotalibus facta sæpius an præiudicet mulieri, nu. 5.*

Siue à me. Primo dictum: secundo illatio: tertio exce-
ptio: quarto noui dubij remotio: quinto am
pliatio, seu priuilegiorum dotalium confirmatio: secunda ibi, in
1 hoc. tertia ibi, nisi, quarta ibi, absque, quinta ibi, idem est.† Vir nõ
potest alienare seu obligare rem donatam propter nuptias in p̃-
iudicium uxoris etiam consentientis: nisi biennio transacto con-
sentiat iterato, & tunc alia bona æquiualẽtia supersint viro, aliàs
mulieri contra possessorem competit in rem actio: dos vero in
immobilibus cõsistens nullo modo potest alienari, nisi ut prius,
2 priuilegia dotalia in sua firmitate manent. hoc dicit.† No. quòd
mulier est domina rei datæ in donatione propter nuptias. nam ei
datur in rem actio, ut hic, quæ aliter non daretur, l. doce s. de rei
a vendic. & est ratio, quia sicut vir efficitur dominus rei dotalis, a vt
ibi, & l. in reb. ĵ. de iure do. sic & vxor donat. arg. ĩ auth. ęqualitas,
ĵ. de

ADDITIO.

a † Vir efficitur dominus rei dotalis. Ego dixi de hoc plura post istum in addi.
ad eundem in l. doce ancillam, nu. 11. secundum no. maritum in apostil. in
eo. uer. & ibi dixi in apostil. ad Bar. in apostil. in ver. maritus C. de rei uen. &
de primo dicto in hoc uer. uide Bal. in auth. promissa C. de do. ante nup.

ɉ.de pac.do.& auth.dos data ɉ.de don ante nup. In hoc tñ est dif
ferentia,quia si vir lucretur fructus dotis,non tñ vxor fructus do
nationis,aliter eueniret, quod onera matrimonij essent sine cō-
modo fructuum. Sed dices tu, hoc placet cōstante matrimonio:
sed cur soluto matrimonio ei in rem actio cōpetit cū soluto ma-
trimonio res dotalis transferatur in dominium vxoris,vt ɉ.de iu.
dot.in rebus,& eodem modo rei in donat. propter nuptias datæ
dominium deberet transferri in maritum:quia,ꝙ ius statuit in do
te,& in donatione,vt d.authen. æqualitas. Ego respōdeo primo
cum gl.nostra,quod pactum interuenerat de lucrando. Vel ſm
Nic.de Mat.dominium reuertitur in uirum,si dos vxori est resti-
tuta.quandiu aũt dos non est restituta mulieri,dominium dona-
tionis remanet penes mulierē in securitatē dotis, & ita etiam te-
net Bal. hæc solutio nō placet, quia eadem rōne diceremus do-
miniū rei dotalis non reuerti ipso iure ad mulierem, nisi cum do
natio fuisset restituta viro,& sic ante restitutionem vnius non re
transferretur dominium alterius,quod non est de mente dictę l.
in rebus. Quapropter sto cum glo. vel dic,quod retransfert utile
non directo sine traditione.l.traditionib.s̃. de pact. vel ſm vnam
gl.hic positam,hic loquitur de hypothe.ac. q̃ est in rem, non de
3 rei vendi.sed hanc non tenet glo.& bene per d.l.in reb.†Quęro,
an donatio propter nuptias sit hypothecata mulieri pro dote.
Quidam,quod non:quia ipsa est domina, ergo nō potest esse hy
pothecata, vt ff. de reg.iur.l.neq; pignus.Sed ꝯ tenent doc.quia
pleno iure non est domina:cum fructus suos non faciat:& etiam
pp spem transferendi.argu ff.de ex.re.iudi.l.sextante §.latinus, &
ff.de cap.l.in bello §.si quis seruū. Quęro,quid si mulier iurauit.
dic, quod sacramentum non tenet de iure ciuili ſm doc. argu.s̃.
de legi.l.non dubium,de iure canonico secus,vt in c.cum contin
gat.extra, de iureiuran. circa quod uide c.peruenit.extra, de em-
4 ptio.& vend.† Quæro, an sæpius facta renunciatio in bonis dota
libus præiudicet mulieri. Dic,ꝙ non vt in gl.& ideo litera illa di-
5 cit,multo potius,quicquid quidam dixerint,vt in gl.† Quæro,qd
in reb.mobilibus.Dic,vt in dotalib.vt in ea.gl.In datis vero in do
nationem dixit, una glo.seruari ius antiquum. Sed doc.idem in
his,quod in dotalibus,vt si non possunt seruari,alienentur, si pos
sunt seruari,tunc seruetur solennitas huius legis.

LEX XXII.

1 *Intercessio secunda mulieris post biennium facta aufert ei beneficium Vel-
leiani.*
2 *Mulier an aliquo casu debeat certiorari de beneficio Velleiani.*
3 *Intercessio secunda mulieris post biennium facta an retrotrahatur ad tem-
pus primæ intercessionis.*

a **Si mulier.** a Si mulier intra biennium ab intercessione
prima numerandum eadem ratificauerit: si-
ue pignus,uel intercessorem pro ea præstiterit, sibi non præiudi-
cat,quominus Velleiano vti possit.Secus si biennio trãsacto hoc
1 fecerit.h.d.Vel breuius. † Intercessio secunda post lapsum bien-
nij facta aufert mulieri beneficium Velleiani.h.d.No.perseuerã-
tiam biennij cum actu reiterato præiudicare. si & actus reitera-
tus ex interuallo maius præiudicium adfert, quàm si mitteretur
incontinenti.Et est ratio:quia uno casu uidetur cessare fragilitas,
quæ fuit causa primi actus,alio casu secus.Item no.quod duæ cō
2 fessiones magis nocent,q̃ vna, vt in glo.† Querit Bald.an in casu
huius l.sit necesse, quod mulier sit certiorata de beneficio Vel-
b leiani, b & uidetur,quod sic,ut ff.eo.l.si §.si.Contrarium tenet ip
se:quia mulier non excluditur vi renuncia.tacitæ:sed propter so
lennitatem actus repetiti, ideo certioratio non requiritur, sicut
nec quando propter aliam causam excluditur, ut s̃. eo.l.si dota-
3 tæ,& ɉ.eod.l.si antiquæ,& l.pe.in fi. † Quæro,an hæc intercessio
post biennium facta trahatur retro ad tempus primæ interces-
sionis. Et vr̃, quod sic per l.fi.s̃.tit.j. & per hanc literã, dum dicit,
vltro firmauit,quod præteritum concernit, maximè cum confir
matio respiciat tempus confirmati, vt ff.de lib.leg.l. Aurelius §.
testamento. Contrariũ tenet Bal.quia obligatio prima nō tenet,
sed ex continuatione,& coniunctione facta cum secunda,modo
sic,quando actio cōsistit ex duabus causis simul iunctis a postre-
mo actu,in quo est perfectio formæ,actio ipsa sumit exordiū: ut
ff.qui po.in pig.ha.l.potior.in prin. & ff. ad Trebel.l.si qs priore.
Item,quia hæc secunda cautio est factum potestatiuum, ergo re
tro non trahitur d.l.potior,& l. qui balneum, sed melior uidetur
ratio: quia si traheretur retro, esset uitiosa, & nullius effectus,qa
ante biennium est prohibita,uel nullius effectus,ut hic.facit l.ob
seruare §.fi.ff.de offi.procons.& hoc probatur ex illa l.in fin. ubi
considero, quod omnia verba tempus præsens,non præteritum
concernunt, & ideo & pignus & intercessorem vtiliter dicitur
de præsenti dare, cum secundo cauet, transacto biennio, & sic
prius facta ad præsens trahitur, non econtra, & hoc est maximè
notandum propter intercessorem, & hoc scire est vtile propter
alios creditores. Salic.Authen.

ADDITIONES.

a ¶Si mulier. Ad hanc l.uide not.per Bal.in auth.si qua mulier ɉ.eo.
b †Certiorata de beneficio Velleiani. Adde ultra Bar.in l.gñaliter,nu.2.& ꝙ ibi
posui in add.ad ipsum,in uer.certiorata ɉ.eo.ubi dixi ꝙ per clausulã q̃ com
muniter in contractib.opponitur certiorata de beneficio Velleiani nō pro
batur certioratio,ita no.gl.Ang.& doc.in Authen. quo opor.epis.§. igitur,
in uer.interroget.coll.8.Alex.in l.sciẽdum,col.14.uers.sed quid si in instrũ
mento,& ibi concord.ad satietatem ff.de uerb.obli. dixi post collecta, in c.
quoties,nu.4.in apost. in uers.licet notarius. extra, de pac.& melius in c.
peruenit,nu.2.in uers.tunc debet renunciare.extra,de emptio. & uen.no,
Fed.de Senis consi.299.incip.quæritur,& Pau.de Cast.consi.332.

AVTHENTICA.

1 *Mulier se aut sua bona pro marito obligans seruatur indemnis.*
2 *Priuilegium mulierum publico bono præferendum.*
3 *Velleiani materia an hodie sit correcta.*
4 *Mulier obligans se pro socero filio viri,vel fratre,iuuatur Velleiano.*
5 *Renunciari non potest legi prohibitoriæ.*
6 *Confessio ex consequentia consensus inualidi procedens non probat.*
7 *Mulieri iuranti in instrumento rem suam a marito venditam in suam utili-
tatem conuersam,quando stetur.*
8 *Vir & vxor in eodem instrumento non possunt se debitores constituere prin
cipales.*
9 *Vxor principaliter se obligãs nō tenetur & si maritus pro ea fideiubeat.*

a 1 **Si qua mulier.** a † Hodie mulier consentiens obli-
gationi viri,vel se, aut eius bona pro
marito obligans seruatur indemnis ipso iure, nisi quatenus pecu
nia probetur in rem eius versa.h.d.Expone tex.& supple ibi pro
prio uiro, quid si socero, vel viri filio,aut eius fratri,infra dicam.
ibi,scribat, dic per se,vel per alium.ibi,obliget. dic vel patiatur a
marito obligari. vt supra, eod.l. si sciens, quia & hæc intercessio
est,dummodo sine fraude faciat,ut s̃.eo.l.si sinc. in fi.Idem dico,
si res sibi obligatas consentiat alteri obligari: quia & hæc inter-
cessio est,vt ff.eo.l.vir vxori §.j.& dixi s̃.eo.l.iubemus.ibi,valere.
dic. & hoc quo ad mulierem. Quantum autem ad virum valet,
ut s̃.eo.authen.siue a me.ibi valere,aut tenere,& quia disiuncti-
ua disiungit diuersa. dic,qd non valeat quo ad agendũ,nec tenẽt
quo ad excipiendum.ibi,multoties, ex hoc videtur corrigi l.præ
ter, quod dico uerũ vbi vxor intercedit pro viro. nam licèt post
biẽnium nouam exponat cautionem,non propterea ei præiudi-
cat, vt hic.si autem pro alijs personis secũdo intercederet,rema-
net incorrecta l.præcedens, & intelligo pro aliis personis,in qui-
bus non sit idem ius, quod in uiro,ut ɉ.dicam ibi.siue publicum.
2 † Not.singulariter istum tex.quia hic habes,quod propter debi-
tum publicum non receditur a priuilegio mulierum.& quo se-
quiĩ,quod in casu nostro mulier præfertur reipublicæ.vel latius,
qd in priuilegijs parib.in dubio mulier præfertur reipublicæ. Pe
cuniam ex hoc videtur, quod in mutuo tñ locum habeat lex il-
la,& pro hoc facit, quod in princ. dicit crediti instrumento.Sed
Odoffr.& Nico.de Ma.dixerunt,quod in quocunq; ꝯctu loquiĩ:
quia credere est verbum generale l.1.& 2.§.creditum ff.si cer.pe
ta.& similiter.verbum, pecunia l.2.§.fi.s̃. de consti. pecu.& quia
quãrũ ad illam materiam eadem est ratio in omnibus, ergo &c.
Sunt.n.sermones secundum subiectam materiam intelligendi l.
si vno.ff.loca.Opp.de l.præter.Sol.vt dixi s̃.Oppo.de auth.siue a
me.ver.nisi s̃.eo.Sol.ꝙ hæc corrigit illam, vel ibi in don.propter
nup.Opp.de l.iubemus s̃.eo.Solu.ibi in simplici, & mera renun-
ciatione,hic in intercessione.ut ibi dixi.Quæro cum glo. quid si
b mulier iurauit,b dicit gl.ꝙ iuramentum ei non nocet,& quando
ſm doc.qa hæc lex procedit prohibendo, & factum annullãdo,
3 ergo &c.vt l.nō dubiũ s̃.de leg. † Quæro, an hodie p hanc auth.
materia velle.sit in totũ correcta,quidã quod sic: qa aut pecunia
non est versa in utilitatẽ mulieris,& tunc est ipso iure tuta:vt hic
in prima parte. Aut est in eius vtilitatem versa,& tunc in effectu
tenetur: vt hic in fina. Sed glo.hoc reprobat,& etiam doctores,
quia correctio.l.in dubio est vitanda. Dicendum est ergo,quod
hæc lex corrigit solum in casu,quo mulier intercedit pro viro.in
aliis igitur remanent iura priora incorrecta. Et subiũgit gl.quod
hoc probatur clare in Auth.de here.abintesta.§. ex his, q̃ est po-
sterior ista,ut in gloss.Sed in hoc malè dixit: quia hæc est illa po-
sterior:sed puto in hoc gloss.esse corruptã.Quæro tunc, quę fuit
ratio huius iuri noui.Respondet glo. quod donationes sunt pro-
hibitæ inter coniuges,&c.hæc ratio nihil ualet:quia potest inter
cedere non animo donandi marito, & tamẽ ipso iure esset tuta,
vt hic.Item si illa esset ratio,sequeretur,ꝙ maritus nō posset obli
gari pro vxore,quod l.nō cauetur.quare doctores dicũt,ꝙ legisla
tores cōsiderauerunt,quod faciliter inducuntur a uiris vxores ad
has obligationes,& quia non audent,nec ualẽt eis resistere l. uo
luit p eis occurrere.facit,quod no.ff.qua. rerũ actio.nō da.l.j.§.j.
4 † Quæro ab extra, hic loquitur, quando uxor consensit proprio
uiro. Sed quid si pro socero,uel filio uiri,uel fratre uiri in eadem
potestate cum viro existenti, an uendicet sibi locum hęc lex.Re
spondet Nico.de ma.quẽ sequitur Bal.quod sic: quia ratio huius
legis

ADDITIONES.

a †Si qua mulier.Limita istam auth.in uxore dante,uel promittente pro mari
to dante dotem filiæ, uel alicui fauore dotis,secundum Bald. in l. j. & ꝙ ibi
not. Alex,in addi.ad ipsum ff.solut.matr.pro quo fa.l.fi.ɉ.eo. & l. cum uxor
uisum ff.de iure dotium.
b ¶Iurauit, Sed quid, an mulier iurando non contrauenire præsumatur scire
beneficiũ Velle.& ei renũciare uide gl.in l.fi.§. pe.ff.ad Velle.io.de Por.in l.
sciendum,& in l.si quis cum aliter,de ver,ob.Frau.Por.in l.3.ff. de fid.iuss.

legis est, qa donationes sũt phibitę inter eos,vt hic in gl.Sed hęc
ratio vẽdicat sibi locũ etiam in his psonis. vt patet ff.de dona.in-
ter virũ,& vxo.l.3.§.q in potestate. cũ sequen. In contrariũ facit,
qa primo hęc nō est rō huius noui iuris.vt dixi in pręcedẽti qōne.
Secũda,quia hæc l.venit correctiuæ in viro.ideo extra personam
viri nō est extedẽda arg.ff.sol.matri.l.si verò§.de viro. nisi sustinẽ
do dicas, qd in his psonis cōtẽplatione viri præsumitur facere. &
sic pro viro pōt dici intercedere.ar.l.pfectitia.ff. de iure do.& l.si
plures.§.i arrogato.ff.de vul.& pup.cũ si. Quęro, an huic auth.
possit renũciari.Iac.de Are.& Cyn.quod non,qa hoc est ius pro-
hibitorium,& sic ei renũciari nō pōt: qa renũciatio cẽset impro-
bata.sic, & l. donationem inter coniuges prohibenti non posset
renunciari.nec l.phibenti rẽ minoris sine decreto alienari. Itẽ,
quia qua ratione intercessio est ipso iure nulla,eadẽ rōne,& renũ
ciatio ista. pro hoc accedat etiã,qd gl.hic de iuramẽto no. vt s̃.di
6 xi.† Quęro pone,qd in eodẽ instrumẽto, quo cōsentit,ipsa fate
tur pecuniã in eius vtilitatẽ versam, an hæc confessio sufficit ad
huius rei probationẽ.Nico.de ma.quẽ sequitur Bald.dixit, quod
non,quia hæc confessio procedit ex cōsequẽtia cōsensus inanis,
& vacui.Itẽ,qa sicut nō potest renũciari,vt dixi,ita nec in elusio-
nem huius authen.confiteri.Item, qa inter prohibitos confessio
psumitur simulata.vt ff.de pba.l.qui testimoniũ. Nec ob. ɉ.eo.
l.antiquæ,versi.sed si quidem.qa ibi qñ confitetur,se pecuniã pro
intercedendo recepisse.& sic casus est ibi diuersus. Sed pone,ꝙ
mulier confitetur in iudicio pecuniã in eius vtilitatẽ versam, an
sufficit.Dicit Nic.de mata.quod putat, ꝙ sic,si faciat in figura iu-
dicij,nō aliàs:arg.l.nec si voles.& l.cum affirmes. & l.iubemus.in
7 fra.de lib.cã.† Sed quid si in confessione facta in instrumento iu-
rauit, an tũc stabit iuramẽto,vt sic dicat in ei' vtilitatẽ versa. Bar.
in alia quæstione consuluit,quod sic:puta cũ vir, & vxor vẽdidis-
sent simul rẽ dotalẽ, & confessi fuissent ambo preciũ recepisse,
& iuramentũ pstitissent,vt est moris.Dixit enim,quod sol.ma.nō
poterat mulier nisi dimidietatẽ repetere, cum probaret p instru-
mentum ipsam dimidietatem recepisse.l.reos.§ cũ in taber.ff. de
duo.re.& iuramento est standũ.vt extra.de iureiu.c.cum ꝯtingat.
& c.mulieres. Sed quidquid sit de iure canonico, ꝯtrarium videt
de iure nostro: quia ex cōfessione nō psumitur ad eã peruenisse,
nisi pbat realiter ad eã puenisse, vt dixi in alia quęstione secũdũ
Nic.de ma.& maximè qñ simul fatet cũ viro: quia maxima viri
reuerentia huius confessionis videt causa.ar.eorũ,q̃ no.ff.qua.re.
ac.nō da.l.j.§.nec obstat iuramẽtũ p ea, quæ hic no. gl.& dixi in j.
q.Itẽ, qa iuramẽtum in casu nr̃o non habet annexã dispōnẽ, sed
simplicem assertionem continet.ideo ei nō stat, vbi de verò actu
probationis,& versionis.l. disponit ppter fraudẽ euitandã, vt est
hic.& pro hoc facit.ff.de le.3.l.cũ quis decedẽs.§. titia. Nec ob.§.
codicilis.in ea.l.quia ibi iuramentum hẽt dispositionẽ annexã.&
etiã ibi nulla est suspicio fraudis, vt not.in dicto.§. titia. Quæro,
an multũ post sñiam poterit opponere exceptionẽ in eius vtilita-
tem pecuniæ non versæ.Dicit Nic.de ma.ꝙ sic:qa loco exceptio
nis velleiani subrogat.ergo pōt opponi.ff.ad maced.l.tamẽtsi. &
hoc nisi ante sñiam fuisset opposita,& reiecta.ar.s̃. de fide instr.l.
8 fi.† Quæro vir,& vxor in eodẽ instrumẽto cōstituũt se principa-
les debitores,an tenet ꝯctus.videt qd nō:qa tacite viro,consentit,
qd est prohibitũ.vt hic.Itẽ mulier intercedere videt.vt ff.eodem.
l.vir vxori. §.j.& l.seq.Ia. de Bel.hanc partẽ dicit verã,nisi probet
pecunia in eius vtilitatem versa. & ita notat ipse in corpore: licèt
dicat aduocatos multos tenere contra. Et qdam moderni dicũt
la.verum dicere,nisi iuramẽtum interuenerit.sed,& tũc vide, qd
9 s̃.dixi.† Quæro,quid si mulier principaliter se obligat,& maritus
pro ea fideiubet.Dicit Nic.prædictus, ꝙ ipsa nō tenetur:qa color
quæsitus præsumitur.& pro intercedente habetur, nisi probetur
pecuniam versam esse in eius vtilitatem.vt hic.

LEX XXIII.

1 *Intercedens pro precio non iuuatur Velleiano.& nu.2.*
3 *Precium intercessionis quomodo probatur.*
4 *Nouator non attenditur, an soluendo sit,necne,vbi nouatio facta est.*
5 *Mulieres pro alio intercedentes quando illæse seruentur, & quando non.*
6 *Instrumentum non seruata forma debita confectum censetur inualidum.*

Antiquę. Diuiditur in duas vsque ad §.ne autem.quia
primo loquitur, quando mulier est idonea
in facultatibus. secundo quando non est idonea. secunda ibi:
sed si minus. Prima in quatuor. quia primo quando mulier con
fitetur sponte, & de præsenti. secundo, quando contra eam pro
batur publico instrumento, trino; teste subscripto. tertio quan-
do per eius confessionem, nec per publicum instrumentum hoc
probatur, sed aliter. quarto qñ nullo modo probatur. secunda
ibi: sed si quidem. tertia ibi si autem. quarta ibi: si uero. Mu-
lier aliquid recipiens, vt intercedat pro alio, non iuuatur Velle-
iano, & probatur receptio tam per eius confessionem, quàm
per publicum instrumentum, ac etiam per testes idoneos. h.d.
1 † No.ꝙ precium intercessionis facit cessare beneficium Velle-
iani,& iste est vnus casus singularis.Itẽ no. ꝙ hic instr̃m cōfessio
natum plenã fidẽ facit. Cica quod quæritur, an possit contra in-
str̃m probari contrarium,& videtur,ꝙ sic:vt s̃.de proba.l.cũ preci
bus.& ɉ.tit.j.per totum. Contrariũ determinat gl.qa hæc l.nō tã
probat, quàm etiam præsumptionem iuris, & de iure inducit: &
sic probatio in contrarium non admittitur: vt ɉ. arb.tu.l.fi.s̃.ti.j.
l.fi.Et istam partem communiter tenent doc. quia hæc lex nō tã-
tum præsumit:sed super pręsumpta obseruantia statuit, & dispo-
suit:& ideo præsumptio iuris, & de iure iudicat quicquid hic di-
2 cat Pe.† Quæro secundo:qa tex.dicit si aliquid acceperit,an suffi
ciat modicũ, qd accepisse, vbi pro multo,seu maxima quãtitate
intercessit. Dicit Cy.ꝙ doc.quidam dixerũt, ꝙ tunc nō iuuatur,
cum pecuniam recepit sufficientem ad quantitatẽ,pro qua inter
cedit:aliàs si modicam reciperet:tunc iuuatur, ne lex videat im-
posita verbis tñ:vt l.2.in fi.ɉ.com.de le. Item quia modicum po
test dici nullum.ar.l.apud celsum §.si quis ex cau. ff. de do.exce.
Ista sententia non uidetur bona: quia hoc esset de indubitabili,
& de casu p leges antiquas deciso,quib.cauetur, ꝙ mulier p eo,
quod recipit,non iuuat Velleiano,vt ff.eo.l.si mulieri,& l.si mu-
lier ꝯ se.Præterea quis esset ille fatuus, qui mulieri totum,uel tã-
tumdem daret, quantum expedit sibi mutuo recipere, & etiam
unde haberet,si sibi tantundem expediret mutuo. Ideo alij dñt:
Aut ipsa recipit tñ pro primo, ꝙ mouisset quemlibet discretum
hominem ad se obligandum pro illo: & tunc quia non interces-
sit ex fragilitate,sed ex propria vtilitate, non iuuatur Velleiano,
vt hic. Aut discretus homo non intercessisset pro illo: & tũc iuua
bitur Velleiano. huius aũt cognitio in iudicis debet relinq arbi-
trio.ar.ff.de ver.obl.l.si ita quis §.Seia, & ita dicit Bald. Mihi vr̃ ꝙ
tex.iste hoc non ꝯsiderauit, & ratio est, quia esset dare casum,q
fragilitati imputari posset: & sic ei succurretur. Et ideo mihi vr̃,
ꝙ quantũcũq; sit illud,dummodo propter illud ĩtercesserit:alias
non intercessura, ꝙ ipsa non iuuetur Velleiano: & hoc vult illa
litera,si bene ponderetur.Et est ratio:quia de beneficio non vide
tur curare,immo potius renũciare,& in opprobrium, & iniuriã,
seu delusionem l.dicitur hoc facere.ideo ab ea iuuari non debet.
arg.ff.de mi. l. auxilium. in fi. Quæro tertio circa ver. si autem,
quia text.dicit, actore hoc non probante, mulier iuuatur Velle-
iano: an hoc hodie sit correctum per §. ne autem ɉ. ea.l. & dicit
3 gl.ꝙ sic:& sic ipso iure erit illæsa. † Quæro,quid si ad faciendum
fidem de precio intercessionis creditor producit instrumentum
priuatũ inter mulierem, & debitorem factum,an sufficiat.Petr.
& Cy.quòd non,arg.l.fin.ff.de interr.actio.

§.Sed si minus. Mulier, quæ alterius obligationẽ
nouauit, & ob eã cãm pecuniã ac-
cepit,prius excuti dẽt: & inquantum non est soluendo, restituiĩ
actio in ueterem debitorem.h.d.no. quia iste casus non est alibi.
4 Opp.ꝙ nouatione facta non consideretur,[a] an nouator sit soluẽ
a do,uel non.l.inter causas §.abesse ff.mand.& l.qui satisdare,in fi.
ff. de fi. Istud ꝯrium varijs modis solutum fuit antiquitus: vt hic
per Cyn. quia quidam dixerunt, ꝙ hic tempore intercessionis
mulier fuit soluendo,& postea inops facta,arg. l. promittendo §.
j.ff.de iure do. Alij, ꝙ hic mulier intercessit periculo mandantis.
arg.ff.manda.l.si mandato §.fin.sed hæc diuinat. Alij, ꝙ contra-
ria procedũt,ubi sciuit eam non esse idoneam:hic uero lex loq-
tur ubi ignorauit:& ita no.in d.§.abesse.Sed hęc solutio hẽt gl.si
bi oppositam in d.l. qui satisdare, q̃ non currat sciuerit,uel igno-
rauerit.Vnde dicendũ est,quod in illa nouatione, quæ fit p inter
uentum mulieris,est speciale.& est ratio,quia olim p senatuscō-
sultum mulier subducebatur,& restituebatur actio in antiquum
debitorem,siue mulier esset soluendo,siue non: & siue creditor
sciuerit, siue ignorauerit:nunc autem per illam l.est additũ,quod
si pecuniam recepit pro intercessione, mulier non iuuetur Vel-
leiano: sed prius excuti debet,& in subsidium in antiquum debi
torem perueniat,ut prius:& sic in casu etiã quo sciuerit,uel igno
rauerit eam idoneam,vel non,sicut olim. Addit Cy.ſm Pet.ꝙ ad
hoc ut iste §. habeat locum,creditor debet ignorasse mulierem
pecuniam pro intercessione recepisse,ꝙ ignorasse creditur,argu
men.l. quanquàm ff. eodem.l.uerius ff. de probatio.ꝙ trusta est,
quia contra casum huius l.in versic. si autem. Et quia tanto for-
tius creditori debet succurri, qui non facit contra, l. sciens sena-
tus beneficium eo casu mulieri non prodesse ff.de minori l. deni
que §.sed utrum,versic.proinde,in iussu. Salyc.

ADDITIO.

a † Nouatione facta non consideretur,&c. Adde inquantum iste hic innuit,ꝙ
quando fit nouatio,non excutitur principalis, sed fideiussor, & alias limi-
tationes,uide per And.Barba.in cle.j.de uerb.oblig.

5 **§.Ne autem.** † Hodie mulieres intercedentes pro
alio seruant ipso iure illęsę: nisi se obli
gauerint in instrumento publice ꝯfecto,& a tribus testib. subscri
pto.hoc dicit.Et multum not. ſm intellectum Bul.qui uerus est.
Et expone literam ibi,interponunt,scilicet in casibus,quib.obli-
gantur,sed Velleiano iuuantur, ibi,confessionem.i. intercessio-
nem.ibi,obligari,scilicet ipso iure. Sed an tunc iuuetur Velleia-
no,vel non,dic,vt sequitur,ibi,introducta sunt,ex hoc clare appa
ret, quod in casu huius publici instrumenti nihil de iure anterio-
ri innouat,& ideo etsi pcium non recepit pro intercessione,dum
modo obligata sit in instrumento publico,& a testib.subscripto,
non iuuet Velleiano,& si nō est obligata instrumẽto publico tri
no teste subscripto,tunc ipso iure seruat illęsa,vt sequit. Quod in
tellige in casibus,quib.Velleiano iuuabatur,& illo casu iura anti
qua

qua corriguntur.In casib.autem in quibus obligatur, & Velleia-
no non iuuatur,& illa est intentio huius §.secundũ Bar.Et istam
opi.tenent glos.& doct.& ego sequor,quia minimè,sunt mutan
da, &c. Sed Mar. videtur dicere ꝯ, & prima facie videtur,quod
Mar.dicat veritatem in parte,quia ille ver.sinautem. venit aduer
satiuè ad princ.huius §.Sed in præcedenti dicit,quod vbi obliga-
uit se publico instrumẽto,remanẽt iura anteriora, q̃ de interces-
sionib.fœminarum tractant,ergo,& in hoc versi. sinautem. erit
casus, quod vbi in publico instrumẽto non se obligãt,antiqua iu
ra non remanent incorrecta,sed correcta: quia ipso iure seruant
illæsa.Et sic vr̃ solum distinguendum.Aut publicum instrumen-
tum trino teste subscriptum interuenit,vel non, & s̃m hoc prin-
cip. huius l.erit correctum in ea parte,in qua dicit mulierem nõ
iuuari, si pecuniam recepit, licèt per publicum instrumentum se
non obligauit.Sed hoc non ob.primam partem teneo: quia non
est verisimile,quod Imperator statim corrigat,ꝙ supra cum tan-
ta subtilitate in ea.l.dixerat.l.nam ad ea. ff. de condit. & demon.
& l.si quando in prin.ff.de inof.testa.Secundo quia casus est con
tra Mar.in l.seq.licèt ipse dixerit illas correctas,quod nõ est dicẽ-
dum,quia illæ sunt posteriores.Ad hunc versic.sinautem. respõ-
deo,quod intelligi debet, vbi poterat implorari auxilium Velle.
6 vt probat litera ibi,vt nec senatuscõsulti,&c.† Quæro ab extra po
ne,quod instrumentũ publicum intercessit : sed non est trino te-
ste subsignatum,sed bene interfuerunt tres testes a tabel.scripti:
an tũc sufficit,videtur,ꝙ non,quia a solẽnitate legis,seu a forma
data ꝑ legem receditur,qua deficiente annullat̃,quod agit̃.argu.
s̃.de leg.l.non dubium , & ff.de censi.l.forma. Contrarium puto
verius, quia hæc l. considerauit quandam antiquam obseruãtiã ,
quę erat,vt testes se subscriberent in instrumentis publicis.& ita
etiam seruatur hodie in regno Apuliæ. vbi igitur hæc obseruan-
tia non habetur , sufficit consuetudo patriæ , seu regionis, vt illa
seruetur, tãquàm illius loco subrogata: & pro hoc induco specia
liter,quia mulier,vt mater, & auia,quæ obligatur in instrumento
tutelari , quod a testibus non subscribitur, tenetur , licèt iuuetur
Velle.nisi ei renunciaret,vt in Auth.de hęr.abinte.§.ex his.colla.
9.& j̃.quãdo mul.tut.offi.fun. po. authen. matri,& auiæ.Et fortè
duo testes sufficiunt in instrumento decretionis tutelæ,& ꝑ cõ-
sequens,& renunciationis. Quæro,quæ ratio potuit mouere Im
peratorem ad huiusmodi differentiam faciendam , videlicet,an
obligetur per instrumentum publicum,vel non Respondeo, ne
faciliter se obligent , vt hic in princ. nam per experientiam vide-
mus, ꝙ mulieres , & rustici per instrumentum nolunt obligari ,
sed sine eo faciliter promittunt. Sali.

LEX XXIIII.

1 *Seruus appellatur domini famulus.*

Veterum. Primo quæstionis decisio,secundo ratio, se-
cunda ibi : satis enim . Fauor libertatis facit
cessare Velleia.h.d. Vel sic.mulier intercedens pro seruo, vt con-
1 sequatur libertatem,non iuuatur Velle. h. d. † Not. quod seruus
famulus domini appellatur . & attendendum , quod ratio huius
legis est,ne dominus seruum perdat , & præmium pollicitũ non
habeat, quod faceret,quia libertas præstita non reuocatur , & sic
in pristinum statum dñs reponi non potest,vnde mulier nõ sub-
ducitur,ne dominus damno afficiatur,& ista ratione attenta,idẽ
videtur dicendum in quolibet casu simili. Bartho.

LEX XXV.

1 *Dos ex pollicitatione sola debetur: sed ex sola actio non datur.*
2 *Beneficium Velleiani decem cessat casib.& an possit ei renunciari, & nu.3.*
4 *Beneficio Velleiani,an possit renunciari.*

Generaliter. Primo dictum. Secundo ratio. Secũda
ibi: neq; enim.Dotis fauore cessat Vel
leianum.h.d. Vel sic. Si maior ætate masculus,uel fœmina dotẽ
1 pro muliere promiserit , Velleianum cessabit.h.d. † Nota, quod
ex sola pollicitatione dos debetur: licèt ex sola pollicitatione re-
gulariter non detur actio.ff.de pollici.l.j.§.j. Alia priuilegia dotis
ponit gloss.j.quæ per te vide.Item nota, quod propter dotem nõ
solutam de facili vxor repellitur a viro.Item nota,quod fauor do
tis maior est,quàm Velleianum.sed non est maior priuilegio ęta
ti concesso. Item nota , quod inter duo priuilegia maius præfer-
tur minori,concor.l.verum §.fin.ff. de min. sed vbi sunt paria, &
quælibet tractat de damno melior est conditio conuenti . Secus
si conuentus tractat de lucro , vt ff. de min.l.si minor xxv.ann.fi-
4 liota.† Quæro, quæ faciant cessare beneficium Velleiani. Gl.di-
cit,quod nouem:sed adde decimum , quando intercessit mulier
apud minorem, & principalis non est soluẽdo.l.si apud minorẽ,
3 ff.de minor . † Quæro secundo,& in dubium reuoco id,quod gl.
dicit de renunciatione , & sic an beneficio Velleiam renunciari
possit, & dicit gl. quod sic,& idem nota s̃.eod.l.j.& mouentur ꝑ
l.fina.§.penul. ff. eodem, & per text.j̃. quando mun.tu.offi.fun.
po.authen.matri.& auiæ.& in corpore,vnde sumitur. Item quia
potest exceptionem non opponere ff.ad Maced.l.tametsi . Item
potest per regulam generalem : quia unusquisque potest renun-
ciare fauori pro se inducto.l.pen.s̃.de pac.& l. iudex circumuen-
4 to ff.de mi.† Sed Iac. de Ra.Pe.& Cy.& Nico.de Ma.& multi a-
lij dicunt,quod non potest in contractu.Et est ratio : quia ex ca-
dem fragilitate,qua se obligat, ex eadem renunciat. & subducta
a debitore iuris præsumptione.vt ff.eod.l.j.in fi.ideo ei est subue
niendum aduersus renunciationem, sicut aduersus obligationẽ,
vt l.doli.versi. diuersum ff. de nou. & pro hoc specialiter inducit
Nico. præd.s̃. cod.l. si mulier.ibi dum litera dicit,quia ad hoc ex
consequentia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit. nã
& hæc renunciatio potest dici secunda iactura ex eadem fragili-
tate proueniens.& pro responsione ad cõtraria, ut bene loquar,
sic distinguit.Aut mulier intercedit,uel fideiubet pro uiro:& tũc
qualitercunque intercedat in scriptis, vel non, non valet ipso iu-
re,nisi quatenus in eius utilitatem est versum,vt s̃.e. auth. si qua,
& ideo renunciatio non tenet. Aut pro extraneo: & tunc aut in
aliquo ex casibus hic notatis,in quibus cessat Velleia.& tũc , qa
in effectu tenetur , frustra de renunciatione tractatur , ualet tñ.
a Aut in alio casu,q̃ de prędictis:& tunc aut non est certiorata [a] de
beneficio,& eius effectu,& non tenet renunciatio. vt nota.ff. de
verb.oblig.l.sciendum, & ibi per Dy. & doct.Aut fuit de prædi-
ctis certiorata.& tunc aut intercessit sine publica,& solenni scri-
ptu.& tunc ipso iure est tuta. nec valet renunciatio.vt s̃.eodem l.
antiqua.§.ne autem.versi.sinautem,nisi intercessio noua fiat in iu
dicio,similiter,& renunciatio. ff.eo.l.fi.§.pe. quæ ad literam loq-
tur in hoc casu,& hoc operatur rigor iudiciorum . Aut interces-
sit publica, & solennis scriptura : & tunc aut renunciatio est ne-
cessaria,quia secundum l.dispositionem facta:& tunc valet,vt di
cta authen.matri,& auiæ. Aut est voluntaria instrumento inter-
cessionis facta,& illo casu sunt opiniones.nam glo.tenet, ꝙ ua-
let per rationem,quia potest non excipere,vt d.l.tametsi.Sed hęc
ratio non ualet:quia & filiusfam potest non excipere de Mace.l.
tametsi,& tamen non potest ei renunciare,vt not.s̃.tit.j.l.fi. Item
arg.non est alio respectu bonum,nisi quia quædã possunt omit-
ti,quæ non remitti,ut s̃.de iura.cal.l. 2. §. sed quia ueremur.Item
mouetur glo. per regulam generalem, quia vnusquisque potest
renunciare fauori pro se inducto. Sed prædicti doctores,qui te-
nent contra.respondent,ꝙ fallit in casu isto duplici ratione , vna
quia ex consequentia fragilitatis eiusdem,qua intercessit,præsu-
mitur renunciare,& sic ei succurritur : ut s̃. cod.l.si mulier.Alia
quia dolo, & fraude debitoris credit̃ iuris præsumptione ad hoc
inducta.vt ff.eo.l.j.Et hoc quidam Moderniores,ut Bar.& sequa
ces fatentur , nisi biennio elapso renunciauerit. ar.d. l. si mulier,
b uel nisi super renunciatione iurauerit,[b] quia iuramentum de fa-
cili excludit a beneficio,licèt non a iure dicendi nullum , ut not.
in authen.sacramenta puberum,supra si aduer.vend.& l.non du
bium supra,de legi.Et hic sit finis. Salic.

ADDITIONES.

a ¶Non est certiorata.Quòd mulier si renunciauerit beneficio Velleiani,non ꝑ
iudicat sibi,nisi fuerit de tali beneficio certiorata,uide ꝑ dom.Soc.cõs.263.
incip.capio primum consultationis.uer.j. ꝙ immo circa fin.in secunda par
te,& adde quod mulier uigore renunciationis omni iuri ll. auxilio & fauo
ri potest personaliter capi.ut per præfatum dom. Soc.consi.280.incip.dili-
genter puncti narratione.uer. confirmatur hoc,qa in dicta parte. Et adde ,
ꝙ debet mulier in contractibus certiorari de benefic. uel le. a iudice,non a
notario,& si dicatur in instrumento,quod fuit certiorata a notario,nõ ua-
let.Fed.de Sen.in consi. 198. Pet. de Suza. hic,sed consuetudo est in contra-
riũ, ut per Alex.plenius in l.sciẽdum 12.col. de verb. obl. Itẽ si renunciatio
est facta & notarius in instrumento dicat,ꝙ certiorata renunciauit,non no
cet,si interrogatus notarius,quid sit Velleianum,respondeat nescire. Albe.
de Rosat.& Alex.in l.pen.§.fin.ad Velle.quod Alex.reprobat in d.l. sciendũ,
12.colum.de ver.obl.& adde, ꝙ in quacunq; renunciatione debet certiora-
ri.Ioan.And.fin.in c.2. de pactis,in 6.& Alex.in l.si mulier ff.ad Velleia. nisi
quando renunciatio fit de constit.legis, ut in casu auth.matri , & auiæ j̃. qñ
muli.tu.offic.s̃m Alex.ubi s̃.& Bal. fin.in l.j.ff. si quis in ius uoc. non ier. &
Alex.in d.l.sciendũ 11.col.de verb.obl.& adde, quod mulier,q̃ renunciauit
benefi. Velle. non præsumitur certiorata de eo , nisi constet.l.quæcunque §.
fin.ff.de public.& Federicus de Senis in cõsilio quæritur,an dicta Margarita
per Alexandrũ in d.l.sciendũ,gl.no.in l.fin.§.pen.ff.ad Velle.ubi d.Bart.con
tra.glo.ꝙ mulier non potest renũciare benefi. Velle. quod est uerum de iu-
re,sed de consuetudine sic, ut tenet Bal.hic , quẽ etiam vide in l.j. s̃.eod.&
Alex.in d.l.si mulier,ff.eo.tit.quod si certioretur,potest renunciare,aliàs nõ
de consuetudine,quæ seruatur,ut per Alex.in d.l.sciendũ.col.pe. & ibi etiã
dicit , quod non potest renunciare Velle. nisi in casib. de iure permissis s̃m
Bar.d.l.fin.§.fin.ff.ad Velleia.& per Bal.in l.11.ad finem,de fide instr.Alex.in
l.doli,de noua.quod communis opin.est pro renunciatione.

b ¶.Iurauerit.Adde,quòd mulier iurans renunciando non debet certiorari de
beneficio Velle. Bal.in Marga. ver.mulier.uer. 2.Pet. de Suz.hic, & in c. 2.&
ibi Archi.& ibi Io.And.in not.de pac.lib.6.& per Bart.& Ale.in l.si duo pa-
troni §.2.de iureiu.& uide omnino Bal.in l.1.s̃.eo. & per Alex. plenius in l.
sciendum.pe.char.ff.ad Velle.& Bu.in c.si diligenti.v.col. de fo. cõpe.Alex.
in rub.de uerb.obl.l.sciendum,eod.tit.

¶ De non numerata pecunia. Tit. XXX.

¶ Continua rubricam,vt in glossa.

LEX PRIMA.

1 *Cautio de mutuo recepto quando probet numerationem.*
2 *Obligatio ciuilis statim ex literarum forma nascitur, & nu. 5.*
3 *Debitor agens in rem quid probare debeat.*
4 *Probatio non requiritur de contentis in libello per aduersarium non ne-
gantem.*
6 *Pignoratitia in primo casu competens debitori, competere non potest cre-
ditori.*

Si pecu-

Si pecuniam. Ista lex ꝯsueuit frequen
ter dari in pũctis iõ eius
apparatũ subtiliter,& clarè recitabo,& similẽ le
gẽ de verbo,ad verbũ habemus j̃. si com.pi.nu.
se.no.sit l.j.& not.hic in glo.fin.Diuiditur princi-
paliter in duo , primo qñ creditor pignus possi-
det.secundo qñ debitor.secũda ibi:eadem.Iterum prima in duo:
primo consuluit debitori agere volenti.secundo ostẽdit credito-
ris exceptionem non obstare:nisi aliter probet,q̃ per ipsius debi
toris ꝯfessionem. secunda ibi:nam intentio.Confessus pecuniam
mutuam recepisse spe numerationis futurę,ob hoc non excludi
tur a pignoris persecutione , vel defensione, nisi creditor probet
eam verè numeratam fuisse. Vel breuius. Et si incidẽter quærat̃
de debito intra bienniũ.creditori incũbit probatio.h.d.Vel credi
tor intra biennium non præsumitur numerasse , siue cõueniatur
pignoratitia , siue agat hypothec.h.d. Casus. Quidam confessus
fuit se habuisse x.mutuo,& pignori tradidit librum. nunc cõque
ritur de creditore,dicens,ꝙ pecuniã ei non numerauit. vnde agit
pignoratitia ad librũ,quæritur an possit. Et respon.ꝙ sic. Sed in-
statur,quid si creditor excipiat,tu non soluisti , ideo pignoratitia
tibi non competit,quæ competebat demum debito soluto . Rñ.
ꝙ exceptio illa non prodest creditori, nisi probet verè se nume-
rasse, & sic de debito fidem faciat.Instatur & tertio,qd si pignus
non fuit traditum : sed de hypo. tantum conuentum,& creditor
hypo. contra debitorem agit . Respon. quod ex quo numeratio
negat̃ creditor habet probare, vt s̃. Expone text. ibi probaturus,
dic hæc probatio ad pignus datum duntaxat refertur,non ad ne
gatiuam pecuniæ non numeratæ,ibi,neq; numeratæ pecuniæ,q̃
1 affirmatiuè sunt a creditore oppositæ . † No.ꝙ cautio de mutuo
recepto non probat numerationẽ,si negetur intra biennium,ẽtsi
pignus interueniat:& sic intentio pignoris non plus fidei tribuit.
Item no.ꝙ pignoratitia , quæ consueuit oriri debito soluto.vt ff.
de pig.act.l.si rem §.omnis.oritur etiam,quando debitum potest
elidi per exceptionem : vel qñ causa obligationis non est imple-
ta, vt hic,& ff.de pig.act.l.solutum §.si qua.Item no.ꝙ veritas est
seruanda tam in agendo,quàm in defendendo.Item no. quòd il-
la est veritas , quam lex pro veritate habet concordare ff. de offi.
2 præsi.l.illicitas §.veritas.† Venio ad apparatum, & opp.ꝙ cautio
frustra non sit emissa:quia ex forma literarum statim nascitur ci-
uilis obligatio: vt insti. de lit.ob.in prin.Respon.vt in gl.quia licèt
respectu ciuilis obligationis non sit frustra, vt ibi : est tamen fru-
stra respectu effectus exactionis:quia ob. exceptio etiam si inter-
uenit stipulatio:vt j̃.eo.l.cum ultra,& l.in contractibus, & ita so-
luit gl.& bene,licèt quidam dicere uoluerint , ꝙ nulla obligatio
sit nata, & quidam,ꝙ vtraq;.s.ciuilis , & naturalis nata sit, & non
bene:vt plene dixi in l. cum quis s̃.de iur.& fac.ign.Opp.2.ꝙ ine-
ptè litera dicat, asseris, quia de non ente non potest esse affirma-
tio vera l.actor.s̃.de probat. sed pecuniam non fore numeratam,
nõ est ens,ergo &c.Solu.dupliciter,ut in glo.Primo,vt exponat̃
asseris.i.affirmatiuè dicis,ꝙ potest se habere ad vtrumlibet.s. tam af
firmatum,quàm negatum.hic ergo in negatiua significatione su
mitur.Secundo exponit glo.asseris.i.probas: sed quia hæc nõ est
tuta:quia ei non incumbit onus probãdi,si est intra biennium: vt
j̃.eo.l.si ex cautione.ideo glo.subiungit,ꝙ probas eo ipso, ꝙ con-
3 tra non probatur.Sed j. expositio est melior ad literam. † Opp.3.
tex.dicit, ꝙ debitori agenti in rem sufficit probari , pignus datũ,
ꝯ , quia debet probare agens reali se dominum, & aduersarium
possidere s̃.de ali.iu.mu.causa fa. l.j. & ff.de rei ven.l. in rẽ . Huius
timore glo.legit dupliciter,primo, ꝙ hic non loquitur de rei ven
di.de qua loquuntur ꝯ,sed de pignoratitia,quæ est personalis, &
oritur ex ꝯctu,quæ hic appellatur in rem:quia datur ad rem , vel
propter rem,& illam tenet gl.& est communis,& per eã euitan-
tur multa ꝯria. Alij putantes,ꝙ illa litera in aliquo violetur,dixe-
runt secũdo, ꝙ hic loquitur de actione in rem proprie sumpta.i.
de rei vend.Et ad contraria aliter respondent:nam quidam dixe-
runt,quòd tunc agens probat se dominum , quando aduersarius
eius refricat quæstionem dominij:sed in casu nostro hic conuen
tus non negabat,quominus illius rei actor dominus esset, sed di-
cebat, sibi non traditam pignori:& ideo sufficit probari pignori
4 traditam esse.† Ex ista solutione no. ꝙ contentis in libello,& nõ
negatis per aduersarium nõ est probatio necessaria . Sed qa non
est verisimile, ꝙ saltem verbis generalibus non negauerit contẽ
ta, & narrata in libello.ideo alij tenẽtes etiam,ꝙ hic ageretur rei
ven.dixerunt,ꝙ aut intentatur contra possessorem,tanquam cõ-
tra quemlibet, & tunc actor haberet probare se dominum: ut in
ꝯ. Aut tanquàm contra habentem causam ab actore, vt fuit hic,
& tunc,quia illi non potest refricari questio dominij,cum iam re
ceperit rem pignori ab illo , tanq̃ a domino , habet locum lex
illa.Et hæc solutio est not.& circa eam vide,quæ dixi in l.nec cre
ditores s̃. de pign. actio. & plenius in l. non vnde s̃.si cert.petat.
Sed attende,quia suppositis his solutionib.pro veris, adhuc non
est perfectè solutum ꝯrium,quia actor non tantum se dominum
esse : sed etiam aduersarium possidere debet probare . ideo alij
hoc intuentes dixerunt , quod in casu nostro probatur præsum-
ptiuè,quia probãdo,quod pignus recipit, probat olim eum pos-
sedisse, & ꝑ consequens nunc possidere, nisi probet se ꝑdidisse.
arg.supra,de pignor.act.l.si creditor,& s̃.de probat.l.siue possidẽ-
5 tis,& de hoc plenius dixi in l.non ignorabit s̃.ad exhiben. † Opp.
tunc quarto ꝯ quamlibet lecturã, quia siue agat pig. act. siue rei
vendi.tanq̃ ꝯ habẽtem causam ab actore, actor ipse affirmat , &
probat pignus pro certa quãtitate dedisse, ergo illam ꝯpelletur
soluere : qa ante pignus non dẽt restitui l.quandiu j̃.qui.mo.pig.
vel hypo.sol.& pro hoc inducit gloss.in fin. ff. de iureiu.l. si duo ,
§.Marcellus.Rñdit glo.tu dicis verum,si assereret,ꝙ pro pecunia
recepta dedit,sed ipse dicit.quod pro pecunia numeranda,& re-
cipiẽda dedit:licèt confessus fuerit spe numerationis futuræ se re
cepisse. Sed hic attende,quia non est verisimile,ꝙ testes audiue-
rint , quod pro recipiẽda dedit:sed pro ea, pro qua ꝯfessus fuit se
recepisse , & sic vñr probare causam iustam pignoris. Et ego rñ-
deo,quod si ad cautionẽ literarum se referunt testes,res est clara,
quia illa non probat:vt dictum est. Sed vbi ad illã se non referũt,
sed simpliciter pro pecunia cõfessata dicant, tunc est dubium qa
dicet creditor ista non est illa de qua in cautione literarum dicit,
sed alia.Sed dicẽdum est,ꝙ si quantitas nõ est diuersa,præsumat̃
de illa ꝑp pluralitatẽ,quæ non pręsumitur ff.de rei vẽd.l.Pompo
nius scribit §.si frumẽtũ.Oppo.v.ꝙ litera ineptè dicat,intẽtio dati
pignoris:quia intẽtio propriè est actoris,exceptio rei.l.fi.s̃.de edẽ.
sed in casu nostro hic est exceptio opposita a conuẽto, ergo &c.
6 Sol.confitendo ꝯ, vt in seq. gl. † Opp.6. ꝙ non idem seruetur hic
in vltimo casu,quod in primo,quia pignoratitia,quę in primo ca
su competit debitori,non potest competere creditori,sed hypo-
thec. vt Institu.de act.§.item Seruiana. Solut. confitendo contra.
primum,& ſecundũ rñ.huius l.quod declara, vt in ea. Opp. tũc ꝯ
vnũ ex exemplis, videlicet cõtra poſitum in ver.vel dic,qa ſm il-
lud hic erit caſus,ꝙ exce.non nu.pecu.non põt opponi poſt bien-
nium,cuius ꝯrium tenent gl.vt dixi in l.ſi ex cau.ſ.tit.j. Sol.quidã
dicunt,quod ſpeciale eſt inter virum,& vxorem.Ita dicit Bal.Sed
mihi vr̃, ꝙ magis inter eos dẽt durare, quam inter alias perſonas
ꝑp mutuũ amorẽ repugnantem querelæ faciendę;ideo dicendũ
3 vr̃,quod hic nolebat opponere,quia non poterat probare.†Opp.
tertio,quod compenſatio nõ admittatur ob res admotas, vt ĩ.de
rei vxo.act.§.ſed nec ob res. Solu. quod hic admittitur de mutuo
recepto ad res admotas,non de dote,vt ibi,ſed quia iſta exempla
de mutuo,non ſic materiæ conueniunt, glo.exemplificat totã l.
in dote confeſſata de maiori quantitate , quam re vera receperit,
vt ſequitur in glo.in ver. vel dic quarto, quod declara,vt in ea, &
clarius dixi in 2.poſitione caſus. Sed contra illam poſitionem fa-
cit d.§.ſed nec ob res admotas. Sol.pluribus modis,vt ſequitur in
glo.& vltima vera eſt, videlicet,quod res admotæ hic erant con-
4 ſumptæ,& dos fuit in pecunia. †Oppo.quod de ſpecie ad quanti-
tatem non admittatur compenſatio, vt ĩ.eod. l.ſi propter. & l.fi.
Sol.vt ſequitur in gl. quod hic vtrunque conſiſtebat in pecunia,
vel deuentum erat ad æſtimationem propter rerum cõſumptio-
nem. Opp. ab extra,quod hic non loquitur de exceptione com-
penſa.ſed reconuentionis,vt patet hic in verſi.non enim. Solu.ꝙ
qui compenſat,dicitur petere, l.amplius. ff.rem ra.hab. & iſto re-
ſpectu dicitur hic mutua petitio,quod not.quia tunc hic videtur
caſus, ꝙ exceptionibus oppoſitis debet reſponderi , & ſuper his
lis conteſtari,vel dic ſecundo,quod mutua petitio hic fuit propo-
ſita,& etiam compẽſationis exceptio oppoſita. Ex hoc no.quod
licet debitum petitum ſit liquidum , tamen poteſt fieri conuen-
a tio,[a] nec ſtatim procedi debet ad exactionem,ſed ad conuentio-
nis liquidationem,quod intellige,ſi de facili poſſit liquidari,alias
5 ſecus,arg.ea.l.fi.& ita no.Innocẽ.in c.2.extra,de ordi.cog. † Vlti-
mo Bal. inducit hanc l. in arg. quod ſicut coram arbitro non ha-
bet locum reconuentio , ita non poſſit obijci compenſatio ; non
enim poteſt de ea cognoſcere , cum de ea non ſit compromiſ-
ſum; ſecus in iudice delegato, quia ſucceſſit in locum ordinarij,
ff.de arb.l.ſi de meis.in princ.& l.ſi cum dies.§.plenum, & quod
ibi not. Si autem eſſet compromiſſum de fructibus, bene poſſet
cognoſcere de impenſis factis gratia fructuum , cum fructus ſe-
cundum iuris intellectum non intelligantur , niſi deductis expẽ-
ſis,vt infra,de fru.& li.expen. l.fructus. & ff.famil.erciſc. l.fundus
qui.in princ.& ff.ſolu.matrimo.l.fructus. Et idem,ſi factum eſſet
de redditibus,ff.de vſufru.leg.l.fundi Trebatiani.

ADDITIO.

a ¶Reconuentio. No. ꝙ compenſatio eſt ſpecies reconuentionis , cui debet reſponderi tanquam petitioni.no.Bal.in l.ſi conſtat.ſupra,eo.in 2.col. in fi.,in uer.item ecõtra habemus,& in l.j. ſupra,de arb. & adde quod dixit D.Alex. poſt Bar.in auth.& conſequenter.in prin.infra,de ſen.

LEX VII.

Si ex venditione. Venditor in precio patitur cõpẽſationem, fallit in fiſco . hoc dicit.Et intelligit Bal.in fiſco proprie ſumpto,l.eum qui vectigal. ff.de verb.ſignificatio. non cuiuſlibet ciuitatis , niſi præſcripſiſſet iura fiſcalia.In contra.facit,quod not.glo.ſ.co.l.in ea.vbi vide.

LEX VIII.

Si propter. Æſtimatio fructuum debita ab eo , cui legatum quãtitatis eſt relictum , poteſt cum illa quantitate compenſari. h.d. Not.quod vitricus tenetur ad reſtitutionem fructuum ex rebus priuigni perceptorum.

LEX IX.

1 *Compenſatio,an cadat ſuper alieno debito.& nu.2.*
3 *Compenſatio non poteſt opponi ab vno ſocietatis ei,qui petit debitum ipſius ſocietatis.*

Eius. Nullus compenſat, quod ſibi non debetur . hoc dicit. Vel ſic; Debitum alienum non deducitur in compenſatione.Oppo.de l.verba.& de l.in rem.ff.eod.Solu.vt in glo.quia
hic ponitur regula in illis ll. & alijs allega. in glo. ponuntur caſus
1 ſpeciales a regula. †Quæro,quid ſi ille,cui debetur,conſentit. re-
ſpon. glo.in princ. ꝙ non propterea cogitur actor compenſare,vt
ff.cod. l.in rem. §.j. Secus eſſet, ſi ſibi actiones cederet, vt ff.cod.
l.in rem.in princip. Et ſic collige, ꝙ ſolus conſenſus non habetur
2 pro ceſsione actionis. † Quæro,tu debes mihi decem ciuiliter,&
naturaliter,& ego tibi alia decem,ſed naturaliter tantum. Cogi-
to,quod ſi a te peto,tu obijcies mihi compenſationem,quod po-
tes , vt l. etiam . ff. eod. Ego cedo ex cauſa venditionis iura mea
contra te Titio , qui Titius poſtea agit contra te , tu vero obijcis
compen.ex perſona mea,quæritur,an poſsis.Glo.mouet hoc du-
bium,& nõn ſoluit,in l.ſi quis in rem.ff.de procurat. Cyn.hoc re-
fert,quod Marti.ſimiliter dixit, quod non. Primo, quia de alieno
debito non obiicitur compenſatio,vt hic. Secundo, quia qui cõ-
penſat,petit,vt ff.de adminiſtra.tut.l.inter tutores. in fi. & ff. rem
ra.hab. l.amplius. hinc eſt, quod compenſatio eſt mutua petitio,
& ſic ſpecies reconuentionis, vt ſ.eod.l.neque.ſed in cauſa recon-
uentionis non cogitur eum defendere, vt d.l.ſi quis in rem. ergo
nec compenſationem admittere , & maxime ne illa l. ſi quis in
rem. videatur impoſita verbis, & non rebus . Et pro his accedat,
ff.de exceptio.doli.l.apud Celſum.§.ſi cum legitima.Sed contra-
rium tenuit Iac. de Rauen. ex eo , quia nemo plus iuris transfert
in alium,&c. vt ff. de reg. iur. l. nemo. ſed actio ceſſa eſt ſubiecta
peremptioni,ſaltem per obiectum compenſationis, vt no.ſ.cod.
l.ſi conſtat. ergo cum ſua cauſa, & aptitudine tranſit ad eum, cui
ceſsio eſt facta,arg.ff.de contrahen.emptio.l.ſi aquęductus.& de
act.emp.l.in vendi.hoc tenet Dy.in c.is,qui in ius.extra,de reg.iu.
lib.6. quia exceptio rei cohærens , quæ poteſt opponi venditori ,
poteſt & emptori. ff.cõmuni diuid. l.in hoc iudicio. §.ſi inter ſo-
cios.& ff.de exce.rei ven.l.fi.& pro ſol. l.idemque. §.ſcio. Sed ex-
ce.compenſa.eſt rei cohærens, ergo,&c. minor patet, quia com-
petit fideiuſſori ex perſona rei,vt ff.cod.ſi quid. & not.hic in glo.
&

& per consequens dicitur cohærere rei, & non personæ, vt l.exceptionis,quæ personæ.ff.de except. & hæc est communis opin. Non ob.hæc lex,quia de prorsus extranea persona loquitur, vt in glo.Non ob.ratio secunda,quia compensatio,& reconuentio nõ sunt eiusdem naturæ, nec per omnia ad paria iudicanda, vt patet ex prædictis,& ita pertranseunt Doct. vel forte dicendum est,qđ interdum reconuentio nõ habet, nec habere potest vicem recõpensationis,& tunc habet locum d.l.si quis in rem.Interdum potest habere, sed non est proposita in forma habẽdi, & adhuc idẽ, & sibi imputet,qui apte per modum excipiendi,& sic perimendi non opposuit.Interdum potest habere,& habet de presenti,quia interposita est etiam per modum excipiendi,& compensandi,&
8 tunc procedit opi.Iac.& Dy.†Quæro cum Cy.s̄.eod l.in ea.plures fecerunt societatem in arte cambij,& vnusquisq; certã quantitatem debet ponere in bursa cõmuni,& omnes ex eis vnũ constituerunt,qui præesset tabulæ, & bursæ; petit iste præpositus societatis nomine ab vno eorum quantitatem,quam debet ponere in societate,excipit iste,tu mihi debes tãtundem,vel partem; vnde illud compenso,quæritur,an possit.Dicendum est,quod non, quia iste alienum debitum compensat, non quod debeatur a societate,cuius nomine petitur; iste enim nõ petit,vt sibi debitum, nec ipse,vt singularis persona,sed debitum societatis, ideo ei non compensatur,quod ipse, vt singularis persona debet arg. huius l. & j̄.eod.l.si velut.& pro hoc accedat,ff.pro so.l.acti.§.si cõmunis.
a pro hoc etiam facit, quia pecunia ista est[a] statuta ad vsus cõmunes societatis, s̄.eo.l.in ea. facit,quod istud non sit distributiuum singularis personæ,sed societatis, quia quod est vniuersitatis,non est singulorum, l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. Item de isto debito communi, primo debent solui debita societatis,quàm priuata debita sociorum, sicut in actione de peculio, primo debet solui, quod domino, & in eius potestate positis, & socio debetur, quàm cæteris,vt no.in l.pe.infra,quod cum eo.

ADDITIO.

a ¶Pecunia ista est. Adde Soci.consi.149.in causa Ambro.12.uer.demum.& tertio.in j.parte.ubi hoc idem inducit,& tenet.

LEX X.

Quoniam. Emptor potest compensare venditori totum precium petenti id, quod soluit creditori in liberationem prædij. hoc dicit. Not. ꝙ venditor[a] tenetur tradere prædium liberum, tam a noxa pignoris, quàm seruitutũ. Opp. quod de indebite soluto non potest obijci compensatio, vt supra eod.l.j.& supra eod.l.eius.Solu.vt in glo.

ADDITIO.

a †No.ꝙ uenditor. Adde Bal.post gl.in l.ex prædictis.j̄.de euic. gl.in l.cum uendic.s.ff.de contrahen.emp. & in l.quoties. ff.de ædil.edic. & in l.j. §.j.& ibi Pau.de Cast.ff.de sol. Bar. & quod ibi no.in apost.ad ipsum,in l.binas. ff.de ser.urba.præd.& Salyc.in l.si pro fundo,supra,de transact.

LEX XI.

1 *Nominator tutoris in subsidium conuenitur, tutore non existente soluendo.*

Si tutores. Si magistratus, qui tutorem pupillo nominauit,aliquid pro debito paterno pupilli soluit,potest id pupillo contra eum, licet in subsidium agenti compensari,& si in pluri tutor minus idoneus tenetur, illud nominator soluere cogitur.hoc dicit.Aliqui,vt Bal.ponunt hic casum,qđ tutor fuit ille,qui soluit pro pupillo id,quod pater debuit ex officio primi pupilli, & vterq; bene, sed primus casus magis applau-
1 det literæ,nisi ipsam habeat corruptam.†No.ꝙ nominator tutoris conuenitur in subsidium tutore nõ existente soluendo. Item no.quod subsidiarius debitor opponit compẽsationem, & ex persona principalis,secundum lect.Bal. facit,quod de fideiu. not.supra eo.l.eius.Item no.quod pupillo obijcitur compensatio. Item not.ex fi. quod interdum compensatio obijcitur de tanta quantitate, quanta petitur. Interdum de pluri, & tunc tenet pro rata, sed in eo pluri est frustratorium. Interdum de minori,& tenet in ea rata,residuum vero petitur,vt hic,& in l.seq.

LEX XII.

Inuicem. Qui partem debiti compensat,& aliam soluit, vel offert,& consignat,seu deponit,pignus repetere potest. hoc dicit. Oppo. quòd sola obligatio sufficit, ff.de pig.act.l.si rem alienam.§.fi.Solu.vt in glo.

LEX XIII.

1 *Compensatio non fit eius, quod reipublicæ debetur ad id, ad quod officialis debet.*

Si velut. Si compensatio facta in causa publica,non tenet ad suum debitum, quàm compẽsauit agere po-
1 test.hoc dicit.†Vel sic quod reipublicæ debetur, non potest compensari cum eo, quod officialis debet, vt priuata persona, & singularis.hoc dicit. Opp. quod repetatur solutum,vt indebitum,vt l.si ambo. & l.postea. ff.eod. Solu. ibi,compensatio tenuit, & sic vim solutionis habuit, vt ff.de li.cau. l.vel permutauerit. & l.amplius.ff.rem ra.hab.hic non tenuit.

LEX XIIII.

1 *Compensatio admittitur ex omni causa reali,personali,vel mixta.*
2 *Compensatio æstimationis,quando admittatur.*
3 *Compensatio,an fiat speciei ad speciem.*
4 *Compensatio de quantitate ad quantitatem,an admittatur.*
5 *Compensatio,an possit obijci parte conuicta.*
6 *Compensatio admittitur,si debitum alias quàm per confessionẽ sit liquidum.*
7 *Liquidatio debiti intra quantum tempus debeat fieri.*
8 *Actio depositi,quando sit excipienda.*
9 *Depositum an quis possit detinere,donec reddantur sibi expensæ.*
10 *Compensatio speciei ad quantitatem,an admittatur.& nu.11.*
12 *Compensatio,an admittatur in delictis.*
13 *Compensatio,quid sit.*
14 *Compensatio,quare introducta fuerit.*
15 *Compensatio,de quibus debitis fieri possit.*
16 *Compensare volens,vsque ad quod tempus audiatur.*
17 *Compensatio,in quibus rebus fiat.*
18 *Compensatio an admittatur,si pecunia,vt corpus,debeatur.*
19 *Mobilia an veniant omnium possessionum appellatione.*

Compensationes. Primo dictũ in genere. Secundo illud limitat. Tertio rationem limitationis annectit,& concludit,quid fiendum,quãdo limitatio locum habet. Quarto,duos casus excipit; secũda ibi, ita tamen; tertia ibi, satis enim. quarta ibi,excepta. Debitũ pecuniarium ex reali, vel personali causa, potest in compensationem deduci,dumtamen sit liquida,ita quod non requirat altiorem indaginem,excepta causa depositi,rapinę,vel furti,seu possessionis
1 indebitæ occupatę.h.d. †No.ꝙ ex omni causa reali,personali,vel mixta admittitur compensatio. Item no.ꝙ compensatio nõ pro-
a cedit de non liquido ad liquidum.[a] Item no. ꝙ debitũ dicitur nõ liquidum,qñ eius liquidatio indaginẽ altiorem requirit.Itẽ no.ꝙ altiorem indaginẽ dr̃ requirere, qñ eius liqdatio eẽt impeditiua determinationis causæ principalis iam liquidatæ.Itẽ not.ꝙ exceptiones altiorẽ indaginẽ requirentes in alio iudicio reseruant̃.Ex quo habes, ꝙ qñ iudex non admittit quẽ ad probandum exc.iudex debet reseruare super exceptione ius suum parti in alio iudicio.Itẽ no.ꝙ in actione depositi compensatio non admittitur. Itẽ no.ꝙ spoliatus ante omnia est restituendus,non obstante cõpensa.obiecta.Et no.ꝙ non tantum de restitutione rei principalis loquitur, sed etiam de æstimatione ipsarum rerum, vt sicut in ipsis rebus prius debuit fieri restitutio;ita in earum æstima.qñ ad æstimationem deuenitur. Opp. quod litera in princ.non bene dicat, dũ dicit,siue in personalibus acti. quia si per personalẽ act. hincinde species debetur,vel ex altera parte tantum, cõpensatio non admittitur,vt ff.de condic.indeb.l.si nõ fortẽ.§.si centum. & ff.de pig.act.l.si conuenerit.& s̄.de rei ven.l.si ex pecunia.Sol.vt glo.ꝙ ille tex.dẽt intelligi,qñ hincinde quãtitas debetur, nõ qñ species hincinde,vel ex altera parte tantũ,vt in contra. Et ꝙ dico de specie,idem dicit gl.quãdo pecunia debetur, vt species,siue corpus, arg.ff.de pecu.l.qd ergo. §.j. quod j̄.in q.latius examinabo. Et ratio prædictorum est, quia species non recipiunt functionẽ in genere suo,l.2.§.j.ff.si cer.pet. & hoc vult gl.vsq; ad ver.quid est ergo. Oppo.& contra sol.prædictam,quia cum hic loquatur etiam in actione reali,vt in rei vendi.& illa competat pro speciebus,l.in rem.ff.de rei ven.sequitur, quod ẽt in speciebus admittitur compensatio.Sol.vt seqtur in gl.videlicet,quod hic res dolo,vel culpa desierat posse prestari,vnde ad æstimationẽ est deuentũ,& sic fit cõpensatio æstima.vt ff.sol.mat.l.diuortio.§.donationes.Subiungit gl. licet ipsa res sit in oblone,seu petitione, ꝙ intellige, qñ res fuisset debita act.psonali, & hoc pbat l.quã gl.allegat, p quã declarat̃ eius intẽtio,videlicet l.si seruum. §.an filius. & §.effectus. ff.de verb.oblig.In reali aũt pprie nõ est oblo. Insti.de act.§.j.nisi largo modo,& improprie sumpto vocabulo.Et est expedita glo.
2 vsq; ad ver.sed secũdũ hoc. †Opp.tertio,ꝙ nec æstimationis possit fieri cõpensatio,qa ipsa nõ est in oblone,ergo &c.vt hic, & ff. de lega.j.Sol.ꝙ ẽt vr̃ cõsiderato exitu,& effectu,hinc est,ꝙ vt de-
3 bita cõstitui põt,vt ff.de cõsti.pec.l.pmissor.in prin. † Op.quarto, ꝙ imò de specie ad speciẽ admittat̃ cõpensatio, qa si tibi debeo vnũ hominẽ,& tu mihi aliũ,dicũt posse obijci cõpensationẽ,arg. ff.si pars hæ.pe.l.j.§.si cũ me. ff.de here.instit.l.q non militabat.in prin.& de lega.2.l.ex fa.§.sed si vno. Solu.ꝙ qñ est species aliqua certa,& sic res specificata,cõpẽsatio nõ admittitur, vt s̄. Sed quãdo species incerta, quam Iuristæ genus appellant, puta homo in genere,ab vno; & similiter alter,sibi debet hominem in genere, tunc bene admittitur compensatio.Et est ratio,quia functionem recipiunt,& illũ hominẽ,quẽ tu mihi solues,eundem tibi potero soluere,& ideo secus esset,si tu mihi hominem debes in genere, & ego tibi asinum in genere,quia cessaret compensatio,& ita in-
4 telligo,quod hic sequitur in glo.secundum Doct. † Opp.quinto, quod etiam de quantitate ad quantitatem non admittatur compensatio ipso iure,nisi opponatur ab homine,l.j.& 2.ff.eo. Sol.vt in gl.vsq; ad fi. & hoc debet intelligi,si ab homine l.j.& 2.ff.eod. Sol. vt gl. vsq; ad fi.& hoc debet intelligi,si ab homine opponat̃ & pro simili potest induci,quia supplementum legitimæ fit ipso iure

ADDITIO.

a ¶Ad liquidum.Et sic cõpensationis exceptio obijci non potest de credito non liquido ad liquidum,ut per D.Soci.consil.24.inci.ui his diligenter,& mature, uer.accedit ad hæc regula.in j.parte. Item, quando debitum est in diem ex una parte,& ex alia purum,non cadit compensatio,ut per præfa.D.Soci.consi93.inci.circa primum.uer.præterea illa.circa prin.in d.parte.

iure a l.si tñ petatur ab homine l.sancimus,in prin.& ibi no.s̄. de inoffi.testa. & similiter filio præterito testamentũ est nullũ, si tñ dicatur l.si filio,ff.de iniu. te. Tamen de hoc latius dixi s̄. eod.l.si
5 constat. † Oppo.6.dicitur hic postq̃ pars est conuicta,non potest obiici compensatio,quasi tarde opponatur,& ad impediẽdũ sententiã potius quam ob aliam causam.c̄,quia si hæc est ratio:ergo si debitum reus fuit confessus, sed opponit compensationẽ, ipse debet audiri,licet confessione sua conuictus, tum qa tempus superest j̄.quod faciliter cognosci põt, tũ quia actorẽ releuauit ab onere probãdi.ar.l.cũ qui.de iureiuran.ff.tum & tertio,quia non vr̃ dilatandi iudicij cã facere,qui cõfessus est se debere, vt de exce.sua j̄.legitimum tempus possit docere.Sol.vt in gl.seq. q̃ ꝯfiretur, ꝙ qñ sua cõfessione est conuictus, super compensatione au-
6 dietur,& idem no.in l.nemo ex his ff.de reg.iur. † Opp.7. ab cõ, qđ etiã si actoris debitũ sit liquidũ aliàs, ꝙ per rei confessionem compensatio admittitur,ff.de do.ex l.apud Celsum §. si quis aũt. Huius timore Iac.de Ra.& Cy.distingũt. Aut debitũ actoris est liquidatum per confessionem rei, & debet reus ad compensationẽ admitti, vt in præce. dixi, quod intelligo,dummodo j̄.legitimum tempus probare uelit,& legitimũ appello iudicis arbitrio ita,ꝙ non impedit̃ sententiæ prolatio.Itẽ legitimum appello statutum a l. municipali ad probandas exceptiones.Aut est liquidatum per alias probationes actoris: tũc,aut debitum rei potest de proximo liquidari,& tũc admittitur cõpensatio ar. d.§.si quis au
a tem.Aut non potest de proximo liquidari:[a] & tunc aut debitum rei est tale,ꝙ in alio iudicio põt peti,qa ex eo datur actio,& tunc compensatio non admittit̃,vt hic.aut est tale, quod peti nõ põt, puta naturale debitum tñ, qđ si modo nõ veniat in rõnem compẽsa.postea peti non poterit:tunc dixerunt ipsi, ꝙ licèt de proximo non possit fieri liquidatio:tñ expectat̃ ibi per maius tẽpus,vt reus probet.ar.ff.de se.l.j.vbi ne actio pereat,quis admittit̃ ad agẽdũ,qui aliàs non admitteret̃.pro hoc induco l.illã,quæ vr̃ velle,ꝙ tũc non admittatur qñ petitio põt reseruari in alio iudicio: ergo
7 secus qñ nõ põt reseruari eius debiti petitio,qđ no.† Et hoc puto verũ: nisi p statutũ municipale necessitas immineat iudicij cãm terminãdi intra sic breue tp̃s,ꝙ debitũ ipsum nõ possit liquidari. Videamus tñ de iure cõi, intra quantum tempus hæc liquidatio dẽt fieri. Et gl. sequens dicit,ꝙ quidam dixerunt,qđ est duorum mensiũ,per l.aufertur §.qui compensa.ff.de iur.fis. Alij, ꝙ residet in iudicis arbitrio p hanc l.& hæc vera, vt probãt plura verba hic in litera posita.Et etiam probant ratione,quia hæc sunt facti,igitur sub certa regula non possunt diffiniri,sed iudicis arbitrio relinquenda ff.de vsu.l.mora,& de testi.l.testium,& de iu.deli.l.j. Ad §.qui compen.dicit speciale in fisco,ꝙ intellige vt vltra duos mẽses nõ excedat fisci fauorem. Poterit igitur iudex minus arbitra-
8 ri,si ei æquum uidebitur. † Oppo.8.ꝙ actio depositi non semper sit excipienda, sed demum quando deponens agit directa, quia tunc agit de fide rupta,quando depositarius agit contraria, quia tunc non agit de fide rupta, sed de indemnitate conseruanda ff. depo.l. apud quem, in princ. vnde videtur obstare in ratione sua tex.inst.de actionibus §.in bonæfi.So.confitendo c̄,vt in se.gl.licèt Bal.dixerit idẽ in vtraq; per illum text. Sed prima magis placet,qa cã de excep.est ne differat̃ restitutio deposi.& quia denegãs restituere depositũ,vr̃ spoliare deponẽtẽ,vt no.Dy. in c.q ad
9 agendum,de re.iur.li.6. † Oppo.tunc ab extra,ꝙ imo depositum non tenetur quis restituere,nisi sibi restituantur expensæ ex causa depositi factæ ff.deposi.l.si in Asia.in prin.& l.si plures,in fi.cũ ibi no.in fi.gl.Sol.ꝙ compensatio alterius debiti non admittitur vt hic,sed retentio pp impensas bene ꝯceditur,vt ibi.Opp.x.ꝙ in deposito nullum sit speciale,quia idem est in commodato, vt s̄. commo.l.sub p̃textu.Sol.vt in gl.ꝙ ibi volebat vti retentione,qđ intellige donec sibi debitum ob aliam causam, q̃ propter impensas factas in re commodata soluerẽt,vt ibi no.Secus si vellet cõpensare,quia posset,dummodo commodatum esset in quantita-
10 te vt hic.† Opp.xj.ꝙ nõ sit spãle in deposito:imo regulare: cũ de
b specie ad quantitatẽ non admittat̃ compensatio[b] vt dixi in 1. c̄. Sol.ꝙ hic excep.dẽt intelligi, qñ depositum est in quantitate,vel si in specie, deuẽtum est ad æstima. vt sequit̃ in glo. vsq; ad finẽ.
11 † Opp.xij.ꝙ in cã possessionis occupatæ,vel inuasę non sit spãle, qa speciei ad quantitatem non obijcit̃ compensatio.Sol. vt in gl. fi.uidelicet,ꝙ hoc est speciale qñ quantitas debet̃,vel rõne pęnæ vel rõne rerũ ibi amissarum,vel qa ad æstimationem est deuẽtũ.
12 † Op.xiij. ꝙ in delictis locũ habet compensatio.l. si ambo.ff.eod. So.ut in glo.fi.& secunda uera. Vel dic,cum quærit̃,an in delictis admittat̃ compensatio,quia aut quærit̃ quando ex una parte tñ delinquit̃, & locum habet l.nostra.Aut quando ex utraq; parte, & tunc aut quęrit̃ in pœnis rõne publicæ disciplinæ infligẽdis, & compensatio non admittit̃, quia ille debent̃ alii non compensanti.Aut de pœnis infligendis rõne priuati interesse pro ipso interesse, & tunc aut ex delictis non nascit̃ obligatio:qa l.cõpensat dolum cum dolo,& tũc admittitur compensatio, ut ff. de do. l.si duo.& ff.sol. mat.l.uiro atq; uxore,& l.cum mulier.Aut ex delictis nascit̃ obligatio,& tunc debiti ad debitum fit cõpensatio.nisi una causa sit priuilegiata,altera nõ,ut est hic spoliatio.† Oppo. ꝙ etiã alij casus excipiant̃,vt s̄.eo.l.in ea.& ff.eo.l.ob negocium.
13 Sol.confitendo,& enumera casus,ut in glos.fin.vsque ad fi.† Expeditis gl.uenio ad q.pro examinatione materiæ, & q̃ro primo, qd sit compensatio.rñ.qđ cõpensatio est debiti, & crediti inuicẽ contributio.i.debitorum hincinde loco solutionis.ideo dr̃ ꝙ qui compensat,soluit.l.uel permutauit ff.de lib. causa l.amplius non peti.ff.rem ra.ha.& id,quod non potest solui,nõ põt pmutari l.si debitor ff.qui po.in pign.hab.& ff.ad Trebel.l.ducta §. nummis.
14 † Secũdo q̃ro,quare fuit introducta.Et tex.ff.eo.l.3.vr̃ rñdere,qđ ideo,quia melius est non soluere,q̃ solutũ repetere.ista ratio non est perfecta,qa solũ vẽdicaret sibi locũ in his,in quibus lex cõpẽsat ipso iure absq; facto hoĩs,ita,qđ ac. minuit,vt dixi s̄.e.l.si constat.Ideo fortè alii dicũt,ne fiat per plura. ꝙ potest fieri p pauciora,& sic,ut pluralitas iudiciorum euitet̃.ff.de condi.inde.l.dñs testamẽto.Ista nõ vr̃ adaptari debito naturali tñ, quod nõ põt peti in iudicio:tñ põt cõpensari,ff.eo.l.ẽt. Alii dicũt,qa remouet æqtatẽ petitionis,& interesse petẽtis: ideo pmissa fuit.Alii,qa debitam functionem inter se recipiunt:ideo vnũ, & idẽ reputant̃.Nã si functionẽ non reciperent,cõpẽsatio non admitteret̃, sicut nec
15 solutio creditore inuito,l.2.ff.si cer.pet.& l.Paulus ff.de so.†Quęro in quibus,uel de quibus debitis fiat compẽsatio. dico,ꝙ si debitũ sit excep.elisum,compẽsatio non habet locum ff.eo. l.quęcunq;.& dixi in debito naturali s̄.eo.l.ex causa. Si autem non sit excep.aliqua elisum,dic,ꝙ de debito naturali tñ potest,vt ff.eo. l.etiam,& tanto fortius de debito vtroq; iure. Sed de debito ciuiliter tantum.dic,quod compensatio non admittitur: quia semp aliqua exceptione eliditur.ideo nec in constitutum deducitur ff. de cõstitu.pecu.l.j.§.debitum,& ideo de debito ex chirographo ante biennium non admittit̃ ꝯpensatio,sed post bienniũ sic,quia tunc aliquid naturalitatis adiungitur verè vel fictè: vt dixi s̄. eo-
16 dem titu.l.generaliter,ubi gloss.not. † Quæro iiij. vsque ad quòd tempus audiatur compensare uolens,respon.ante sententiam,& post sententiam.Sed quando opponit sententiam,debet opponere ante liquidationem debiti aduersarii, ut hic: aliàs si debito liquidato opponat,distingue,ut dixi s̄.in 7. opp. quòd autem post sententiam possit opponi ad execu.impediendam, est tex.ff. eo.
17 l.si cum militi §.cum intra.† Quæro v. in quibus rebus.respon.in his quæ functionem recipiunt in suo genere, non in aliis. & est ratio,quia compensatio est imaginaria solutio, ut dixi in eius diffinitione.Et sic no.quod creditori inuito non potest solui nec cõpensari l.Paulus ff.de solu. Et ideo nedum de specie ad quantitatem locum habet compensatio, sed nec etiam de vno genere ad
c aliud genus,& sic nec de frumento ad pecuniam[c] vel vinum,vel oleum.Quinimo dicit Pe.& Cy.quod nec de vno genere pecuniæ ad aliã pecuniã diuersæ materiæ, ut de aurea ad argenteam, & econtra:secus si esset eiusdem materiæ,licèt diuersæ formæ,vt turonenses grossi,& parui, quia in moneta potius attendit̃ utilitas materiæ,quam formæ,ut ff.de contrahen.emp.l.1.ideo in his q̃ sunt eiusdem materiæ,una pro alia soluitur.l. Paulus ff. de sol. Ego puto considerandũ multũ,an in loco illo pecunia sit sic currẽs,an nõ,& ita expẽdibilis vna sicut alia, vt anchonitani,vt bolognini aurei, & bolognini argẽtei,& similiter ducati q sic habent cursum in Boñ. sicut bolognini aurei,& oẽs appreciant̃ per argẽteam,& ex cõsuetudine ducatus pro xxxvi.bologninis dat̃, & licèt qñq; dẽt vnus denarius plus pro cambio.tñ,& illius põt haberi rõ,& ita ꝯsuetudo in his attendat̃.argu.l.si qs argentũ j̄.de do.
18 † Sed iuxta hoc q̃ro 6.quid si pecunia debeat̃, vt corpus, & sic,vt spẽs,an ꝯpensatio de ea admittat̃. Gl.hic prima dicit,ꝙ nõ,& idẽ tenet ff.si cer.pe.l.cũ fundus §.seruũ tuũ imprudẽs,in gl.sup uerbo,vẽdere,per l. si creditor §.1.ff.de pecu.& l.planè §.2.& l.sed si certos,de leg.1.Sed Loth.tenuit c̄,quem Pe.sequit̃,& Iac. de Raue.& Cy. qa in speciebus ideo admittat̃ cõpensatio, qa in eis cadit affectio, quæ non cadit in nummis.l. nũmis ff.de in.li.iu. Sed in quãtitate posita in sacculo non magis cadit affectio, q̃ in aliis nũmis,ergo,&c.Itẽ, qa ĩ eis sic cadit ꝯtributio,& functio,licèt sit in arca,uel sacculo,sicut in aliis,ergo,&c.Ad §.seruũ tuũ imprudens respon.ipsi,& ad d.l.si creditor §.1. qđ in eis non admittitur compensatio,non illa ratione,quia dominus serui pecuniam extantem vẽdicat,vt speciem:sed quia de eo,de quo obiicitur compensatio, non constat, qa quantum debeat̃ domino,q añ omnia deducit,qđ sibi debet̃,& quantum sit residuum, uel an nihil sit, non est liquidum. ideo compensatio non admittitur, ut hic.Sed Dy.Guil.de Cu.Ia. Bu.& d.meus transierunt cum gl. & bene p tex.l. si certos,de leg. 1.ubi dicit̃,qđ nummi legati,ut species permutationẽ nõ recipiunt,sed subiungit litera, quod exemplo cuiuslibet

ADDITIONES.

a ¶De proximo liquidari. Adde Bar.in l.in cõpensatione,in fin.ff.eo.& melius in l.aufertur §.qui appellat ff.de iure fisci.ubi est tenendus s̃m Alexã. consi.74.uolu.4.cum se.Panor.in c.2.extra,de deposito.& ita tenui in addi.ad collecta.in c.fi.post cum num.23.in apo.in uer.de liquido.extra.eod.titu.

b ¶Non admittatur cõpensatio. Adde Bar.in l.diuortio §.ob donationem,nu.1.& ꝙ ibi posui in apo.ad eũ in uer.sit cõpẽsatio ff.so.ma.& in l.q̃ iniuria §.si seruus ff.de furt.circa medium,& in l.si conuenerit,la.2.in prin.& ibi omo Alex.de pig.act.& no.Io.de Imo.in l.si cum dotem §.si pater ff.sol.mat.

c ¶Ad pecuniam.Quando autem admittatur compensatio de quantitate fructuum ad quantitatem pecuniæ,not.Bal.hic in ult.col.& Ion.in c.ad nostrã, de iureiu.Bald.in l.pe.s̄.tit.1.& not.glo.in l.non scrip.s̄.eo.

iusslibet corporis æstimandi sunt. Sed exemplo cuiuslibet corporis non æstimarentur, si compensationem reciperent, ergo, &c. & maximè cum surrogatum assumat naturam eius, in cuius loco surrogatur, vt ff. si quis te.li.esse iu.fu.l.j.§.hæc actio. & fictum æquipolleat veritati ff. si cer.pet.l.si filius, cum simili. Mihi videt, ꝙ opi. possint concordari. nam pecunia quæ petitur, vt species: aut petitur ad numerum, vt c.aurei in sacculo signati, vel arca depositi, & tunc possit alterius quantitatis aureorum obijci compensatio per rationes Pet. & Iaco.s̄.alleg. & quia tunc numerus potius, q̄ locus attendatur l.qui testamento, in princ. de leg. 1.& quia speciale est in deposito in quantitate facto, vel ad æstimat. redacto, vt nō obijciatur compensatio, ergo in cæteris in ꝯrium est ius commune, vt hic. aut non petitur ad numerum, sed vt corpus, vt tota pecunia q̄ est in capsa, vel sacculum sigillatum plenū pecunia, vel tali pecunia plenum. tunc compensatio opponi nō possit, vt in iuribus, & rationibus secundo loco allegatis. Vel fortè hoc membrum secundum est diuidendum, quia aut petenti certam quantitatem obijcitur compensatio de sacculo pecuniæ pleno, in quo tantundem, & tunc obijci possit compensatio, quia si apportat, & restituat, iste soluet. Aut econtra quis petit sacculum, & ei obiicitur compensatio, & tunc non possit, vt dixi. Et est ratio diuersitatis, quia in primo casu datur ei facultas, vt in retinē do sibi soluat, in 2. non, sed per restitutionem pone commodati, vel legati potius denegat. hæc pondera, quia in imaginatione cō
19 sistunt, & in subtilitate intellectus. † Quærit Cy. vendidi. vel legaui tibi omnes possessiones meas, an sub hoc includētur nedum immobilia, sed etiam mobilia. Quidam, ꝙ sic per istum tex. in fi. ꝯiuncta gloss. & j̄. de re. ali. nō alie. l. j. & vltimate dicunt esse casum ff. de le. 3. l. vxorem §. legauerat. in ultimo respon. Sed Cyn. tenet ꝯ per tex. l. si filij §. qui fœnus ff. ad mu. nec ob. d. §. legauerat, quia longa differentia est dicere, lego quicquid possideo, per verbum, quia tunc locum habet ille tex. an p possessiones meas, per nomen, quia ad immobilia refertur, vt d.§. qui fenus. facit l. quoties, de rei vendi. In hac q. prius esset consideranda consuetudo loquendi patrisfam. & patriæ, & illam sequi. ff. de fun. instr. l. cum de lanionis §. asinam, & de leg. tertio l. legatis §. fin. & l. librorum §. quod tamen cassius. ver. quid ergo. vt plurimum. n. cōsuetudo interpretatur, vt de immobilibus intelligatur. Sed cōsuetudine circunscripta, nihil aliud est dicere possessiones meas, q̄ res a me possessas, & sic cōtinebuntur appellatione rerum, mobilia, & immobilia, vt ff. de rerum di. l. j. §. quædam. Bar. de Sa.

De vsuris. Tit. XXXII.

1 *Vsura quid sit, & vnde dicatur, & num. 2.*

1 ¶ Cōtinua rubricam, ut in glo. † Quæro quid sit vsura. [a] Respon
a deo s̄m Azo. in summa. Vsura est quæ pp vsum rei concessę dat, & intelligit rei concessæ datæ, vel mutuatæ. Non enim rei, cuius dominium non transfertur, vsura datur, sed merces, vt patet in re locata. Vel dic, ꝙ vsura est quæ propter vsum pecuniæ datur, & intelligo pecuniæ. i. cuiuslibet rei consistentis in pondere numero, vel mensura. nam in speciebus propriè non consistit usura. Itē intelligo pecuniæ cuius dominium transfertur propter vsum, aliàs esset merces, & non vsura. vt patet in re locata. Item intelligo pecuniæ mutuæ, uel non mutuæ, quia, & pecuniæ legatæ propter moram debentur usuræ, ut j̄ de vsu. leg. per totum. licèt inuētione, & origine vsura processerit ex pecunia mutuata. Idem intellige siue à prin. siue ex post facto intercesserit conuentio, ut exactio pecuniæ debitæ differatur, & aliquid propter dilationē
2 detur. † Et ex his patet, ꝙ vsura dicitur ab vsu rei: & cum propter vsum rei quid datur, est usura. Aliam diffinitionem uidebis in authen. ad hæc, in quæst. de monte florentino, & habet locum propriè in pecunia tantum. i. in rebus mutuabilibus, in quibus dominium non distinguitur ab vsu. Possent hic aliqua quæri, quæ ponit Bal. quæ reseruo in Auth. ad hæc, vbi glo. tangit.

ADDITIO.

a ¶ Vsura. Quid sit usura, uide Soci. consi. 2. inci. sequendo ordinē. uer. circa tertiam. q. circa prin. in j. parte, & uide Pau. de Cast. consi. lxiiij. incip. uisis com promisso. laudo in pen. colum. in prin. 7. quæst. de usur. in §. 1. & in consi. 9. incip. præsens dubium 1. colum. & abb. in c. cōquestus, de vsur. & uide doc. & Pau. de Ca. in l. item, quia ff. de pact. & uide gl. in l. in fraudem §. fiscalibus. in uerbo comparendam ff. de iur. fis. Ioan. de Pra. in l. qui procurator, de procu. & uide Alex. consi. cj. 4. parte per. c. 1. 2. 3. xiij. q. 3. ubi plenè.

LEX PRIMA.

1 *Interrogatio præmitti, & responsio subsequi quare debeat in stipulatione.*
2 *Rectè dictio quid importet.*
3 *Solennitas, an præsumatur in dubio stipulationi, vel contractui interuenisse.*
4 *Testis dicens, quòd promisit per stipulationem, an probet illam.*
5 *Testis dicens simpliciter, quòd promisit, an probet stipulationem.*
6 *Solennitas præsumitur in scriptura.*
7 *Scriptura, an præsumatur quandoque sine solennitate.*
8 *Vsuræ sunt de iure diuino prohibitæ.*

SI interrogatione. Probata solenni stipulatione usurarū, licet i instrō scripta nō sit, vsurę debent. h. d.
1 † No. j. qd̄ in stipulatione interrogatio pmittit, & rn̄sio subsequit ut hic. Itē no. ꝙ qn̄ stipso, pbat p testes, dēt pbari intero. pcessisse, & rn̄. sequutā esse, qd̄ no. in practica. Et est rō s̄m Bart. qa testis dēt deponere de eo, qd̄ sensu corporis pcipit. l. testiū s̄. de testi. & l. qui testamento §. fi. ff. de test. At stipulatio est nomē iuris resultās ex interrogatione, & rn̄sione, iō nō sufficit, ꝙ testis dicat, talis fuit stipulatus, qa hoc nō percipit sensu corporis: nisi adijciat id, ex quo resultat stipulatio. iō cautus aduocatus capitulat sup interrogatione, & rn̄sione. tn̄ ista intellige, ut j̄. dicam. Item no. ꝙ solennitas rei intrinseca est probanda. Et ꝙ solennitas intrinseca stipulationis, ordo præcedentis interrogationis, & sequutæ responsionis. Item, ꝙ responsio fiat incontinenti sine notabili interuallo l. j. §. cū adijcit ff. de verbo. obli. Item no. quod partes possunt uelle, quod aliqua de conuentis inter eos omittantur, & reliqua in instrō scribant. & hoc, prout hic non fuit scriptū de voluntate partium. Si aūt errore tabellionis no. ꝙ omissa scribi in instrō possunt probari p testes. Item no. ius optimum est stipulatio. & sic obligatio stipula-
2 tionis cæteras excedit. † Opp. dictio rectè de qua hic in litera suo proprio significato respicit iustitiam rei, & rectæ solennitatis ff. de contrata. l. non putauit §. non quęuis. Sed hic de iustitia stipulationis non videtur posse dubitari l. quamuis j̄. cod. So. ꝙ hic potuit dubitari de iusticia circa modum. i. quantitatem usurarum in stipulatione deductarū, vt in glo. 2. & sic no. qd̄ dictio, rectè, notat congruitatem rei, ut hic. Similiter loci, & temporis, ut l. lecta.
3 in prin. & ibi gloss. ff. si cer. pe. † Opp. 2. ꝙ solēnitas nō sit probanda, quia omnia pręsumunt solēniter acta. j̄. de ꝯhen. & com. stip. l. j. & insti. de inuti. stip. §. si scriptū, & insti. de fide. §. fi. & de uerbo. obl. l. sciendū. So. ut in glo. ꝙ aut uerbū promisit, est prolatū a testibus, & tunc non pręsumitur solēniter. i. pcedente interrog. & sequuta rn̄sione, nisi hoc dicāt, vt hic. Aut est prolatum in instrumēto, & tūc p̄sumit quod pcesserit interrogatio, & sequuta fuerit rn̄sio. & sic p stipulationē, & hoc siue sit instrm̄ publicum, ut hic, & d. §. si scriptū, siue priuatū a parte factū, vt j̄. de ꝯ. & cō. sti. l. j. & d. l. sciendū, & d. §. fi. insti. de fide. Et hoc s̄m Io. & rōnē diuersitatis ponit glo. in d. §. si scriptum, quia testes non sic sunt in iure instructi, sicut hi qui conficiunt instrumēta, & ideo tabellio no. de culpa, qn̄ deficiūt solēnia. j̄. de ma. conuc. l. fi. & j̄. de testi. l. iubemus. ad fi. Sed Hu. dixit idem in testibus, quod in instrō, vt res potius ualeat quā pereat l. qd̄ ff. de re. du. ita dicit gl. & pro hoc facit l. in exercendis s̄. de fi. instr. Et intelligo, qd̄ Hu. intellexerit cęteris paribus. i. ꝙ testes sint periti, ut tabellio. vides, ꝙ hic glo. neutram istarum opi. elegit. Quid igr̄ dicendum? Bar. in d. l. sciēdum, tenet cū gl. sed dixit, quod hic rō peritiæ sibi nō placebat, qa inqt ipse: pone ꝙ ille qui conficit scripturā, est vnus simplex mercator, q nescit qd sit stipulatio, nec qualiter fiat, & tn̄ ex scriptura eius p̄sumet stipulatio, vt s̄. alle. iō ipse reddit talē rōnē, qa testis dēt deponere de his, q̄ vidit p sensum corporis, vt dixi in no. Vnde licet dicat, qd̄ promisit p stipulationē, non probaret: quia deponit de eo, qd̄ est iuris, qd̄ sensu corporis non percipit. ideo oportet, ꝙ dicat pcedēte interrogatione, & sequuta rn̄sione. vt hic, qa hęc facti sunt, & sensu pcipiunt. Tabellio aūt, vel alius scribēs nō solū adhibet rōne facti, sed etiā rōne iuris, & uinculi obligationis. vn̄ qd̄libet uerbū iuris, ut stipulatio. vel, ꝙ ad ius trahi possit, vt verbū, promisit, pcedente interrogatione intelligit, vt d. §. si scriptū. Cy. qn̄q; tenuit cum Hu. quasi inter testes, & scribentes nō esset diuersa ratio. postea in addi. simpliciter tenet cum Io. & rationē diuersitatis allegat, quia testis qui dicit, promisit, & non adiicit p stipulationē, verbū ambiguū profert, qa intelligi pōt per stipulationē, & sine, qa nuda sponsione l. sciēdum §. 1. ff. de ędil. edi. Sed inquit ipse, qa uerbū ambiguū prolatū a teste dēt intelligi in fauorabilē partē: puta liberationis, & de hoc inquit ipse est tex. fin. in l. pe. ff. de manu. Sed fauorabilius est si intelligatur per nudam sponsionem, & sic minus obligatoriam, ergo, &c. Ista ratio non me multū mouet, qa in d. l. pe. testes non protulerāt uerba ambigua, imo clara, sed erant ꝯrii, & pares numero tā pro libertate, q̄ ꝯ, vnde ibi fauetur libertati. Non diffiteor propterea, quod probatio ambigua non releuat. sed qō nostra adhuc durat, videlicet an qn̄ testis dicit, talis, pmisit ex tali cā Titio x. an dēt intelligi per stipulationem, an per nudam sponsionē: an uero, quia dubitetur pbatio uelut ambigua seu dubia, debeat reijci, & in hoc stat du-
4 biū nostrū. † Ad cuius decisionē formo aliā q. videlicet, quid si testis dixit, ꝙ promisit p stipulationē, an tūc probet stipulationem? Et huic rn̄deo, ꝙ si interrogatus de cā sciētiæ rn̄. qa vidit, & audiuit illū interrogātē, an promitteret, & illū rn̄dētē, ꝙ sic, tūc res est clara, qd̄ pbat, & ita posset hęc l. intelligi. Interdū interrogat' de cā sciētie, nescit rn̄dere, & tūc nō pbat. l. solā s̄. de test. Interdū de causa sciētiæ nō interrogat, quo casu nō teneret cām dicere, ne sit uerbosus, ut not. in d. l. solam. Et tunc stat dubium nostrū, an probet. Et Bal. sentit, qd̄ nō, quia illud verbum, per stipulationem, est uerbum iuris, qd̄ sensu nō percipit. Sed Pe. hic ꝯ. Ego distinguo. aut iste est talis, q verisimiliter sigñatū verbi ignoret. vt mulier, uel rusticus. Et tūc dico, quòd non probat, & non ex eo: quia

qa dictū suū in se nō sit pfectū. sed qa nō caret suspicione, qn̄ subornatus, & instruct' sic dixerit, ergo, &c. vt in auth. & q semel, s̄. de pba. Aut est talis, in quo cadit verisimiliter intellectus significati illius verbi, licèt peritiā lrarū nō hēat, vt videmus quotidie in his qui conuersant̄ cū tabellionibus, & cū aliis, q de his quotidie disputāt, & maximè in foro; & tūc puto, ꝙ probēt, qa & id, ꝙ itel lectu pcipit, imo sensu corporeo, qui pcipit sine intellectu ex assignato ad simile pcipiēdū, & qa testimoniū reddēs de ꝯplexo, reddere dr̄ de his q̄ hūc ꝯplexū reddūt. sicut q de quadriga testificātur, de ipsa puta de hn̄te quatuor rotas testificari dr̄, & similiter q testificat̄ de domo, de ea testificatur, ut de ꝯplectēte suas partes integrales, videlicet solū, parietes, & tectū ff. de rei vend. & idem de grege, & ar. l. j. in fi. & l. seq. in eo. tit. & idē de publica voce, & fama l. 3. §. eiusdē ff. de testi. sic dictio, p stipulationē, itelligit̄ pcedēte interrogatione, & sequēte rn̄sione: cū aliàs nō sit stipulatio. & magis est imputādū examinatori, q de cā sciētiæ non interro-
5 gauit, q̄ testi, q sub breuitate uoluit loq. † Qōne ista sic decisa, reuertor ad illā q̄ dimisi indecisam: videlicet qn̄ testis simpliciter dixit, qd̄ pmisit, & nō vltra dixit, & in hac nō habeo dubiū, ꝙ si testis est imperitus, de nuda pmissione intelligit, vt oēs fatētur, sed vbi sit peritus licèt inter doct. sit discordia: ego illā partē eligo, vt nō probet, qa dubia probatio nō valet l. ob hoc j̄. vn̄ cogna. & l. neq; natales s̄. de proba. Sed hic est dubia, & incerta, qa verbum,
a pmisit, pōt se hr̄e ad stipulationē, [a] & ad nudā pmissionē d. l. sciēdū. ergo, &c. Itē, qa s̄m vnū sensum, necessariū ē, vt recipias subauditū: s̄m aliū nō. Aptior igit̄ est sensus subaudito nō indigēs: ideo amplectēdus l. in ambigua, & l. benignius ff. de leg. Itē, qa verba ab hoīe plata dn̄t intelligi in sua primæua, & rudi materia plata seu nuda l. sancimus, in prin. & de ver. sig. & quāto testis est peritior, tāto magis est p̄sumēdū, ꝙ nil omittit de eo, ꝙ vidit, & audiuit. Nec obst. l. j. j̄. de ꝯhē. & ꝯmit. stipul. nec l. sciēdū ff. de ver. ob. & īsti. de fide. §. fi. qa pōdera, ꝙ in illis casib. recedit a rl̄a iur. q̄ vult ꝙ pbatio dubia nō releuet. & sic casus illi ad ꝯsequētiā nō sūt trahēdi l. qd̄ uero ff. de legi. Itē pōdera, ꝙ illi tex. loquunt̄, qn̄ pars se obligās loquit̄ de seipsa, & ab ea hoc verbū, pmisit, est platū. vn̄ cū ad obligādū se illa verba sint plata, & ī scriptura p eum redacta, merito l. p̄sumit, ꝙ firmiori, & ualidiori mō fuerint plata: & sic ad alterius interrogationē. Sed in casu nr̄o sunt a teste plata, q suo mō, & p libito ꝯcipit verba sua. Et si replices, cur ī tabellio ne aliud, q̄ in teste. rn̄. vt s̄. videlicet, qa tabellio adhibet̄, vt firmiori mō iura, & uincula obligatoria apponat, & act' solēnes faciat, & efficaces, vt j̄. de magis. ꝯue. l. fi. & l. iubemus, ad fi. j̄. de te. Ex his patet claritas p̄libatæ q. Sed dubitari fortius posset si testis diceret. Ego audiui Titiū sic dicētē: Ego promitto, ꝙ dabo tibi tm̄ vsurarū noīe: an tūc illa pmissio Titij sic formaliter p testē prolata intelligit̄ pcedente interrogatione facta. Et videtur, ꝙ sic, quia scriptura à parte confecta non est illa, quæ obligat, cum scriptura non est de substantia rei gestæ: sed ad memoriam, & faciliorē probationem res in scripturam deducitur, l. cum res s̄. de proba. & l. Publia. ff. depo. Sed verba sic a parte prolata in scripturam p eum redacta intelliguntur de solenni, & efficaci promissione l. j. j̄. de ꝯhen. & commit. stipu. & d. l. sciēdum. ergo in scriptura nō redacta: cum quando scriptura non est de substantia, tm̄ valet res cum scriptura, quantum sine, l. pactum, quod bona fi. s̄. de pac. & d. l. cum res. Cogita, quia dici posset, qd̄ ad hanc præsum. inducēdam scriptura est de substantia, licèt gloss. illum casum non enu-
6 merauit in d. l. pactum, ꝙ fortè multi negarent. † Oppo. tertio ab extra, ꝙ in scriptura solennitas p̄sumat̄ ff. si cer. per. l. lecta. So. pdicta in ver. promisit, ꝙ in se maioris est efficaciæ ibi in verbo, conuenit: quod non est in se tantæ efficaciæ, quia maioris est generalitatis. vt ff. de pac. l. j. §. conuentionis. s̄m Bar. Alij, vt Bald. non faciunt differentiā inter hæc verba. sed dicit, aut tractatur de odio: & tūc neutrum ex his præsumitur per stipulationē, siue sit odio vsurarum, vt hic: siue pęnæ comittendæ. argu. ff. de ser. expor. l. seruus ea. l. Aut tractatur de fauore, vel saltem non de odio, tunc ex scriptura solennitas præsumatur. hoc non placet mihi per illum
7 tex. a contrario sensu in ver. licet. iō sequor pcedentem. † Oppo. iiij. ab extra, quod etiam in scriptura solennitas non præsumatur. l. quæcunque. §. fi. ff. de publi. Sol. solennitas extrinseca non præsumitur, vbi ibi: sed intrinseca sic, vt hic. & d. l. sciendum. & d. l. j. de contrahen. & commit. stip. & ita not. in d. l. quæcunque. & ita dicunt doc. Sed pro huius declaratione oportet nos videre, quæ dicatur solennitas intrinseca, & quæ extrinseca. Et dicunt doc. ꝙ intrinseca est, quam prolatorum verborum significatio cōprehēdit, vel apta est ꝯprehēdere. hinc est, q' fideiussio nō p̄t esse sine stipulatione. vt l. blanditus. j̄. de fide. Ideo si dicit, ego fideiussi, p stipulationem intelligitur. vt d. l. sciendum. & d §. fina. & idem si dicat, stipulatus est, qa intelligitur præcedente interrogatione, & secuta rn̄sione, cū alias non sit stipulatio. & idem si est apta comprehendere. vt in ver. promisit in scripturam redacto, vt hic, & in alijs ll. s̄. alle. Extrinseca aūt est, quā verborum prolatorum significatio non cōprehēdit, nec apta est cōprehēdere, vt in vendōne & emptione. Nā licet de eis substātia, & significatio sit, qd cōsensus partiū, res, & pciū certū interuenerint: non tamē tutoris autoritas, vel iudicis decretum ex significatione verborum cōprehēditur. iō solennitas extrinseca illa iudicatur. vt d. l. q̄cunq;. & ff. de
8 verb. obl. si ita stipulatus. §. Grisogonus. † Opp. 5. cum glo. seq. in fi. ꝙ vsuræ sint prohibitæ iure diuino: ideo pceptū est non fœnerаberis, & mutuum date, nihil inde sperantes. Solu. confitendo ꝯ. Quæro modo quare dicit, optimo. respon. ut in gloss. Et no. ꝙ gl. dicit, ꝙ usuræ sunt iure Romano permissæ propter commoditatem utriusque. i. dantis, & recipientis.

ADDITIO.

a † Ad stipulationē. Adde licèt Bald. hic uideat̄ tenere oppositū. pro opin. tn̄ Sali. facit, qd̄ no. Bar. hic, & in l. lecta. co. 3. in fi. uers. mō aduerte ff. si cer. pe. & in l. Titia §. fi. ff. de uer. obl. Roma. in l. sciēdū. co. 8. eo tit. & ibi Lāfr. in repe. d. l. & oīno Paulus de Ca. in l. iuris gentiū §. quod ferè ff. de pac. & consi. 83. incip. in cā Siluestri, q̄ multū faciūt pro his, q̄ hic dicuntur per Sali. nu. seq.

LEX II.

1 *Depositum quando dicatur minus solenniter factum, & an sic prosit.*
2 *Vsuræ quæ, & quando possint iure diuino peti ab emptore.*
3 *Vsuræ precij non soluti, an debeantur, si emptor ex re empta, & sibi tradita nullum fructum percepit.*

VSuras. Emptor ex die traditionis rei sibi factæ tenet̄ vēditori ad usuras precii non soluti nec oblati. nec
1 sufficit eū deposuisse, nulla præcedente oblatione. h. d. † No. ꝙ depositū minus solēniter factū non prodest. Dr̄. n. minus solenniter factū, qn̄ non est prius oblatū, vt hic. Opp. ꝙ emptor non teneat̄ ad vsuras ff. de act. emp. l. Iul. §. ex uēdito. & l. curabat j̄. de actio. emp. Sol. ibi res non erat tradita, ut in gloss. Contra sol. replicat gloss. quia fructus pōt emptor petere, licèt res non fuerit tradita. ergo, & ipse ad vsuras tenet̄. Sol. in glo. ꝙ vēditor illā culpā em-
2 ptori nō pōt imputare. † Quærit glo. an iure diuino possit emptor illas vsuras petere. Et dicit, ꝙ sic, quatenus interest: aliàs non, ar. l. socius qui in eo. ff. pro soc. quod not. & latius attēde, ꝙ usurę alię sunt mere lucratiuę, & illæ iure diuino sunt prohibitæ, ita, ꝙ iure humano nō pn̄t exerceri. Quædā sunt alicuius dāni restauratiuæ seu resarcitiuæ, ut si debitor ad diē, morā facit, pp qd̄ creditor habuit necesse sub vsuris pecuniā sumere pp aliquā suam vtilitatē, vel rei familiaris necessitatē, & illæ ēt sunt iure diuino pmissæ, iō dicit Inn. ꝙ debitor dēt eas creditori resarcire, vt ipse not. extra, de fide. c. 2. & probat in c. j. eo. tit. Et idem dico, si creditor incurrit aliquam pœnā, q̄ non incurrisset si debitor ei ut debuit, soluisset, ut ff. de ser. ex. l. seruus. ea. l. Qd̄ intellige, si ille erat creditor ex ꝯctu bonæfidei, ita quod officium possit deseruire: non si stricti iuris l. j. s̄. de condi. inde. s̄m Bal. Quædā sunt commodi percepti recōpensatiuæ, & sic vsq; ad honestū, & congruū modum sunt permissæ, qa ęqtate naturali inductę, ne quis locupleret̄ cū aliena iactura, & censent̄ onerosę, non gratuitæ, ut extra. eo. ca. salu-
3 briter, & in hac gl. ꝯiuncta cū tex. & ita est de mente Bal. † Quæ-
a ro qd si in casu nostræ legis emptor [a] ex possessione tradita nullū fructū percipit, qa est sylua non cędua, an interim debeant̄ vsuræ precii non soluti. Et vr̄, ꝙ non, ex quo nihil percepit, quod cōpensari possit. Econtra tenet Bal. quia illæ vsuræ non præstantur ratione pręstationis fructuum, & usurarum, sed ratione impletionis fidei factæ a uenditore, & ratione perfidiæ emptoris in non soluendo precio adhibito. hęc pars tolerari potest de iure ciuili: prima uero procedit de iure canonico, quo dico usuras peti non posse, sed interesse tam in damno, quàm in lucro petere potest l. j. j̄. de sen. quæ pro eo, quod inter. Quæro, emi a Titio res, ex quibus fructus non percipitur, ut lapides, & ligna, & precium recipi sub usuris, quod ei solui, nec ipse tradidit lapides, uel ligna, sed fuit in mora: an ipse teneatur mihi tradere illas usuras. respō. Bal. ꝙ sic tanquam interesse, & dic de hoc esse tex. no. ff. de act. emp. l. Lucius Titius. secūdum unam lec. Ego hoc non percipio, quia mora uenditoris non est causa istarum usurarum, cum ante eius morā ad istas usuras pro precio soluendo me obligaueram: sed eius mora fuisset cā maioris cursus usurarum, puta qa si lapides, uel ligna tradidisset, ego vendidissem, & fœneratori soluissem.

ADDITIO.

a Emptor. Adde Soc. consi. cix. inci. nō potuissent maxime. ver. his tn̄ non obstātibus, in 2. parte, & consi. clxxiiij. inc. profecto ni fallor. ver. præterea illa. glo. in 2. parte, & consi. clxxvj. inci. præsens consultatio. uer. 2. per ea in d. parte, ubi hoc idem alle. & tenet.
† Adde Bal. in l. curabit, & ibi oīno Alex. j̄. de act. empt. Pau. de Ca. in l. de diuisione, post glo. qui aliter uidetur sentire, ut ibi Ale. post Imo. ff. sol. mat. no. Pa. de Ca. in l. uinū, ad prin. ff. si cer. peta. & Imo. in c. conquestus. ex. de vsur.

LEX III.

1 *Vsuræ nō debentur in contractibus stricti iuris, citra vinculū stipulationis.*
2 *Vsuræ, & ex mora, & ex pacto debentur.*
3 *Pęna in pacto incontinenti apposito adiecta quando peti possit.*

1 QUamuis. † In contractibus stricti iuris citra vinculum stipulationis vsuræ non debentur: nudo tn̄ pacto ꝯuentæ solutæ non repetuntur, nec extenuāt sortem. h. d. No. primam partem summarii. Item no. ex secūda, ꝙ licèt ex nudo pacto non det̄ actio: tamen soluti non datur repetitio; & etiā si debitum sui natura sit odiosum, ut usura. Oppo. quòd ex nudo pacto debeatur usura, etiam in stricti iuris iudiciis, ut j̄. eod. l. frumenti. Sol. ꝙ hic pecunia accipitur strictè pro numerata tm̄. in aliis autem rebus mutuabilibus loquitur l. ꝯ, & hoc fortè odio fœneratorum, qui frequentius fœnerantur in pecunia. Vel ibi, quia res mutuatę ad uescēdū tēdūt, & frequenter augmentū, & dimi

nutionem precii recipiũt.Opp. de l.etiam ff.eo.& de l.periculi ff.
de nau.fc.vbi ex pacto nudo cõuentæ debent ẽt in pecunia. Sol.
1 iuris ignorantia ei nocet, ff. mand. l. fideiussor. §. non male. Alij hoc fatentur, nisi fuisset astrictus ad soluendū vinculo sacramenti, [b] quia tunc non potuisset exceptionem opponere, vt in c. debitores. extra, de iureiur. Alij, cp nec vinculum sacramenti habet ei prodesse, quia potuit ab eo absolutionem petere, c. i. extra, de iureiurā. Concludit Iac. de Are cp iniquum est dicere, cp a debitore non possit repetere, tamen si non potest, repetet a creditore condi. ex l. siue ex decre. l. debitores. §. alleg. Sed oppositiones iste ho die sic concordantur, quia aut fideiussor ignorabat contractum vsurarium, & tūc a reo repetit, arg. ff. mand. l. si fideiussor. in prin. Aut sciebat, & tūc aut hoc probare non poterat, & a reo repetit, quia non tenetur ad iudicium prouocare, si non potest probare, l. si procur. §. si ignorantes. ff. mand. nec etiam ei potest imputari, quod indebitum soluit, quia debitoris tacito mandato dicitur fecisse, q. eum hoc promittere fecit, l. indebitam ff. de condic. indeb. Aut hoc ,pbare poterat, & tunc erat astrictus vinculo sacramenti, & adhuc repetit a reo; nec ei de absolutione a iuramento, quā nō petiit, potest obiici, quia licuit ei suo pudori parcere, & fidem suam iuramento firmatam implere, l. Quintus Mutius. ff. mand. Aut non erat obligatus cum iuramento, & tunc imputet sibi. ga a reo non repetit, l. exceptione. ff. de fide. & l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. licet tamen a reo non repetat, dico, cp a creditore repetere potest, etiam si sciens fuit, vel in iure errauerit; licet glo. in d. cap. peruenit. dicat, cp donare videtur, & male, quia delictum vsurarij admixtum huic solutioni, & receptioni, non facit

donationem censeri. Æquiparatur enim raptori, ideo quod recipit ablatum censetur, vt in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Salyc.

ADDITIO.

2 †Quærit Iac. de Are. & Cy. Adde de hoc quæsito uidendum, l. si mandato. §. fi fideiussor. ibi in ista ratione, &c. ff. mand. & per Ioan. in reg. damnum. extra, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Bal. in l. fi. ad fi. infra, de excep. rei iudic. & Bart. consi. suo, incip. in quæstione prædicta, uidendum est.

LEX XXI.

Si vsuras. Simpliciter solutum creditore volente, cedit in debitum vsurariū, seu prius in vsura, quàm in sorte. h. d. Opp. cp imò in sortem tantum, vt ff. de solu. l. in his. §. Imperator. & l. Paulus. Solu. vt in glo. j. Oppo. ad idem, vt in gratius debitū, & sic in sorte, vt ff. de sol. l. j. 2. & 3. Sol. vt in glo. fi. Et attēde circa id, quod gl. dicit de eo, quod fideiussorio nomine debet, bene dicit actiue intelligendo, non passiue; puta, si cp eo alius fideiussit, qa tūc in liberationē illius primo cedit, q̄ in propriā, vt ea. l. 3. in prin. ver. grauior. quod no. & adde, quod no. in d. l. j.

LEX XXII.

Pignoribus. Pignus datum sorte soluta retineri non potest pro vsuris, nec pro pœna, nisi sit dictū. h. d. Vel aliter; Pignus datū pro sorte, & cp vsuris, pōt cp vtroq; retineri; pignus vero datū pro sorte tantū, non pōt retineri cp pœna. h. d. quod no. adde §. eo. per retentionem. Barthol. de Salyc.

LEX XXIII.

Oleo. Ratione incertitudinis conceditur, quod alias non concederetur. hoc dicit. Vel magis ad literam. Creditori olei mutuo dati potest vsurarum nomine cōstipulari plus sibi reddi, nec consideratur, quòd illud plus contingenter possit excedere legitimum modum vsurarum. hoc dicit. & vide, quod dixi supra eod. l. si ea pactione.

LEX XXIIII.

Si mater. Etiam mater gerens negocia filij tenetur ad vsuras pecuniæ, quam potuit fœnerari. hoc dicit. Ista l. fuit crudelis in matre. Oppo. de l. qui semisses. ff. eod. Solu. quòd hæc secundum illam, scilicet, si dominus consueuit fœnerari. Hodie vero consueuit, vel non dominus fœnerari, non tenetur gestor, nec administrator, cum vsuræ sint illicitæ, vt dixi supra eod. authen. ad hæc. Et, quia nec pro alio, quis tenetur delinquere. 46. distinctio. cap. sicut.

LEX XXV.

Proauro. Species potest dari æstimata, vt eius æstimatio conuertatur in mutuum, & tunc creditor potest stipulari vsuram. hoc dicit. Not. quòd speciei æstimatæ accedit vsura. Oppo. de l. fideicommissariæ. §. fin. ff. eodem. Solu. quòd hæc species fuit æstimata, ibi non, vt in glo.

LEX XXVI.

1 *Principali sublato tollitur accessorium. & nu. 3.*
2 *Præscriptio multiplex, quando requiratur.*
4 *Interesse promissum per stipulationem, forte soluta peti potest.*
5 *Personalis tollitur sublata hypothecaria.*
6 *Auaritia in quibus personis sit vituperabilior.*
7 *Vsurarius pro instrumento recolligendo de sorte nil retinebit.*
8 *Vsuræ, an possint in seculari foro repeti.*
9 *Vsurarum cognitio, ad quem spectat iudicem.*
10 *Vsuraria causa ad ecclesiasticum iudicem remittetur.*

Eos. Primo prouidet, ne fructus, vel vsuræ petātur ab eo, qui in principali debito est tutus præscriptione. Secundo prouidet in vsurarum moderatione; secunda ibi, super vsurarum. prima pars hoc dicit. Debitor tutus in præscriptione principaliter re, vel quantitate, non potest conueniri in fructibus, nec vsuris medij temporis. † Nota ibi, principali enim, &c. cp sublato principali præscriptionis tollitur accessorium, siue sit fauorabile. vt fructuum, siue odiosum, vt vsurarum. No. fortius, cp accessorium quantuncunque sit annuum, tollitur vnica præscriptione, qua tollitur principale debitum. Venio ad apparatum, & prima glo. quærit, si hypothecaria esset sublata decem ann. inter præsentes, vel viginti inter absentes, vt l. j. & 2. infra, si aduer. cre. an quia durat personalis, poterit agere pro vsuris, sicut potest pro principali debito. Et attende, quia glo. se inuoluit propter intelligere. de Iui. pig. infra. quæ quæstionem istam non attingit. Ideo respondēdo ad quæstio. dic, cp agi potest pro vsuris ex sua propria stipulatione, quæ non est sublata, & idē si debeantur ex officio propter moram, quia & illud durat, quandiu principalis cui deferuit, l. 4. j. depositi. fed hypothe. pro vsuris agi non potest, imò nec pro debito principali, vt perinde sit in effectu, ac si a principio pignora non interuenissent. Nec ob. Intelligere, quia loquitur econtra, quando principalis est sublata, & durat hypothe. quo casu, an hypothe. possit pro vsuris intentari, nihil dicit. Illa. fed dixit Ioan. cp sic, si pro usura pignora erāt obligata. Sed replicabis tu, quomodo agetur pro usura hypothe. cum principalis stipulatio usurarū, quæ potest dici accessoria respectu sortis, sit sublata præscriptione. Respon. glo. hoc euenit, quia hypothe. nō est sublata, cū per se sub sistentiam habeat, quia tempus uitæ eius est a iure p se seorsum statutū a principali suo, iō una præscriptione non tollitur, & hoc uult ista glo. scabrosa, quam Doct. non sunt uisi declarare. Et no. quod stipso usurarum in glossa appellatur, qnq; accessoria, &

hoc respectu sortis,& tunc sunt duæ accessoriæ, vna vsurarū, alia hypoth. quandoq; appellatur principalis respectu hypothecariæ pro vsuris, quæ ei accedit, & sic diuersis respectibus dicitur prin-
2 cipalis,& accessoria. † Opp.modo cum seq.gl.quod vna præscriptio non sufficit, quia vbi est annua præstatio, ibi multiplex requiritur præscriptio inchoanda a principio cuiuslibet anni, non ab exordio contractus,seu promissionis, vt ī.de præscri.30.ann. l.cū notissimi.§.in his.Glo.so.dupliciter.Primo,quod hoc odio vsurarum,sed hoc non valet; quia,& in fructibus hic loquitur,q odiosi non sunt.Secundo,remittit ad no.in contra.& ibi datur vna sol.ꝙ hic in accessorijs,ibi in principalibus, & licet glo. ibi videatur recedere ab ea, quasi idem sit in principalibus per stipulationē debebitur,& aliud in legatis,multi tamen ipsam tenent,vt ibi dicā.
3 † Opp. ad generale, quod sublato principali non tollitur accessoriū,l.intelligere.ī.de lui.pi.Sol.gl.quod ibi de alio accessorio loqtur, quia de hypothe. quia non tollitur per præscriptionem principalis,hic de accessorio vsurarum. Et ratio duplex redditur,vna, quia illud accessorium hypothe.est fortius,& potentius,quia reale,ideo non tollitur sublato principali, vt viliori, & minus potēti. Alia ratio est,quia tempus vitæ accessorij hypothet.est per se statutū a iure, & seorsum a suo principali, ideo non tollitur tēpore, quo suū principale, hic vero tēpus vitæ accessorij non est per se, & seorsum statutum a suo principali, ideo tollitur vna cū principali, vt hic. Sed meo iudicio hoc indiget aliqua declaratione, videlicet, quare l.tempus in hypot.statuit separatum,& maius,q̄ in principali. Et huic videtur respōdere Cy. quia non est fundatum super æquitate sui principalis,& aliter non declarat; forte vult dicere,ꝙ hypothecaria additur,vt principalē roboret,& vt ei addat pro sui faciliori exactius reale hypothe. quod est persecutorium
4 rerū,& bonorū debitoris. † Opp.ad idē de l.cētum Capuæ.& l.fi. ff.de eo quod cer.lo.vbi interesse per stipulationē promissum potest peti sorte soluta. Solue,vt sequitur in glo.vsq; ad fi.videlicet, quod accessorium quod dētur, aut dētur officio, & tunc quādocunq; tollitur,principale tollitur,& illud,qa officiū mercenarium vltra non durat,l.4.ī.deposi.& s̄.eod.l.in bonæfidei. Aut debetur iure obligationis, & ac. & tunc, aut principale tollitur præscript. & tūc,& ipsum accessorium tollitur, vt hic, & intelligo de accessorio,in quo veniūt accessiones, vt vsuræ,fructus,vel interesse,nō de accessorio hypot.ꝙ est rerū persecutorium,quia in eo dic,vt s̄. Aut principale tollitur per sn̄iam, vel sol. & tunc accessorium nō est sublatū,l.j.s̄.de iudi.& d.l.centū.& l.fi. & rō diuersitatis est,qa negligentia pariter concernit vtrunque, ideo præscriptione,quæ causatur a negligentia,merito tollitur vtrunque,sed sententię solutio concernit tantū causam,ex qua fertur, vel soluitur, ideo vltra se non extendit,& hoc vult ista gl. quæ est no.maxime in eo, quod dicit de sn̄ia, qa cōsueuimus dicere, qđ in sn̄ia absolutoria si cā inserta est sufficiēs ad remouendū principale, & accessoriū, tūc tollat vtrūq;,si alterū tm̄,tunc illud solū tollat.Sinautē dubitat,qa cā forte nō inseritur,tūc ista gl. sentit, quod vltra sortē deductā in iudicio se non extendat sn̄ia, iō oblō accessoria sup vsu-
5 ris durat.†Oppo.ab extra,si verū est quod hic dr̄,ꝙ sublata hypo-
a the. sit sublata psonalis [a] ꝓ vsuris, seqtur quod sublato accessorio tollit ipsum principale,quod esse nō dēt,cū principale nō dependeat ab accessorio,sed eꝯ.ff.q.mo.pig.vel hypo.sol.l.j.§.cū vēdito. & ex his q̄ dixi in q.formata,in j.gl.Sol.qđ non est verū,qđ stiplō vsurarū hic perimat ex peremptione hypoth. sed ex pscriptione, quæ est sufficiēs pro vtraque. Opp. ab extra,ꝙ fructus minori tēpore præscribantur,quàm triennio,ff.de vsucap.l.sequitur. §.fructus.& quod ibi not.Solu.quòd ibi petuntur vt sui,hic vt debiti.

ADDITIO.

a †Sit sublata personalis. Adde ultra ea,quæ no.hic Bal.nu.3.uer.quarto oppono.eundem Bal.in l.cum notissimi.in princ. & quod ibi no.in apostil.ad ipsum,per Alex.infra,de præscrip.30.annorum.

§.Super vsurarum. Hic secūda pars legis, qua prouidet super vsurarū moderatione, & primo generalē taxationē super diuersitate personarū, & transiectitiæ pecuniæ ponit; secūdo consuetudinē ꝯriam mandat non seruari; tertio, conuentiones in eo,quod excedant annullat; quarto, ꝯ fraudes ꝓuidet; secunda ibi,nec liceat; tertia ibi,si qs aūt; quarta ibi,machinationes.Casus.Modus vsurarū hic taxatur secundū varietatem personarū,nec consuetudo,vel conuentio ꝯria est seruanda,& si dubitet,an in fraudem psona sit interposita,vel nō,ad sacramentū purgationis recurrit. h. d. Modū tamen vsurarum collige ex his versibus. Discant illustres stipulari posse trientes.Et mercatores sibi posse quærere besses.Quærere semisses pāt cōiter omnes. In transiectitijs vires centesima su-
6 mit.†No.ꝙ auaritia magis est detestanda in positis in dignitate,q̄ in alijs. No.ꝙ mercatoribus magis licet, q̄ in alijs;forte,quia maiora lucra sunt facturi, si in mercantijs inuestissent. Et sic not. ꝙ mercatorū maior est cupiditas,& auaritia. Not.ex ver.nec liceat,
a quod cōsuetudo, vel statutū [a] de vsuris præstandis ꝯ ius cōmune non valet. Ex quo collige, ꝙ cū q̄libet vsura sit hodie prohibita, nisi quatenus cōcernat interesse,vt dixi in auth.ad hæc.quod statutum nullo modo est obseruandū. No.ex ver.si quis.quod vsu-
7 rę receptę extenuāt sortē. † No.ex ver.interdicta.qđ vsurarius nō
b pōt aliqđ retinere de sorte [b] ꝓ recolligēdo instrumētum a tabellione. Et hic dicit Cy. quod debitor nō tenetur reficere creditori expēsam instrumēti,quod fatētur Doc.nisi debitor fuerit in mora soluēdi,ita qđ eius mora fuerit cā recolligēdi instrī,ar.ex̄,de fi.de.c.puenit.in ver.alioquin. No.ex ver.si machinat.qđ psūmptio est ꝯ fęneratores,vt studeāt fraudibus,& qđ noīa aliorū sępius faciāt poni in fraudē.Itē no.ex fi.qđ pp difficilē ꝓbationē fraudum venit ad purgationis sacrm̄,qđ pstat,arg.vt cōstitutio Epi,q̄ in ꝓbando aliquē vsurariū pbet faciliorē modū,valeat,qđ dicit Bal.se putare verū,& nil allegat. Glo. op.qđ alijs casibus vsura aliter,& aliter,q̄ hic statuat,debeat,vt ff.eo.l.frumēti.& authē.ad hæc. Sol. vt gl.cōfitendo ꝯria,& signa gl.hodie,tn̄ nulla vsura debet,vt dixi in auth.ad hęc.Quærit gl.qd si iurauit seq cōsuetudinē,& dicit ex quo cōsuetudo,& statutū nō valet,iuramentū,quod tendit ad corrobora.vel obseruantiā statuti,nō valet,l.non dubiū. s̄.de leg. qđ no.ꝯ miseros Ptātes; Secus dico,si iuramentum tēdit ad aliud dandū noīe vsurarū,nō habito respectu ad statutū,qa tūc iuramētū est seruandū, nisi impetrata sit abso. vt extra,de iureiu.c.debitores.& vltra hoc vide,q̄ dixi in authē.ꝑterea.s̄.de sacrosan.eccle. Quærit gl.an ꝑ consuetudinē minui possit modus hic statutus,&
8 dicit,ꝙ sic,& bene,& vide,qđ no.in clemē.j.extra,de vsu. † Quæ-
c ro, utrū in foro seculari possint usuræ repeti, [c] uel ꝯ debitorē de ꝯctu usurario excipi,ut sic iudex secularis cognoscere possit,glo. iuris canonici tam Ber.in c.cum sit.extra,de foro cōpetē.quā glo. Ioā.And.in clemē.dispēdiosam.de iud.tenet,ꝙ non,qa crimē est ecclesiasticū, iō iudex secularis de eo non cognoscit, ut extra,de foro cōpetē.c.ex tenore.& 11.q.j.si qs cum clerico.uer.sinautem crimen.Sed quidam alij,ut Hug.& Lau.dixerunt,ꝙ uterq; iudex tam laicus,q̄ ecclesiasticus est cōpetēs iudex, cū & hoc crimē sit etiā ciuile,quia usuræ ēt a iure ciuili sunt prohibitæ. Et hoc tenet Archidia.q.14.quid dicam. Pau.de Leaza.ut refert Bar.in l.Titia. ff.sol.me dicebāt,ꝙ si solū est dubiū iuris,i.qa in facto partes sunt concordes,sed discordant in iure, qa unus dicit factum illud esse usurarium,alter non;tūc cognoscit tantum ecclesiasticus. Sinautem dubiū principale sit facti, quia actor dicit, ꝙ mutuauit 300. reus dicit,quod non fuerūt,nisi centum,sed maior summa fuit in instrumento apposita in fraudem usurarum, tūc iudex laicus co-
9 gnoscere de hoc potest,& cum hoc transit Bar.†Ego dico,quod antequàm essent decretales, & decreta,iudex laicus cognoscebat de usura illicita, cū igitur hodie omnis usura sit illicita sequitur, quod cognoscere potest, ex quo non reperitur expressim ꝓhibitus. Et ideo mihi uidetur dicendum,ꝙ in casibus,qui de iure ciuili nullo modo censentur usurarij, sed de iure cano. sic iudex ecclesiasticus tantū cognoscere potest, qa crimen tunc est ecclesiasticū tm̄. In casibus uero,q de iure ciuili cēsentur usurarij,licet in illis usura nō esset olim ꝓhibita usq; ad certum modum, dico quod sicut cognoscebāt de usura supra modū uelut illicita,sic & hodie cognoscunt de ea,quę est ī.illū modū,cū totus modus hodie sit illegitimus, & forte ꝙ si repeterentur data, ut simpliciter data ob iniustā causam,non addendo ꝙ in præiudiciū animę suę reus teneret,& possideret,& restituere nollet, ꝙ indubitāter coram laico peti possent; quia tunc non rōne pecuniæ, & criminis ecclesiastici repetuntur.Epi tn̄ ista nolunt audire,ut commodius suæ curiæ cedant. Scias tamen, quod ubi in foro ecclesiastico ꝓcederetur,cōmissio dēt esse summaria,ut in clem.dispendiosam. s̄.alleg.quod nō esset,si in foro seculari cognosceret,ut ibi no.gl.
10 quod not. † Vnū non omitto,quod te oīno scire uolo,de quodā statuto,quod Doc.Cano.inter quos fuit Ioā.Cald.& Ioā.de Lig. ad euitationē dictarū remissionū fecerūt fieri in Bon.quo sic cauetur in forma,si coram aliquo officiali cōis Bon. incidēter ꝓponatur, qđ cā de qua agit est usuraria, iō ad ecclesiasticū iudicē remittēda,ꝓponēs ꝙ remittat, in hoc nō audiat,sed officialis, corā quo proposita fuit exceptio usurarum, ipsam admittat, & de ea cognoscat modo,& forma,qbus cognoscere debet de alijs exceptionibus peremptorijs, secundū formam statuti cōis Bononien. & ꝓbationes factæ de dicta exceptione per testes, uel instrumēta pręsumpte, uel alio modo, illū effectum habeant, quē habere deberent,si facta forent in foro ecclesiastico,etiā si de iure ciuili, uel

ADDITIONES.

a †Consuetudo,uel statutum. Habes hic,quòd non ualet consuetudo,uel statutum de usuris,quantuncunque minimis præstandis,de quo dixi supra proxi. & isiis adde Bart. omnino in l.cunctos populos. supra, de summa Trinitate,& fide catholica.

b †Non potest aliquid retinere de sorte. Vide pro hoc dicto Bal. notabiliter in l.fi.supra,de condic.ex lege.& in l.non ignorat.infra,de fru.& li.expen.

c †Repeti.Quòd usurarum repetitio fieri possit in foro seculari.Card.in clem.j. 18.q.de usuris. Vbi uide omnino. & Pau.de Cast.& Alexan. in l.si non for.in prin.de condict.indeb.ubi dicunt de consuetudine non repeti,nisi in curia Episcopi:uide etiam Card.in §.fi.15.q.& seq. ubi loquitur de usura dotis repetenda a marito,qui non debet audiri petens se remitti ad iudicem laicū, alias dic,ꝙ si laicus fatetur se usuras recepisse,potest in foro laici conueniri,alias non. Alex.& Pau.de Cast.in d.§.si quis post.& Bal.hic,& per Fely.consil.92. & consi.42.& plenius per Alex.ubi supra.

†Adde ultra ea,quæ notat hic Bal.& post eum Alex.in apost.nu.3. uer.quæro utrum in foro seculari,in apost.in uer. Bar.in l.in omni nouatione.nu.j. uer.ego dico sic.& ibi posui in addit ad ipsum,in apost.in eo.uer. supra,de sacrosan.eccle.& quod notaui post Lanfran. de Oria. in c.quoniam contra. §.confessiones.nu.8.uer.subiungit etiam Bal.extra,de probatio.

vel quocunque statuto prædicta carerent effectu,& hęc inuiolabiliter obseruentur,nisi coram iudice ecclesiastico ante peti.porrectam, coram officiali communis Bono. fuisset causa vsurarum inchoata per petitionem,& citationem partis inde secutam. Patet quod Doct.prędicti sentiunt,ꝙ de incidenter proposita iudex ciuilis cognoscat, sed volunt, ꝙ probationes ita sint faciles in foro ciuili,sicut in ecclesiastico,quod no. De principaliter proposita silent,vtpote,vt magis dubia, & hæc sufficiant.

LEX XXVII.

1 *Lex noua,qualiter ad negocia præterita trahatur.*

De vsuris. Hæc lex disponit,vt creditores, qui stipulati fuerant vsuras, vltra quàm dictet præcedens constitutio, illas exigant secundum ꝙ fuerant stipulati, pro tempore, quod fluxerat ante illam constitutionem, & pro tempore,
1 quod postea fluxit,seruent constitutionem.†Et ad hoc no.quòd lex noua trahitur ad negocia præterita, quatenus pendent de futuro,non quatenus robur,& perfectionem receperunt pro tempore præterito;de quo plenius dixi in l.leges.supra,de leg.

LEX XXVIII.

Vt nullo. Sicut vsura vsurarum non potest exigi; ita nec in sortem singulis annis imputari, alias lex esset imposita verbis,& non rebus. hoc dicit. Et sic hæc lex obuiat fraudibus fœneratorum, qui in fine anni conuertunt illas in sortem.Sed glo.hic posita dat remedium,quod vsurarij faciant in fi. anni sibi vsuram solui, vel in conspectu eorum offerri,& deponi, & postea illam in causa mutui cōcedant,arg.l.singularia.ff.si cer. peta. Sed Bal.dicit hoc non procedere,arg.l.qui sic.ff.de so.& qa manifesta fraus colligitur ex tali actu,ergo &c.vt s̄.eo.l.eos.ad fi. & hic.Non ob.l.singularia.quia ibi nulla fraus colligitur.Salyc.

¶De nautico fœnore. Tit. XXXIII.

¶Quia in nautica pecunia,quędam sunt specialia,ideo de ea specialiter subijcit.Quæro,quæ sit nautica pecunia.Et dic,vt in gl. Et attende,quòd nisi expressim creditor in se recipiat periculum,remanemus in iure communi,vt infra eo.l.2.l.fi. & sic debitoris est periculum.l.incendium.supra,si cer.pet.& ideo tunc vsurę centesimæ locum non haberent,sed aliæ, de quibus supra,titu.j. l.eos. Est enim vsura centesima precium periculi recepti, ff.eod. l. periculi.Et ideo,si conuentum sit,vt creditoris sit periculum,potest ipse centesimam vsuram stipulari, & si stipulatus non fuisset, & tunc an sibi centesima debeatur propter periculum susceptum, non reperio iure cautum,ideo sto regulæ,quæ vult,quòd in contractibus stricti iuris vsura non debeatur citra vinculum stipulationis,l.quamuis.supra tit.j.& quia in eod.tit.l.eos. versic.in traiectitijs.tex.vult,quòd debet stipulari.

LEX PRIMA.

1 *Metu pericul',si quid concedatur,metu sublato,id ipsum prohibetur.*

TRaiectitiam. Pro tempore, quo creditor suscepit periculū traiectitię pecunię,vsura centesima debetur,pro tempore sequenti communis: hoc dicit, cum gl.
1 †No. quod metu periculi cōcessum metu sublato dicitur prohibitum,& ad ius commune redactum. Ex quo dicit Bal. ꝙ bailia, vel arbitrium aliquibus concessum in tempore guerrę,& discordię,non potest exerceri tempore pacis, & concordiæ,quia finitum intelligitur, quod not.Salyc.

LEX II.

1 *Nauigare per mare,periculosum est.*

a **Cum dicas.** [a] Pecuniæ nauticæ debitoris est periculum,nisi aliud fuerit conuentum. hoc dicit. No.ꝙ a iure communi nō receditur,vbi pactum contrarium non reperitur. Est autem de iure communi, vt pecuniæ mutuo datæ periculum sit debitoris,l.incendium.s̄.si cert.peta.Et no.gl. quæ vult,quòd vrbs sacra proprie est Hierusalem,& de ea per ta-
1 lia verba intelligitur, nisi aliud exprimatur. † Item not.nauigare per mare est timendum, quia non est sine periculo, ideo nauta non est sine culpa, quando eundo Venetias intrat mare, cum
b possit ire per lacunas; [b] facit l.proxi.& ff.ad l.Rhod. de iact.l.si vehenda.§.j.& pro hoc glo.bona,in l.eos.§.fi.ff.de fal.homini enim potenti, & crudeli æquiparatur mare, vt l.3. ff. de do. causa mor. Et est ratio, quia aduersæ maris procellæ nemini parcunt, & inexorabiles sunt,quia precibus non flectuntur. Barth.de Salyc.

ADDITIONES.

a ¶Cum dicas. Vide Bal.in l.& cum proponas, seq. ubi quòd culpa est nauigare per loca insolita.

b †Cum possit ire per lacunas. Adde unum uerbum multū not. per Bal.in l.quia nonnunquam.infra,quæ res uen.non possit.

LEX III.

1 *Periculum,quomodo quis in se suscipere dicatur.*
2 *Merces licitæ propter illicitas confiscandæ.*
3 *Merces illicitas portans capite plectitur.*
4 *Merces prohibitæ,si confiscentur,an ēt currus super quo feruntur,perdatur.*
5 *Merces qualiter scientur esse magistri nauis.*
6 *Portans bladum extra territorium,quando puniatur,stante statuto,&c.*

a **Cum proponas.** [a] Casus.Suscipiens in se periculū nauigationis,intelligitur suscipere periculū fortunę,nō debitoris culpæ.h.d.†No.ꝙ suscipiēs in se periculum,intelligitur illud suscipere, qū non prouenit ex culpa alterius partis,sicut si quis promittit aliquem non inquietare, intelligitur ꝓmittere nisi causa ex illius parte ꝓcedat,l.cū venditores.ff.de verb.obliga.No.ibi,nec loco quidē nauigij seruato,ꝙ in culpa est,q cōsuetū nauigij locū nō seruat,quod facit ad id,quod in præced.l.dixi. Itē no. bi,illicitis cōparatis mercibus, quod culpa est illicitas merces ponere in naui. †Itē no.ꝙ pp illicitas mer-
2 b ces cōfiscantur ēt licitę, [b] & nauis ipsa; cōcor.ff de publ.l.cotem. §.dn̄s.& §.illicitarū. In ꝯrium vr̄ casus,ff.de publi.l.si publicanus. §.j.ibi,si quid amplius,&c. facit ff.de aqua plu.arcen.l.j. §.idē Labeo.qa si alius est dn̄s nauis,q̄ is q imposuit,& ipse ignorans fuit, nauis nō publicat.vt eo.§.dn̄s.in fi.Quidā soluūt hæc ꝯ,quod interdū oīa sunt eius,q merces illicitas imposuit, & tunc oīa confiscantur, vt hic; nā & pecunia mutuata hic erat sua, licet creditor periculū receperit,l.2.ff.si cer.pet.Aut nō oīa sunt sua,& tūc illa, q̄ sua nō sunt,nō publicātur,vt d.§.dn̄s.in fi.Sed hæc sol.non placet qbusdā p d.l.si publicanus. vbi oīa erant eius, & tn̄ licita non publicātur. Alij igitur dixerūt,aut confiscatur cōtinens, vt nauis, & tūc oīa in eo contenta confiscantur,vt hic,arg.ī.de incest.nup. l.cū ancillis.aut continens non confiscatur,& tūc solū illicita cōfiscabūtur. Et idē,si essent plures species,& nō esset dare aliquod continens,vt plures equi,vel salmæ,vt d.l.si publicanus. Ista solu. mihi non placet,qa sicut si continens non est suū, illud nō publicatur, vt d.§.dn̄s. ita nec contenta, quæ sua non essent; præterea irrationabile est,vt alterius odio alter prægrauetur. Alij igitur, vt Cy.& Bar.dixerūt,quod non sua nunq̄ publicētur, sua aūt oīa publicātur,qū pp illicitas merces ipse venit puniēdus capite, qa tūc ex consequētia pœnæ capitalis oīa publicantur, l.q. vltimo. ff.de
3 pę.†Quod aūt iste,q illicitas merces exportat,capite puniatur,ꝓbatur ī.q̄ res exp.non po.l.2.& ita hūc tex.intelligūt. Ista sol.adhuc nō est perfecta: & nō sua qñque publicātur, vt nauis, qū dn̄s sciēs fuit,vt d.§.dn̄s.& si illa litera bene ponderet, ibi publicātur, non qa magister nauis,vel gubernator puniat capite,sed solū,qa in ea illicita portant de conscientia dn̄i nauis.Præterea s̄m illorū sol.tex.ille,nec iste haberet locū,si aufugisset, vel absens esset: ita quod capitalis pœna imponi non posset, l.absentē. ff.de pę. Alia sol.dat hic Bal.l.quod in casu huius l. hoc euenit,qa consuetudo, vel statutū illius loci hoc disponebat,quod patet, qa ista pęna nō tā imponit psonæ pro re, q̄ ꝓ pcipiti auaritia, & inciuili audacia, vt hic in litera.Et iō dicit ipse,ꝙ si cōsuetudo,vel statutū nō esset, iudex, vel alius officialis fisci ex suo capite nō posset confiscare, nec incorporare in fiscū licitū, pp illicitū, qa separatorū separata est rō,l.Papi. exuli. ff.de mi.& l.fi. ff.de calū. Et qđ dēat hic litera intelligi,ꝓbat ipse,qa ad illā pęnā,de qua Bar.& Cy.dicūt, regreret sn̄ia,q̄ hic nō regrit,sed de facto res capiunt, & cōfiscantur,vt hic in ver.occupasse.& ff.de publi.l.cōmissa.& ff.de iure fi.l.Imperator. Iste intellectus in hac l.vr̄ multū diuinare. & similiter in d.§.dn̄s.Verū,qa nulla ex his sol.vr̄ pfecta,iō iungo eas simul,distinguēdo,qa aut qrit in rebus,quæ portari pn̄t licite, sed nō sine vectigalis solutione, tūc in illis licentia data de certa quantitate, vt transeat sine vectigalis solutione, quod amplius portatur, nisi de eo denunciatio fiat, & vectigal soluatur, illud amplius perdi-
c tur, [c] & in commissum incidit,& non aliud,de quo vectigal solui non debuit,vt d.l.si publicanus.§.j. Aut quæritur in rebus,q̄ portari non pn̄t licite,ēt cū vectigalis solone, vt sunt hæ, de qbus loqtur hæc l.& eius glo. & tūc distinguo. Aut licita sunt alterius q̄ portātis,& tūc si dn̄s eorū nō fuit cōscius,nō publicant licita,sed illicita tm̄, vt d.§.dn̄s. in fi. & ī.de euict. l.j. & ī.de ero.mi.an. l.fi. lib.12.& arg.eius.quod no.gl.s̄.vt nemo priua.l.j &c. & hoc,nisi expssim aliud caueat in l.municipali,vt hic s̄m lect.Bal.vel cōi.vt ī.de ser.fug.l.qcūq;.§.in minorū. & ī.vnde vi.l.meminerint. & s̄. de sacrosan.eccle.l.iubemus nullā. & tūc portator,siue nauis gubernator,siue caractarius, siue mulaterius, vel vecturalis tenetur
d resarcire dānū passo, [d] vt d.l.iubemus. & hic, & d.l.meminerint. & ff.de publi.l.Imꝑator.ff.de pig.ac.l.fi.in fi.& no.Iac.But.in d.l.j. s̄.vt nemo priua. Aut tā licita,q̄ illicita sunt ipsius portātis, & tūc aut pp hmōi portationē oīa sua bona veniūt de iure cōfiscāda,& tūc non est dubiū,& vēdicat sibi locū sol. Cy. & Bar. & Aut eius bona nō veniūt oīa ex hoc cōfiscāda,& tūc stat qō nostra,an pp illicita cōfiscētur licita,& mihi vr̄ tunc dicendū. Aut licita,& illicita separatim super diuersis rebus portantur,qa licita super uno mulo,uel curru,illicita super alio, uel in diuersa naui, & tunc uēdicat sibi locum alia solu.ut licita nō publicentur pp illicita,quæ secum

ADDITIONES.

a ¶Cum proponas.Vide l.Imperatores.de ap.& Bar.in l.j.de his,q deie.uel effu.

b ¶Etiam licitæ. Vide D.Alex.post Imo.in l.seruus communis.de uulg.& pupil.

c †Illud amplius perditur. Contrarium tenuit Bar.in l.cotem.§.dominus.& in l. publicanus.§.j.de public. sed Bal.cum isto hic, nu.10.uer.ultra prædicta inducuntur,pro quibus est tex.in l.j.§.Trebatius.ff.de aqua quoti.& ęstiua.& no.Imo.in l.seruus communis.de uulg.& pupil.

d †Damnum passo. Quia non possunt allegare ignorantiam uectigalium,ut no. in fi.Ioan.And.in addit.ad Spec in tit.de constit.in addi.de eo,qui portat arma.Quid autem sit in uecturali,si rusticus portās uinum ad domū dn̄i,illud effundat,cuius sit periculum,& uide Bal.in l.j.post prin.ī.quę sit lon.cōsue.

a **Si deposita.** a Primo, vnum dictũ. Secundo, notiũ remouet dubiũ. Tertio, huius remissionis rationẽ annectit; vel primo premittit, secundo, quæsitum soluit. tertio sol.rationẽ adijcit. Secunda ibi, sed cũ depositi; tertia ibi, nõ enim. Post diffinitiuã latã super principali, nõ põt iudicis officiũ
1 super accessorio implorari.h.d.† No.ꝙ officiũ mercenariũ nõ durat vltra principale, nec sine eo intẽtatur. Item no. quod id, quod iudicis officio debetur, nõ debetur iuris act. Opp.de l.die.§.j.ff.eo. Sol.vt in gl.j.& adde quod dixi in l.præce. Opp.ꝙ vsuræ ꝑ se peti possint, ṡ.de iu.l.j.& ff.de eo, ꝙ cer.lo.l.centũ. Sol.vt gl.videlicet, quod ibi debebantur ex stipulatione, & sic nõ iudicis officio, sed iure act. Opp.ꝙ excep.rei iud.nõ repellat, vt ff.de exce.rei iud.l.euidẽter. Gl.dat tres solu.& tenet tertiã, videlicet, quod hoc accessoriũ nõ põt durare sine principali. Sed nõ vr̃ mihi bona, quia hoc accessoriũ non durat sine principali, cũ per sententiã condemnatoriã prima non sit nouata, sed durat, vt ff.de pig.l.grege.§.etiam. & ff.de fi.l.Græce.§.j.& §.an ergo.& plene not.in l.fi. j̃.de vsu rei iud. Quare Mar.Sil.dixit primã verã, vbi vsuræ fuissent petitæ, qa tunc propter accessoriũ prius petitũ, licet super eo sententia non sit lata, non potest intentari prima actio, arg.l.Paulus.ff.de re iud. alias non obstaret, vt in ꝯrijs. Pet.vero dixit, quod etiã si non sint petitæ, primæuæ actioni detrahitur id, quod iudicis officio debebatur, vt hic, non qñ principaliter debetur, vel act.iuris, vt in ꝯrijs, vt pro illis primæua posset intentari, vt ibi, facit l.iudex.ff.de re iudic. Alij dicunt, quod sñia lata expiret officiũ ꝓ his, quæ ꝓcedunt ex lite, & instantia causæ, vt sunt expensæ factæ in lite, vt d.l.Paulus. nõ pro his, q̃ ꝓcedũt ex natura act. vt vsuræ, qa illud est innatũ illi actioni, & sic durat quãdiu, & illa. Et ideo dicũt, qđ ꝑ nouũ libellũ, in quo intẽtaretur prima actio, sibi posset creditor in hoc cõsulere ꝑ vsuris, nisi reus sibi cõsulendo condemnationẽ soluisset, & sic tenent secundã sol. hic positã, licet aliqualiter diuinent. Alij dicũt, ꝙ si hic nõ soluit, obtulit, tñ deposuit, & cõsignauit sortẽ, in qua fuit cõdemnatus, ꝙ sufficit ad impediendũ iterato priorẽ actionẽ intentari. Nec ob.ꝙ totũ non videatur offerre, cũ vsuras nõ offerat, vt l.acceptã.ṡ.de vsu.qa r̃ndet, qđ illud ꝓcedit nulla sñia lata, sed ea lata sufficit offerri, & deponi id, in quo condemnatio est facta, qa pro soluente habẽt, vt impediat iterato intẽtari occasione accessorij, vt hic, qđ est no. dignũ. Sed qa oẽs sol.habẽt aliquã diuinationẽ; ideo concludendo possum sic distinguere, cũ
2 quæritur, an sñia lata ius petendi accessoriũ duret. † Dico, aut accessoriũ debẽt iure actionis, & tunc illud durat, vt d.l.j.de iud.ṡ.& ff.de eo, ꝙ cer.lo.l.centũ. Aut iudicis officio, & tũc aut absolutoria est lata super principali, & effectualiter nõ durat, qa primæua, cui officiũ deseruit, intentari non potest. Aut fuit cõdemnatoria, & tunc aut illud accessoriũ debẽt officio, causæ, & liti innato, & tũc nõ durat, l.Paulus.ff.de re iud. Aut debetur officio actioni innato, & illi deseruienti, & tunc, aut super illo accessorio fuit lata absolutoria, & tunc ius super eo non durat, vt in prima solu. Aut nulla sñia sup eo est lata, & tunc aut condemnatus soluit, & non durat, vt in secũda sol. Aut nõ soluit, & tũc, aut nõ obtulit, nec deposuit principale, in quo est cõdemnatus, & tũc ius petẽdi durat, vna cum principali, qa nõ est nouatio, qcquid dicat Pet. sed nouo libello est opus: aut obtulit, & deposuit, & tunc hẽt locũ vltima solu. in qua, qa mihi vr̃ dubia, cogitandũ relinquo. Opp.ꝙ officiũ ꝑ se intentari põsit, l.ꝙ si minor. §.fi. ff.de mi. & ff.de var.& extraor.co.l.j. Solu.ꝙ illæ in officio mero, & nobili, & nulli actioni deseruienti; hic in mercenario, qđ actioni inhæret, iõ perit cũ illa, & hoc dicit gl.ꝙ est duplex, qa qñq; inhæret, qa actio est arbitraria, qñq; est bo.fidei.& vtroque casu, vt dixi, perit cum principali. Adde, ꝙ est tertiũ officium, quod actioni non deseruit, sed liti, & instantiæ causæ, & illud perit lite, vel instãtia finita, l.Paulus. ff.de re iud.& circa hæc vide, quod no.in l.2.j̃.de fruc.& lit.expen.

ADDITIO.

a ¶Si deposita. Hanc l.limita in casu singulari, in l.2.§.idem Iulianus.ff.de eo, qđ cer.loc.& dic, prout ibi D.Alex.de Imo.post Bar.& uide Bal.in l.j.ṡ.de iu, & per Moder.in l.cum in una.de ap.& quæ not.in l.fi.de cõdic.indeb.& adde, quod dicitur hic, ꝙ usura uenit officio iudicis, & non ex cõtractu, ideo nõ põt peti. Illud aũt in fructibus cõtractus bonæ fidei nõ erit, quia competit, alia.gl.est no.in §.actio.in gl.mag. Insti.de act.uide Imo.in c.grauis.de restit. spol.limita etiam istam legem, ut per Bar.in l.si domus.§.de euict.ff.de leg.j.

LEX V.

Propter. Duas quæstiones soluit. Secunda ibi, quamuis. Instrumenta crediti apud sequestrum deposita, credito per debitorem soluto, debent debitori de iure reddi, licet & eis non redditis per sol.sit liberatus.hoc dicit.No.ꝙ sequester instrumentorum debẽt de eis facere id, quod est conuẽtum. Item no.ꝙ si non apparet, quid sit actum, debent reddi ei, de quo a iure est dispositum; nam debito soluto debent reddi debitori, vt ṡ.de cõdictio.ex l.l.dissolutæ. nam creditor ipse tunc tenetur, ergo & sequester in dubio ad idem tenetur, quod no. Salyc.

LEX VI.

Is penes. Sequester tenetur seruare legẽ a partibus sibi datam.h.d.No.gl.quæ hoc fatetur, nisi conuentio daret causam delicto, arg.ff.de fi.l.si a reo.§.si reo. Consuetu-
a do tamen, & statutum a posset facere licitum, quod alias esset illicitum, vt no. Instit.de hæred.ab intest.§.per contrarium. Salyc.

ADDITIO.

a †Consuetudo tamen, & statutum. Adde de hoc dicto Bart. qui magistraliter & multum notabiliter loquitur, in l.j.§.usque adeo. ff.de iniur. & Ant.de But. in c.in ecclesiarum. extra, de constit.

1 *Desiderium hominum, dictamini recto disforme.*
2 *Identitas corporis, quomodo probetur.*

Desiderium. Depositarius tenetur deponenti, non ille vni pecuniam depositam credidit. hoc dicit. †Not.ꝙ desideria hominum non conueniunt, vt plurimum recto dictamini rationis, vt hic in prin.coniuncta gl.j. Item no.quod quis debet agere cum eo, cum quo contraxit, non cum alio, vt hic, & ṡ.si cert.peta.l.aduersus. Contra hoc oppo. de l.si is apud quem.ff.eo.& l.j.de act.& oblig. in quibus agitur cum alio. Sol.ibi, ex iure cesso agit, non ex proprio contractu. Quæritur, an iste mutuator teneatur furti ipsi deponenti. Respon. ꝙ sic, si non habebat licentiam vtendi, vt ṡ.eo.l.si depositi. quod an in dubio præsumatur habere, ibidem not. Vlterius dicit Cy.ꝙ quidam hic colligunt, ꝙ verba enũciatiua, actus gesti cum tertio emissa in instrumento probant actũ illũ in fauorẽ illius tertij ꝯ emittentẽ, licet eo absente fuerunt emissa, & sic illo instrumẽto, & cõfessione põt vti ille tertius; facit ff.de ꝓba.l.qui testm̃.in rõne ibi posita in fi.a ꝯrio sensu. Sed inquit Cy.ꝙ hęc l.hoc nõ dicit, qa deponẽs, & depositarius fatebantur ambo depositũ, sed certe imò dicit, ꝙ non posset instrumentũ arguere mutuatã pecuniã esse illã, q̃ fuit
2 deposita, nisi in eo fieret de deposita mẽtio.&c. † Ex quo collige aliud, ꝙ idẽtitas corporis ꝓbat ex cõfessione tacita, vel in instrumẽto publico apposita, licet illud ob aliã cãm, & cũ alio sit principaliter factũ, quod est menti tenendũ. ad fauorẽ igit ꝓdest, sed nõ ad præiudicium illius nocet, vt j̃.res inter alios act.per totum. Sed quomodo præiudicat confitenti confessio facta, absente aduersario, contra l.certum.§.si quis absente.ff.de confes.& ff.de ꝓba.l.cum de indebito.§.fi.cum ibi not. Potes dicere, ꝙ ibi non est facta in instrumento, hic sic. Vel vt omnia euites, dic, ꝙ hic ambo vtebantur eodem instrumento, vel de deposito non erat contentio, vt ṡ.dixi. Vel dic, ꝙ licet instrumentũ hoc arguat, i.argute ꝓbet, tñ tali probationi inter alios nõ statur, hæc tamen l.est cordi tenenda, & vide id, quod dixi in l.is apud quem.ṡ.de eden. Salyc.

LEX VIII.

Si is qui. Actio depositi, vt personalis competit cõtra depositarium, & eius hæredem, non contra singularem eius rei debitorem. hoc dicit. In tex. ibi, vt in venditione, dic, & sic non habuit depositarius potestatem vtendi pecunia, alias trãsfert dominiũ in accipientẽ, vt ff.si cer.pet.l.ꝙ si ab initio. Et adde, quod no.ṡ.eo.l.3.& an recipiẽs, sciens alienã, & dominũ nolle vti depositario, teneatur furti, vt depositarius, vt d.l.3.videtur ꝙ sic, qa inuito dño recipit, & animo lucrãdi saltẽ illius vsum habet, vel per eius consumptionẽ dominiũ, & sic furtũ cõmittit, l.idẽ.§.fi.ver.ꝙ sic, a fugitiuo.ff.de condi.ob turpem causam. Sal.

LEX IX.

1 *Hæreditas vicem personæ, defuncti sustinet.*
2 *Hæreditas iacere dicitur, vbi suus hæres non reperitur.*

1 **Cum hæreditas.** † Hæreditas sustinet vicem personæ defuncti, & quod ei interim quæritur, hæredibus postea adeuntibus, quæsitum intelligitur.hoc dicit. No.quod seruus ex deposito quærit act.domino, vt hic, & licet domino actio sit quæsita, tamen seruo ex bona fide reddi potest, id est, si nulla causa sit suspicandi iusta dominũ nolle sibi reddi, & illa sit no.depositario, vt ff.eod.l.ꝙ seruus. Sed dubitari potest, quid in monacho. respon. idem, vt ei possit restitui; sed in iudicio exigere non potest, si opponatur ei de mandato, nisi prout colligere potes ex no.in l.si longius.§.si filius.in fi.ff.de
1 iudic. † Vlterius not.glo.hic positam, quæ vult quod vbi est suus
a hæres, ibi non sit hæreditas iacens, a & pro glo. facit ff.de stipula. seruo.l.liber homo.§.fi. quod no.quia ex hoc sequitur, quod non potest dari tunc curator hæreditati velut iacenti, & quod processus factus, tanquàm contra hæreditatem iacentem non valet, qa dominium continuatur in suum hæredem, absque vllo medio, vt l.in suis.ff.de lib.& posthu. ita tenet hic Bal. In contrarium facit, quia suus non potest conueniri, nisi probetur immiscuisse, l.si fratris.& l.potuit.j̃.de iure deliberan.& l.j.de repud.hære. & hoc propter beneficium abstinendi ipso iure ei tributum, sed ad tollendum omne dubium, cautela est, vt suus conueniatur, & si dicat se deliberare, vel nondum hæredem esse, sequitur quòd vtitur beneficio ei concesso, & poterit curator dari.

ADDITIO.

a †Non sit hæreditas iacens. Alex.hic in apostil.ad Bal.in uer.sui.dicit se multum dubitare de hoc dicto per no.in l.necessarijs. & in l.qui princ. ff.de acq.hæred.& intelligit gl.in hac l.cum suo textu loqui, quando tractatur de fauore filij, & ideo uidetur, ut ait, secus, quando de incommodo tractatur.

LEX X.

1 *Tabellio condemnatus in actione depositi, an possit instrumenta conficere.*

Qui depositum. Condemnatus suo nomine in actione depositi efficitur infa-
1 mis.h.d.†Quæro, an post hãc infamiam si esset tabellio, posset instrumenta conficere. Et vr̃, ꝙ non, per not, per glo. in l.2.§.miles. ff.de his, qui no.infa.ubi gl.dicit, ꝙ infamis remouetur ab oĩ officio

cio publico, hoc suadetur, quia repellitur a testimonio, l.3.§.l.Iul. ff.de testi. & tabellio est testis suorum instrumẽtorum, ergo &c. Innoc.extra, de accusat.c.qualiter, & quando. la 2. in glo.magna. ver.item no.dicit, quod condemnatus aliqua ac.ex contractu descendente, quæ infamat, non prohibetur officium exercere, quia ab eo non depositus, nec etiam hoc casu est deponẽdus. In damnato autem ex crimine famoso dic, ꝙ etiam quandiu toleratur in officio, valent per eum gesta, sed si officio spolietur, remoueatur, vel degradetur, tunc per eum postea gesta non valebunt. Adde, nisi esset tabellio, qui esset cõdemnatus de falso; nam vlterius instrumenta non potest cõficere, l.si aliquid. j̃.de susce.& archa. lib.10. Aliter dicit Bar.in l.eadem.ff.ad l.Iul.rep.vbi vide Saly.

LEX XI.

1 *Depositarius depositum, statim constituere compellitur.*
2 *Compensatio depositi, ad depositum non admittitur.*
3 *Exceptio hypotheca, depositario non potest opponi.*
4 *Titulus, dictio, quid importet.*
5 *Dominus, an possit rem suam apud se depositam retinere.*
6 *Depositum, an debeat restitui bannito.*
7 *Depositum inficiatus, ad duplum tenetur.*

a **Si quis.** a Primo dictum cum ratione, quando ex vna parte tantum depositum est factum. Secundo, aliud dictum, quando hincinde competit actio depositi. Tertio, remouet dubium, quando a tertio facta est protestatio depositario, ne restituat. secunda ibi, sed si ex vtraque; tertia ibi, quod si in scri.
1 † Depositarius sine dilatione compellendus est depositum restituere, nec compensationem, vel retẽtionem potest obijcere, etiã si ab vtraq; parte res sint depositæ, nisi tertius ei fuerit protestatus, quia tunc non tenetur, nisi ei idonee caueatur. h.d. Not.illud
b verbum, illico, b in princ. positum, & illud verbum, celerrime. in ver.sed si ex vtraque. Ex quibus dicit Bart.ꝙ in ac.depositi debet summarie procedi, quo ad ordinem iudiciarium, licet probatio requiratur plenaria, quia de magno præiudicio tractatur; sed ordo erit summarius, arg eorum, quæ not.in l meminerint. j̃.vnde vi. Plus dicit ipse, quod ex vero compellatur, quia hic in prin.ponitur, iuxta verbum, illico; põt dici, quod instrumentum depositi hẽt executionẽ paratã, vt res iud.alias non cõpelleretur illico, sed deberet præcedere, condemnatio; quia post condemnationẽ darentur quatuor menses, qui dantur iudicatis, & sic illico nõ compelleretur, nec celerrime sine obstaculo restitueret. Inducit in fi.
c in Auth.de incest.nup.§.j.col.2.Sed Bal.tenet c contra, dicens, qđ per libellũ, & via ordinaria dẽt procedi, sicut in cæteris causis, & hoc, qa de ꝯrio l. non cauetur; nam celeritas litibus terminandis est imponẽda, l.litibus.j̃.de agri.& censi.lib.11. Pro hoc inducit, quod no.Inno.in c.pe.de accusa.vbi ipse dicit, quod ꝑ talia verba, in literis Apostolicis apposita, nihil dẽt prætermitti, nisi id, ꝑ qđ posset expeditio negocij prorogari; ꝓ hoc facit quod gl.nostra illũ casum a regula non excipit in l.iudices.ṡ.de iud. Itẽ si procederetur executiue, nõ irrogaretur infamia, de qua in l.præcedẽ. Ad hũc tex.patet r̃nsio ꝑ ea, q̃ dixi ꝑ Inn. Vel aliter hic loqtur in confitente depositũ, sed exceptiones aliquas opponẽte, quas l.ista ꝓ-
2 hibet admitti. No.ẽt tex.ibi, contractus, q ex bo.fi.†Itẽ no.ex verbo, sed si ex vtraq;, ꝙ depositi ad depositũ nõ admittitur cõpẽsatio, sed reconuẽtio. Si tamẽ vnum sit liquidum, aliud nõ liquidũ, nõ differt restõ liquidi pp nõ liquidũ; sed non liquidum reseruat. Et ex hoc colligit hic Bart. qđ exceptiones altiorẽ indaginẽ reqrẽtes debẽt reseruari; fa.l.ille a quo.§.si testamẽto.ff.ad Treb.Item no.ex lr̃a prima frõte restituant, qđ qñ illud, qđ restituit alicui de ꝓximo est restituendũ ei, q restituit, illud prima frõte, i.prima apparẽtia dr̃ restitutũ; q.d.qđ modicũ durabat. Itẽ not.ex eo, qđ lr̃a dicit, siue depositæ res, siue pecuniæ, qđ hic loqtur ẽt de pecunia numerata, alias loco speciei haberet, vt l.si certos.de leg.j.Ex quo collige, ꝙ de quãtitate ad quãtitatẽ in deposito nõ admittit com-
3 pẽsatio, & in hoc est speciale, vt dixi in l.fi.ṡ.de cõpen. † Itẽ no.ex prin.qđ exceptio hypothe.i.qđ bona deponẽtis sint obligata depositario, nõ põt opponi, qđ puto ꝓcedere simplr̃, qñ oblõ p̃cessit depositũ, idẽ si secuta, sed gñaliter. Sinautẽ spãlis hypo.vel pignus factũ est de hac re iam deposita, forte qđ hæc l. non vẽdicat sibi locũ, qa huius l.beneficio vr̃ renũciatũ, & consensum, vt retineri possit, licet deposita, quia tunc cessat rõ huius l.posita ibi, cũ non sub hoc, &c. quinimò cũ durante deposito fiat hic spãlis hypo.perinde dẽt haberi, ac si actũ fuisset, vt retinerẽt, quo casu retineri põt, vt ꝓbat hęc litera. Itẽ no.qđ exceptio dñij non põt ꝑ depositariũ opponi, vt ꝓbat lr̃a ibi, vel in rẽ, &c.s̃m Cy.& Bart. Sed gl.hic posita repugnat; iõ dic, vt dicã sup ea. Item no.ex fi.s̃m Bar.
d quod de ꝓtestatione alicui facta creditur suo iuramento, d quod inqt summe no. Sed Bal.dicit, qđ ꝓtestatio dẽt ꝓbari ꝑ scripturã, vt hic ꝓbat, dũ dicit, si in scripturis attestatio; nam si solũ iuramẽtũ sufficeret, frustra de scriptione mentionẽ faceret. Et qđ hic de iuramento dr̃, nõ ad protestationẽ refert, sed ad id, quod de fraude, & dolo dixit, i.quod nõ ꝓcurauit sibi ꝓtestari, nec eius fraude, & dolo est sibi facta hæc ꝓtestatio, & sic sup qualitate, & cõsciẽtia animi sui iurat, qa de facili hoc nõ põt ꝓbari, & hoc verius, qđ
4 no.† Venio ad apparatũ, & prima gl.de significatio huius dictionis tituli tractãs, dicit, quod titulus sumit alibi ꝑ cã, sed hic ꝑ detentione; sed nõ bene est locuta; nã & hic sumit ꝑ cã, sed qñq; cã ista est translatiua dominij, & possessionis, qñq; solius detẽtationis. Tñ latius de isto articulo dic, ꝙ varijs modis sumit in iure, qa qñq; ꝑ dignitate, vt l.j.ṡ de of.co.ori. qñq; ꝑ priuilegio, vt in Authẽ.de eccl.tit.in prin.& ibi no.in rubr. qñq; ꝑ act. vt ṡ.fam.ercisc. l.nõ est ambiguũ, qñq; pro insignio, puta scriptura, vel velo, ṡ.de his, q po.tit.l.j.& vt nemo priua.l.j. qñq; ꝑ abbreuiatura scripturę alphabeti, qñq; ꝑ regulari p̃statione, vt j̃.de exac.tribu. l.in fiscalibus.& de cano.lar.ti.in ru. qñq; ꝑ quadã modificatione, vel qualitate possidẽdi, vt ṡ.de pet.hęr.l.cogi. qñq; ꝑ tractatu, vel rubrica, vt l.2.§.recuperandũ.ff.de inter.& in l.j.ff.si cer.peta. Et ibi verba, ista ponunt ꝑ do.& patruũ meũ. Qñq; ꝑ quocunq; tit.j.causa etiã inhabili ad translationẽ dñij, vel possessionis, vt hic, & j̃.loca. l.si qs conductionis, qñq; strictius pro ꝯctu, seu causa tantum habili ad transla.dñij, vel iure vsucapiẽdi, vt ṡ.de rei ven.l.nullo.& famil. ercisc.l.seruum.& j̃.ꝓ hęre.l.fi.& j̃.in q.ca.ce.lon.tẽpo.p̃scri.l.hęredit i.& ff.de vsuca.l.Celsus.& hic in glo. Quærit alia glo.si deposuisti puerũ, vel equũ, an pro impẽsis a me factis habeã retentionem. Pla.quod sic per l.in rebus.§.possunt.ff.cõmo. sed melius facit ff.eo.l.actione.& gl.istam partem videtur tenere, in l.si plures.in fi.ff.eod. Sed Ioã.contra per hanc l.forte uoluit Ioã.ꝙ hæc corrigeret omnes alias. Sed opin.Plac. vera; tum, quia legum correctio est euitanda; tum quia hæc l.non repugnat, imò fortius firmat, quia exceptio impensarum de voluntate deponentis procedit, cũ de vento viuere non potuisset, & pro hoc accedat l. si necessarias.§.fi.ff.de pig.ac.& tum, quia ex parte deponentis est cõtract.bo.fi.factũ ad perfidiam retrahere, & sic rõnes positæ hic, in ver.cũ nõ sub hoc modo, faciũt pro depositario ꝯ deponentem.
5 † Glossa super verbo, concessa; quærit si res sit apud dominũ deposita, an retinere possit; & dicit, quod sic per l. bona fides. in fi. ff.eo.ad quod facit, l.q rem.in eo.tit. Et sic vr̃ innuere gl.qđ exceptio dñij ꝯ deponentẽ põt opponi; cuius ꝯriũ hic vr̃ tenere Cy.& Bar.& inducunt tex.in prin. dũ dicit, vel in rem. Sed oẽs dicũt verum sane intellecti. Ideo cõsiderandum, quia dum deponẽs agit re.ven.& sic, vt dominus contra possidẽtem, vt quemlibet, & tũc, ei exceptio dominij põt opponi, & nisi probet se dominum, succumbet; ita no.glo.ṡ.eo.l.j.in fi.aut agit ac.depositi, & sic ex contractu, & isto casu distinguo, aut opponitur exceptio negatiue, tu non es dominus, & tunc opponi non põt, vt ff.eod.l.j.§.si prædio. Aut opponit affirmatiue, qa sum ego conuentus dñs, & tunc aut opponitur non tm̃ exceptio dñij, sed ẽt spolia. & tunc exceptio dẽt admitti, si dñs ex spoliatione fuit ignorans tpe depositi. Et est rõ, quia tunc non est ex bona fide compellere dñm ignorantẽ ad restitutionẽ depositi, vt d.l.bona fides.in fi.vbi casus. Et ita intelligo hanc glo. Sinautẽ dñs fuit sciens tpe depositi de ipsa spoliatione, tũc nõ põt refricare q.dñij, nec spoliationẽ, qa tũc ex bona fide nõ retineret, qa vr̃ cõuenisse de restituẽdo, nõ ob. aliquo iure, qđ sciret tũc in illa re sibi cõpetere, vt ea.l.si bo.fi.a ꝯrio sẽsu. Aut sola exceptio dñij, & non spoliationis op. & illo casu est mihi dubiũ ex eo, qa exceptio dñij ꝓprij cõcernit nullitatẽ ꝯctus, adeo, ꝙ depositi actio nõ cõpetit, vt d.l.q rẽ suã. & sic cum hæc exceptio eneruet totã intẽtionẽ actoris, vr̃ opponi posse, vt l.cũ seruũ quispiã.j̃.de ser.fugi. Forte dicẽdũ est, aut depositarius scit tpe depositi rẽ suã eẽ, & tũc nõ possit opponere, qa bona fide non ꝓcederet, licet de iuris rigore nõ teneat depositi. Aut ignorabat, & tũc possit opponi, qa ex bona fide ꝓcedit, & hęc ꝓbant, argu.corũ, q̃ in p̃cedẽti dixi. Vel forte aliter, aut agit cõdi.ex l.ista.& tũc non possit opponi, aut ac.depositi, & tũc possit opponi, qa illa ꝓbata declarat ac.depositi nõ cõpetere, & ꝑ ꝯñs illũ sine ac.experiri, vt d.l.q rẽ suã. Silr̃ in ac.locati.& cõ.ex le.si ꝯductionis. j̃.loca. Caue tñ, qđ ĩ casu, quo fuisset admissa exceptio ista, & se dñm ꝓbasset,
actore

ADDITIONES.

a ¶Si quis. Adde D.Soci.consi.171. in cip.diu profecto anceps.uer. confirmantur prædicta. in 2.parte. quod hæc lex habet locum in uero, & naturali deposito, & actualiter facto, non quando constat sola confessione.

b ¶Illico. De hoc uerbo, illico, uide Bar.in l.fructus.& ibi Alex.ff.solu.matri.& uide in l.j.§.cum adijcit.de uerb.oblig. & ibi quid de dictione, mox, & adde, ꝙ quandoque importat decem dies, l.Labeo. & ibi gl.& Bal. infra, quomodo, & quando iud.& adde tex.& glo.extra, de elect.c.quapropter.

tur, si creditor illa vendere velit d. l. 1. supra de dolo. & quod man
dato de fideiubendo insit tacite & de soluendo, dicit Bal. proba-
ri. ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu. cons. l. tribus. vbi si testator mandat
fideiuberi per hæredem, hæres soluens non repetit. sed illa modi-
cum facit, quia in mandato necessario loquitur: nos in uolunta-
8 rio, & sponte suscepto. vt j. dicam. †Ad responsionem illorū ego
respondeo aliter, quam s. fecerint. videlicet, ꝙ si fideiussor nō sol-
uat, sed patiatur pignora vendi, non est mirum si nō tenetur reo,
licet executiuē ei dicatur factum mandatum de soluendo, quia
hoc euenit ex eo, quia reus est in pari, imo in maiori culpa, & ne
gligētia, cum ad eum principaliter spectet negotium. Sed respō-
sio, quam supra dedi, magis placet. videlicet, quod mandatum se
non extendat, vt prius soluat, quam patiatur vendi pignora: cum
& ipse reus tacite videatur conuenisse cum creditore. ut secun-
dum l. pignora possit vendere, non exacto fideiussore. Ex prædi-
ctis modo habes hanc partem. concludēdo dic, quod regula est,
ꝙ fideiussor ante solutionem contra principalem non agit. Fal-
lit in fideiussore iudicij, qui statim post stipulationem commissā
agere potest. vt ff. eo. l. si mandato meo. §. si in iudicio. 1. respō. Et
hoc propter paratam executionem, quam habet fideiussor. Item
fallit in fideiussore contractus, qui fideiussit animo nouandi, ut
eo. §. in 2. respon. & hoc quia reum liberauit, & sic soluenti est si
milis. Item fallit, si animo non nouandi intercessit: sed interpella
tus obtulit in iudicio, consignauit, & deposuit, quia similis est sol
uenti. ff. eo. l. qui mutuam. §. 1. Item fallit, si hoc conuenit, ut ante
possit, uel iam est cōdemnatus, vel iusto timore dilapida. ductus,
vt de his tribus hic est casus. Item fallit si diu in obligatione ste-
tit. ut ff. eod. l. Lucius. & sic sunt 7. casus a regula excipiendi. Sed
dubitari potest de octauo insurgente ex quodā ꝯctu moderno,
puta si fideiussor est obligatus instrumento guarentigiæ, hoc est
instrumento eodem, quo se obligat, & fatetur se debitorem esse
ex dicta fideiussione: & notarius qui est iudex chartularius ex po
testate sibi concessa a statuto ciuitatis, facit ipsi, & principali præ
ceptum de soluendo, & hoc ipse etiam scribit in instrumento, &
ita frequentatur in aliquibus partibus Tusciæ. in aliquibus nō est
necessarium hoc præceptum, sed sufficit se guarentasse. i. confes-
sum se debitorem esse, & tale instrumentum habet paratam exe
cutionem vti sententia; An tunc agere poterit ante solutionem.
Bal. di. quod sic, post modicum tempus ad instar condemnati, vel
fideiussoris iudicij. & induxit etiam, ꝙ no. Cy. in l. certum. ff. fa. er
cis. Ego dubito, quia considerato modo. i. quod intercessio, & ꝯ-
fessio ac etiam præceptum fuerit simul, & quasi instanti, & volū
tarie ex quadam tacita conuentione, quod nō sic post modicum
tempus possit agere: alias fideiussio nō vr̄ prodesse reo, ꝯ ea, quæ
hic no. & dixi in præce. ꝯ. vnde videretur expectandum, quod ꝯ
cum peteretur executio instrumenti. cogitabis. Nunc accedo ad
9 aliam, etiam quando soluit, &c. †Opp. 5. quod ad partem post so-
lutionem non agat: ff. eo. l. si mandauero. in prin. Sol. vt in eadem
glo. scilicet, quod ibi ante tempus soluit, vnde statim non agit, sed
10 diem expectat, vt ibi. †Oppo. 6. & ab extra, quod etiam post solu-
tionem congruo tempore factam non agat mandati nec aliqua
act. repetat a reo, quod soluit. ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu con sul. l.
tribus. in fi. Sot. quod ibi in iussu, & mandato testatoris facto hæ-
redi, quod est necessarium: hic in mandato inter viuos facto, qđ
est voluntarium. ibi non repetit, quia quod soluitur vsufructua-
rio legatum esse intelligitur, quod no. tum quia illa l. est in se sin-
gu. tum quia per illam restringitur hæc materia ad fideiussores
11 inter viuos tantum. †Opp. 7. quod etiam post solutionem non re
petit. ff. eo. l. idemque. §. pe. & in hac l. in parte. 2. Sol. quod prima
pars huius l. loquitur quando reus non erat exceptione munitus:
secunda pars & l. idemque. §. pe. quando reus erat excep. muni-
tus. & honesta ita, ꝙ ea vti potuit, & hæc vult glo. super verbo, fi-
deiussorem, & super verbo munitum. Opp. 8. quod etiam si reus
fuit tutus exceptione peremptoria, & honesta, adhuc fideiussor
qui soluit, agere possit. ff. de publi. l. si quis prohibuerit. Solu. vt in
seq. glo. super verbo, iniuria. videlicet, quod fideiussor ignorauit
reo exce. competere, & probabiliter. vnde imputet sibi reus, qui
fideiussorem non instruxit, & ideo fideiussor ab eo repetit, secus
si sciuit, vel scire debuit, quia tunc ab eo non repetit. ff. e. l. fideius
sor. in princ. ubi tex. sic distinguit. Concludendo modo hanc par
12 tem glo. sic distinguit cui adde vnum membrum. † Et ideo cum
a quæritur, an fideiussor qui soluit[a] possit agere mandati, & repete
re a reo, vel non, distingue, aut fideiussio fuit ex parte fideiussoris
necessaria, quia ex vltima voluntate processit, & tunc soluens nō
agit mandati, nec repetit, quia testator reo legasse, & prospexisse
videtur, d. l. tribus. Aut fideiussio fuit voluntaria, & ex contractu,
seu rogatu ei præcedente & tunc aut nulla exceptio ei neq; reo
competebat, & tunc agit, ut hic. Aut exceptio aliqua compete-
bat, & tunc aut excep. erat dilatoria iudicii. & nihilominus agit,
sciens, vel ignorans fuerit. ff. eo. l. si fideiussor. §. quędam. Aut erat
dilatoria solutionis, & tunc aut competebat fideiussori ita, quod
non reo, & statim agit, quia reus ei obijcere nihil potest: aut com
petebat etiam reo, & fideiussor non statim agit, sed tempus expe
ctat si hoc sciebat. ff. eo. l. si mādato. in princ. secus si probabiliter
ignorauit, quia statim. arg. eorum, quę sequuntur. Aut excep. erat
peremptoria, & distinguo eodem, quia aut competebat fideius-
sori, ita ꝙ non reo, vt exceptio velle. vel pacti personalis, & soluēs
a reo repetit, quia nihil ei obijcere potest. ff. eo. l. si fideiussor. §. fi.
& hoc, siue exceptio procedat ex cā honesta, vt ibi: siue ex cā iñ
honesta

ADDITIO.

a †An fideiussor qui soluit. Adde de hoc omnino ultra Bal. hic, qui hanc quæ-
stionem mouet, Alex. in apost. ad eum, nu. 4. versi. modo venio in apost. ver-
sicu. executio.

honesta. ff. eo l. idemque. § generaliter. sm exemplum Azo. Nō
ob. ff. quod quis. iuris. l. 3. §. sed si tu incidisti, quia fideiussor ibi nō
opponēs exceptionē peremptoriam reo & sibi competētem, im
petrauit ius iniquum, absque facto, & consensu rei principalis: ex
cuius impetratione se priuauit a iure opponendi exce. prius quæ-
sitam. vnde ei imputatur, non reo cui durat, & competit sua ex-
ceptio, ideo nimirū si spōte, vel compulsus soluit & a reo cui est
salua exceptio, non repetit. Et sic casus ille hoc membrum non
attingit, quicquid gloss. senserit in d. §. generaliter. aut exce. pe-
remptoria competeret etiam reo. Et hic distingue, quia aut ex fa
cto fideiussoris fuit quæsita, vt pacti de non petēdo, ꝙ prodest ēt
reo. vt ff. de pact. l. idem est. §. primo. & tunc a reo nō repetit, nec
potest ipse ignorantiam facti allegare, quia in facto suo non est
tolerabilis. l. quamquam. ff. ad Velle. & hic in gl. Cui adde nec iu
ris ignorātiam, quasi ignorauerit ꝙ pactum sibi factum reo pro-
desset, quia vt detur actio mandati ꝯ reum, cui exceptio compe-
tebat, iuris ignorantia soluentis non attenditur. ff. eo. l. si fideius-
13 sor. §. non male. in fi. †A creditore autem, an repetat, remitto ad l.
1. & l. qui exce. ff. de cōdi. inde. Aut hic exceptio facto rei, & eius
persona fuit sibi quæsita, & tunc distingue cum gl. aut fideiussor
non potuit vti ea, & tunc soluens agit, quia nihil ei imputari pōt:
aut ea vti potuisset, & tunc dic si sciens causam competere, omi-
sit, non repetit ab eo: si ignorabat eam competere sibi, & tunc,
aut ignorantia facti, & agit: Aut iuris, & non agit, vt d. §. nō ma-
le. Et modo clarificata est distinctio gl. & ex ea tota potest colli-
gi breuis cōclusio, ꝙ fideiussor agit mādati, si ei nihil potest reus
imputare, & non agit, si ei cui soluit, imputare potest. verum hoc
casu ad tempus non agit, si temporale est, ꝙ ei potest imputari: se
cus si erat perpetuum, vt excep. perpetua, quia tunc perpetuo nō
agit. Quæro cum glo. in fi. an fideiussori semper possit imputari,
cur non appellasti. Et respon. distinguendo, vt in glo. Quæro 2. &
ab extra. quid si fideiussor non soluit, sed gratis liberatus est, re-
spondeo, quia non agit, vt ff. eo. l. si vero nō remunerandi. in prin
14 cip. †Quæro 3. quid si soluit eo animo, vt sibi cedantur actiones,
quo casu alibi dicit glo. ꝙ non soluit pro reo, sed propter reum,
vt no. in l. dominus Sticho. ff. de pecu. An poterit agere mandati,
cum potius contemplatione sui quam rei videatur soluisse. dixit
Bal. ꝙ nihilominus agit, quia illa solutio liberat etiam reū a cre-
ditore. qui si agere vellet, repelli posset, iuxta no. in l. Pap. ff. eo. &
15 ff. de so. l. Modestinus. † Quæro quarto in casibus in quibus agit
a ante, q̄ soluat, qualiter concludetur in libello.[a] Glo. ff. de neg. ge.
l. si quis mandato. dicit, ꝙ quantitatem petere non potest, sed so-
lum agere, vt liberetur, & qualiter talis sententia executioni mā
dabitur. dic, vt ibi no. Dicit Bal. addendo se consuluisse, ꝙ si reus
est in mora liberandi fideiussorem, ꝙ non potest fideiussor pete-
re interesse sub forma interesse, iuxta regulam dicētem, quod in
obligatione facti post moram succedit obligatio ad interesse. ut
ff. de ver. ob. l. stip. non diuiduntur. §. Celsus. & ff. de re. iu. l. si quis
ab alio. Quæro 5. quid si fideiussor dubitat, ne propter moram di
latæ solutionis incurrat pœnam instrumenti, an poterit ex hac
causa agere, ut liberetur. dicit Bal ꝙ sic propter naturalem æqui-
tatem, ne ex facto rei incidat in periculum pœnæ, in qua incide-
ret. vt no. ff. de fideiu. l. sicut reus. & quia ex bona fide hoc inest,
vnde hoc tacite vr̄ actum inter eum, & fideiussorē. Mihi hoc nō
vr̄, quia ab initio hoc sciuit, & in hoc periculo se imposuit. argu.
eius, quod hic de dilapidatione dicitur, & potius tacite est actū,
vt si pœnam quam reus incurrisset, fideiussorem soluere contin-
16 gat, quod ei non resarciatur. †Quæro 6. tutor promisit eius fide-
iussorem seruare indemnem, & eum eximere, siue extrahere de
obligatione, quandocunque ab eo petierit, an durāte tutela hoc
petere possit. Et videtur, quod sic, ex quo est conuentum, ut hic,
neque ab initio, &c. In contra. facit, quia pupillus per se non pōt
sine tutore, nec tutore autore, quia in facto proprio nō potest ei
autorari. ff. de autor. tut. l. j. vnde impossibilitas repugnat. & sic nō
tenetur. l. impossibilium. ff. de re iu. dixit Bal. ꝙ conseruare debet
eo modo, quo est possibile. puta idoneum fideiussorem dando,
ita ꝙ sit securus, quod damnum in futurum nō patietur: nam de
futuris est satisdandum. ut ff. de sta. li. l. statuliber. §. rationem. Et
sic eximere eum ab obligatione est ex toto impossibile: sed con
seruare eum indemnem cum petit, est possibile satisdando ido-
nee secundum eum. Et pro hoc facit, quia quando verba proprie
sumpta nihil possunt operari, verba impropriātur, ut aliquid ope
rentur, & vt res potius valeat, quam pereat l. sed si possessori. §. itē
si iurauero. ff. de iureiur. & ff. de rebus dub. l. quoties. Sed mihi ap
paret ꝯ. his non obstātib. quia de proprio significato illorum ver
borum de conseruando indemnem, non est de satisdatione præ-
standa, ideo sibi imputet qui l. apertius nō dixit vt l. veteribus. ff.
de pact. Nec de improprio significato ei cōuenit satisdatio, quia
licet reddatur securior, non propterea seruatur sine damno, quia
damnum nondum incurrit, & illa verba sonant in factum, & in
tempus finitæ tutelæ, vt omne damnum, ꝙ incurrerit. quia solue
re sit compulsus, tutor resarciat. nam prius non apparet, ꝙ dānū
incurrerit. Non dico, ꝙ prius debet exigi tutor, quia indemnitatē
istam non promisit iste fideiussor pupillo, quia tunc exigi prius
deberet, quam fideiussor indemnita. ut j. si mu. indem. promis. l.
3. & j. de fide. tu. l. 2. & s. de conue. fi. deb. l. j. lib. 10. sed promisit tu
tor, & sic futurus debitor fideiussori suo, qui simpliciter fideius-
sit. & ideo fideiussor tutore non excusso prius conueniri poterat,
vt j. de fi. tut. l. 1. Non enim conuentio tutoris facta cū fideiusso-
re potuit præiudicare pupillo. ff. de pactis. l. si vnus. §. ante omnia.
Cum ergo talis interpretatio, etiam improprie non possit ver-
bis venire, illam nō debemus facere, nec amplecti. l. si quis in fun
17 di. ff. de leg. 1. †Quæro 7. fideiussor per iudicem passus est iniuriā:
nec culpa aliqua potest ei imputari antea, vel postea, an tunc re-
gressum habebit contra principalem. glo. in l. exceptionem. ff. de
fide. in prin. dicit, quod ipsius fideiussoris est damnum, nec recur
sum habet contra principalem. Sed contrarium no. glo. ff. de pu-
bli. l. si quis prohibuerit. in gl fi. & in l. si per imprudentiam. ff. de
euic. & hæc secunda pars vera secundum Iac. de Are. Old. & Bar.
ar. d. l. executionem a sensu contrario. facit l. j. s. eo. l. & si procu. §.
si ignorantis. ff. eo. hoc idem tenet Bal. quia causa, & eius exitus
concernit reum principalem magis quam fideiussorem, igitur il
lius debet esse detrimētum, quia regula est, ꝙ damnum casus for
tuiti est domini negociorum. ff. de hær. vel ac. ven. l. 2. §. solet.

ADDITIO.

a †Qualiter concludetur in libello. Adde no. per Bal. & Doc. in l. fideiussor pro
venditore. per illum tex. ff. de fideiu. & l. si quis mandato. ff. de nego. gest. &
Bal. in l. Lucius. ff. eo. in reportatis antiquis.

LEX XI.

Procuratorem. Procurator tenetur de gestis & ge
rendis per eum susceptis. & de do-
lo, & lata culpa. h. d. No. quod in generali iudicio sumptus com-
putantur, seu habetur ratio sumptuum, & quia hæc l. loquitur in
procuratore ad negocia, hic potes ponere quæstionem vltimam
positam. s. eod. l. etiam. & de qua culpa teneatur, dic j. eodem, l.
a procuratore.

LEX XII.

1 *Mandati fines seruandi sunt.*
2 *Transgressio mandati an vitiet quod agitur.*

Cum mandati Primo dictum premittit. secundo
quæstio. in specie decidit. secunda
ibi, vnde. Procurator non seruato mādato non præiudicat domi-
1 no. h. d. †No. quod fines mandati sunt seruandi, [a] vt hic. & ff. eod.
a l. diligenter. No. quod de bonafide non est pręterire mandatum.
No. quod ex contractu procuratoris mandatum habentis trans-
fertur dominium. No. glo. quæ vult, quod procu. excedens man-
datum dicitur in parte falsus. Quæro si habuit mādatum, vt rem
venderet pro centum, vendidit pro septuaginta, & tradidit; domi
nus vendicat: emptor vult supplere usque ad cētum. quęritur, an
dominum repellet. videtur quod sic per l. secundam. j. de rei vēd.
& quia duo præcepta videntur facta, vnum, vt vendatur: aliud, vt
pro tanto vendatur ar. ff. de arbitris. l. Celsus. igitur propter primū
repellatur. In contrarium facit, quia nullum fit domino præiudi-
cium, vt hic. & s. de procu. l. si procurator. & l. si precium. & quia
dominus non consentiens de præsenti dicitur reuocasse manda-
tum. Et hoc puto verius. Non ob. d. l. 2. quia in ipso principali lo-
quitur, qui consensit in precio quod recepit. Non obst. l. Celsus.
quia ibi in sententia, quæ non reuocatur, sed mandatum sic. Item
dies ibi non excludit præceptum. sed precium limitatum sic, quia
2 excludit domini consensum. †Quærit Bal. an trāsgressio manda-
ti in iudicijs vit. et quod agitur. Et respondeo, quod interdum nō
vitiat, si facit illud quod est de natura iudicii, verbi gratia, si habet
in mandatis, quod nihil faciat, quod non sit vtile mandanti. nam
si facit id, quod est de necessitate iudicii, licet non sit vtile man-
danti, ualet, alias talis procu. non esset admittendus. quia ista pro
curatio esset captatoria, ut no. c. 1. extra de procu. in cle. Simile in
delictis, quia transgrediendo obligat dominum, si ad talem trans
gressionem potest adaptari mandatum. puta si mandauit quis p-
curatori, vt vulneraret aliquem, & eum non occideret, & procu.
tradens vulnerare intulit ei vulnus, ex quo mortuus est. nam te-
netur de homicidio, quia cogitare debuit illud euenire posse. ut
in cap. vlt. de homi. lib. 6. & j. ad l. Iul. de vi. l. quoniam multa. sicut
per se ipsum uulnerasset, non animo occidendi. nam perinde te-
netur, ac si animum occidendi habuisset, quando instrumētum
cum quo percussit est aptum ad inferendum mortem. ut extr. de
homi. c. significasti. & circa hoc vltimum vide, quæ dixi l. 1. j. ad
l. Cornel. de sica.

ADDITIO.

a Sunt seruandi. Adde l. diligenter. ff. mand. & in Spec. de arb. §. 8. versic. quid si
actum est. & de cita §. 4. ver. quo facto. Io. And. in c. fi. de resti. spo. gl. in c. por
ro. de priur. & l. si procurator. s. de procu. & And. de Iser. in c. 1. quo tempo-
re miles. ubi plene.

LEX XIII.

1 *Procurator quando teneatur de culpa leuissima, & nu. 2. & 3.*

A procuratore. Procurator de dolo, & omni cul-
pa tenetur: nō de casu fortuito h.
dicit. Quod intellige, nisi mora, vel culpa præcedat casum. ff. cō-
mo. l. si vt certo. §. nunc videndum. & ff. depo. l. si in Asia. vel nisi
de hoc conuenerit. vt ff. depo. l. 1. §. si conueniant, & s. comm. l. 1.
& ibi vide, quomodo debet conueniri, & quotuplex sit culpa, &
quomodo cognoscatur. dixi supra de pignor. ac. l. si nulla. ubi vi-
de.

1 de.†Quærit glo.an de leuissima[a] teneatur.& Mart.fuit in opin.qđ
a non,nisi fieret gratia ipsius mādatarij tm̄,ad instar commodati, & ita intelligebat istam l.& quod de leuissima non teneatur, inducebat.j.co.l.in rem.in verbo exacto,vt ibi no. gl. inducebat ēt ff.eo.l.idemque.in prin.ibi:nihil amplius, quam bo.fi.&c.& ff.de reg.iur.l.ꝯctus.vnde distinguebat ipse. aut mandatum concernit vtilitatem mandantis tantum,& tunc de dolo, vel lata culpa solum,vt in deponente.l.quod Nerua.ff.depo.& l.1.§. deposi. Aut gratia mandatarij tantum,& tunc etiam de leuissima ad instar ꝯmodatarij.vt ff.commo.l.si vt certo.§.nunc vidēdum. Aut gratia vtriusque,& tunc etiam de leui.ff.de reg.iu.l.ꝯctus.Sed Io.Accu. Bul.& Azo.Et Doct.Moderni dicunt,quod procura.etiam de leuissima tenetur per hanc l.in ver.omnem, quia qui omne dicit nihil excludit. Et Dy.extra de re.iu.ꝯctus.lib.6.Idem dicit per rationem istam.quia ut plurimum procurator eligitur propter industriam.ideo,quia asserere videtur se peritum, etiam de leuissima culpa tenetur.Ad ll.in contrarium alle.respon.vt hic.in gl. & no. sol.quam dat gl.ad l.idemque.quia vult,quod ista leuissima culpa sit commissa,vt teneatur in exercitio ipsius actus, qui principaliter mandatur.nam licet sit commissa post illius actus perfectionem,sentit,ꝙ de ea non teneatur.Or attende, quia distinctio nostra non probatur,quia ll.per eum inductæ non habent bonam similitudinem cum mandato. quia mandatum a conuentione salarij debet esse gratuitum.vt ff.e.l.1.ad fi.& ideo si species pro salario interuenit,erit ꝯctus innominatus,& si pecunia,adhuc idē, si persona non consueuit locare operas suas:& ſ consueuit, erit locatio,& sic transit in nomen alterius ꝯctus, vt plene dixi ſ. eo. l.aduersus.& in his casibus frustra quæritur de mādato,& de culpa leuissima,quæ in illis ꝯctibus non venit. Si autem non est facta mentio de salario,tunc proprie est mādatum, & procurator. Sed tunc non video quomodo fiat gratia mandatarij tantum,qa tunc eius gratia fieret, quando fiendum eius vtilitatem tantum concerneret,& transit in consilium, quod non est obligatorium ei.vt l.age.ſ.de transa.& ibi no.Doc.& est tex.ff.e.l.2. in fi.Sic dicunt quidam se non videre,quod fieri posset gratia vtriusque, qa si illud,quod est fiendum,est de re communi,tunc pro parte mādantis tantum potest procur.cōstitui,non pro sua: quia diffinitio procuratoris,de qua in l.1.ff.de procu.non potest in sua parte ꝯuenire.oportet ergo,quod mandatum fiat gratia mandantis tantum. Sed forte potest poni exemplum per l.fi.j.de pac.co.& quia tex.iste dicit, quod de omni culpa tenetur, necessario habemus dicere,quod non tantum de lata,vt Mar.dixit,sed etiam de leui. sed de leuissima idē videtur, quia qui omne dicit nihil excludit. Sed durissima opi.est,& dat causam non inueniendi procurato-
2 rem,si hoc scirent qui procuratores constituuntur.† Cuius forte rei gratia Bar.in l.cum qui.§.fin.ff.de fur.dixit, quod procurator ad iudicia tenetur de leuissima,vt hic:quia eius officium requirit exactissimam diligentiam.ideo propter eius industriam speciali
3 ter eligitur,& se peritum prout res requirit, fateri videtur.† Ad negocia vero dixit non teneri de leuissima,sed quandoque de leui,sic si res mandata exigit exactam diligentiā. vt l.in re mādata. j.eod.Quandoque de lata tantum,vt quando mandatur aliquid, quod nullam diligentiam requirit, quia unusquisque sciret illud facere,vt portare unam literam alteri.vt d.§.fi. Et ex his infertur, quod nūcius,qui a seipso nihil facit,solum de lata culpa tenetur.

A D D I T I O.

a De leuissima.Adde Soc.cons.149.inci. in causa Ambro.in prin. in 1.parte.vbi hoc inducit.& tenet.

L E X XIIII.

Si secundum. Si is qui alterius mādato rem emit, illam ei tradidit,pro p̄cio, quod soluit,mandati agit.h.d.No.quod procu.precium, quod soluit, per act.mandati repetit.h.d.No.quod vbi duorum mandatum simul interuenit,vel vbi quis ex mandatorum emit vni,sine alterius voluntate tradere non debet.Gloss.oppon.de l.prima. infra titu.primo.solu.vt in ea.

L E X XV.

1 *Mandatum an finiatur morte mandantis.& nu.2.3.& 4.*
5 *Mandatum vita mandantis directum an finiatur eius morte, & nu.6.*
7 *Mandatum generale quod dicatur & quod uniuersale.*
8 *Mandatum vniuersale finitur mandantis morte.*
9 *Mandatum in negocio singulari non finitur morte mandantis. & nu.seq.*
16 *Mandatum morte dissolui quomodo intelligatur.*
17 *Res quando integra dicatur.*
18 *Mandatum, quando reuocatur, an debeat procurator de reuocatione certiorari.*
19 *Nuncius an debeat certiorari de reuocatione mandati.*
20 *Procurator & aduersarius an recuperent sumptus mandato reuocato.*
21 *Processus facta reuocatione mandati,an valeat.*

a Mandatum. [a]Hæc lex est repetibilis,& ꝯria in materia habet multum fortia, & multotiens scholaribus datur in p̄nctis.ideo plenarie examinabo.& quia bre
1 uis,summario non indiget,nec diuisione.Sed no.ex ea duas regulas.vnam explicitam,& affirmatiuam, vt litera iacet. Aliam implicitam,& negatiuam a sensu contrario resultantem,& hoc est ꝙ morte mandantis re non integra non finitur mandatum. Et vtrāque examinabo,& ab ista negatiua, quia breuem habet materiam,incipio:licet glo.de ea nihil dicat.Opp.igitur 1.ꝙ re nō integra finiatur mandatum morte.l.tam ex ꝯctib. in fi.ff.de iu.Sol. ꝙ hic de morte mādatoris:ibi mandatarij,quo casu dic,ꝙ si erat procurator ad iudicia,indistincte finitur re integra,vel non, quia pp industriam electus extitit.ar.l.j.§.ne aūt labor.j. de cad. tol.& l.inter artifices.ff.de sol.& ita loquitur d.l.in ꝯctibus.Aut erat p̄cu.ad negocia.& tunc finitur re integra,& ea non integra finitur quantum ad inchoanda,non quantum ad inchoata perficienda. ff.de neg.gest.l.nam,& seruus.§.si uino.ff.eo.l. mandatum distrahendorum.& ibi vide,& est expedita hæc vlt.q.Cyn. Oppo.2.ꝙ ēt morte mandatoris finiat̄ re non integra,ut extra de proc. c. fi. in cle.Sol.ꝙ ibi in procu.ꝯstituto a prælato ecclesiæ, quia morte prælati reuocat̄,licet lis iam esset contesta.Et est in procur.prę latorum.& rectorum ecclesiarum speciale, quia hæredes non habent,licet successores in beneficio sic.Et in hoc differunt a priuatis,qui pro rebus,quas ad hæredes transmittunt,procura.constituunt,quod & ipsi pro similibus rebus possent. Est,& alia rō, qa ipsi censentur vsufructuarij bonorum ecclesiasticorum,extra de pecu.cle.c.fi.vnde cum eorum morte extinguatur usufructus,super quo fundatur mandatum,extinguitur ipsum mandatum, secus in sindico constituto a cap.quia licet prelatus moriatur,durat eius mandatum ſm Archi.ꝙ fatetur Io.An.Sed addit,ꝙ q̄diu ecclesia vacabit,suspendit̄ eius exercitium.ut extra ne se.va. c.vlt.Si igitur in istis est speciale,sequitur, ꝙ mandatum sindici constituti ab administratoribus reipublicæ non expirat, quia ipsi nullum habent vsum fructum:sed ratione officij sui faciūt. Quod fatetur Bal.verum,quando ipsi faciunt collegium, quia quādiu collegiū durat,officium durat.secus si collegium non facerent, qa tūc eorum officio finito expiraret mandatum.ar.ext. de præ ben.c.dilecto.& ar.eius,ꝙ no.Inno.in c.fi.ext.ne præla.vi.suas. Ex his infert ipse,ꝙ si sapientes seu informatores studij,q nō faciunt collegiū, facerent sindicum ad p̄sentandum electionem Doctorum, licet hoc faciant nomine communitatis:tm̄ si res est integra, expiratorum officio,expirat mandatum.arg.ff.de acq.hær.l.per episto-
2 lam.& no.per Gui.ff.de insti.l.si quis mancipijs.§.si impube.†Venio ad regulam nostram affirmatiuā.& opp.3.& extra gl.ꝙ re in
b tegra non finiatur morte mandantis.[b] nam mandatum est contractus,& ex eo nascitur obligatio,& actio,igit ad hr̄des,& in hęredes est transitoria,licet res sit integra,vt ſ.de hęr.act.l.2. & per totum.& qa a ꝯctu non receditur altera parte inuita.l.sicut.ſ. de act.& obl.& l.commodato.§.sicut.ff.commo.Sol. ꝙ in mandato est speciale,vt re integra reuocetur ex pęnitentia,& finiat̄ etiam morte,ut inst.e.§.recte.& §.si adhuc & ff.eo.l.si tibi mandassem. & l.inter cās.in prin.& hic.Et sic habes,ꝙ mandatum finit̄ reuocatione.Item morte.Item status mutatione.ff.si cer. pet.l. eius, q in prouincia.Item mutatione morum,& bonæ opi.& vitæ.ut ff. si cer.pe.l.rogasti.§.si fugitiui.& ff.de sol.l.si cum Cornelius. Itē doli commissione.ff.eo.l.creditor.§.Lucius. & his quinque casibus finitur.Est & sextus casus,in quo p iudicem eius exercitium interdicitur,puta qn̄ iudex ab eo contemnitur, & negligēter res sibi commissæ administrantur,vel dissipantur, nam potest iudex tunc sibi,& absenti consulere , & administrationem interdicere. ut in tex.ſ.no.de procu.l.eum qui.& ibi dixi. Est, & septimus in quo eius exercitium a iure suspenditur. vt in procur.capituli dixi ſ.ſm Io.An.Opp.4.cum gl.in fin.sui.de l. si vero non remu.§.fi.ff. eo.Sol.ꝙ ibi in mandato directo post mortem mandantis: hic in
3 eius vita.†Oppo.5.ab extra,ꝙ directum post mortem mandantis finiatur etiam eius morte.l.fi.ff.de so.& quia hoc est forte ꝯ.ideo gl.variarunt in eius sol.Sol.n.in d.l.fi.dupliciter,primo,ꝙ ibi mandatum fit directum ī vita:sicut hic.& ſm hoc illa verba,post mortem,in ꝯ.posita ꝯiunguntur cum verbo,soluitur,nō cum uerbo, soluere.& illam firmat glo.in l.mortis causa.§.Titia.ff.de do.causa mor.& Ray.ēt tenet,& Bar.in l.2.§. sed & si quis donaturus.ff. de dona.licet nouum intellectum det tex.in ꝯ. de quo j.subijciā. secundo modo soluit in d.l.fi.legendo literam plane, videlicet,ꝙ vbi est soluendum tale quid,ꝙ solum post mortem sortiri pōt effectum,tale mandatum non dissoluitur morte: secus si etiam in vita potest sortiri effectum,quia tunc morte soluitur.Ista sol.non est ve-

A D D I T I O N E S.

a Mandatum.Huic l.Adde insti.eo.tit.§.recte.de quo per gl.in l.idem est.& in l.inter causas.in prin.& ibi Bar.ff.eo.ti.& in l.& quia.& ibi Doc.de iu.om.iu. l.si per epistolā.& ibi Bar.ff.de acq.hær.Cy.& Bar.in l.2.de dona.Io. de Pra. in l.si defunctus.de proc.& in l.eius.per Bar.& Doc.ff.si cer.pe.& in l.fundi, de ac.pos.& in c.vndique.de of.dele.& c.dilecti,& ibi Io.And.de fo.compe. c.1.in Spe.de procu.§.2.ver.sed nunquid procurator.gl in cle.fi.e.ti. vbi no. & iu l.& si quidem.ſ.de act.& obl.& Bar.in l.1.§.si impubes. ff. de instit. & Rof.de ci.si a procur.&c. in nouis ubi dicitur uerum etiam in procuratore mandato.& adde do.Soc.cons.31.inc.prosequendo ordinem.ver.6.probatur.in 1.par.mandatum morte mandantis expirat ex quo per cōsensum surgentem ex patientia constituitur.

b †Morte mandantis.Adde vltra ea,quæ hic notauit Bal.nu.1.ver.redeo nūc ad primum,& ꝙ ibi posuit And.Bar.in l.si defunctus.in fi.ubi posui in add.ad ipsum.in ver.finitur morte.ff.de procu.Fel.plene in c.relatum. ad fi.extr. de of.dele.& in c.licet.in fi.eo.ti.dixi in stylo parla.par.4.arrest.33. no.Bart. Soc.in suo trac.fallen.re.253.inci.mandatum,& no.Hipp.de Marsi.sing.inc. mandatum re integra.

est uera,quia monumentum cōstrui, potest sortiri effectum.i.impleri in vita, & quia mandatum est directum post mortem,non finitur morte.vt d.l.si vero non re.§.fi. Tertia sol. datur per glo.in l.idem est.quę est post d.l.si vero.ff.eo.videlicet ibi non intererat hæredum illam sol.fieri,q̄ mandauit defunctus,iō morte dissoluitur.Secus si hæredum interesset mandatum impleri,quia tūc duraret.Ista sol.non vr̄ tuta,quia aut is cui solutio post mortem mādatur fieri,erat creditor defuncti,& tunc vr̄ semper hæredum interesse,vt ipsi liberentur,siue iussus fuerit soluere debitor defuncti,siue non.Aut nō erat creditor defuncti,& tūc,quia post mortem mādatis debet ei dari,talis datio obtinet vim do. causa mor. vt l.Seia.in fi.ff.de do.causa mor.& l.Seia.ff.de do.præle. Sed donatio cā mor.non reuocatur, nec eius mandatum morte. vt d.l. mor.cā.§.Titia.nec in ea consideratur,an intersit hæredū,vel nō, cum non eis,nec ad eorum fauorem debet ipsa perfici, vel impleri.Quarta sol.fuit aliorum glo.qui dixerūt,aut id, ꝙ est fiendum, post mortem,est fiendum,tanq̄ ab ipso mandante, quia eius nomine,& tunc,quia transit in do. cā mor. a mandante fiēdam seu eius nomine,mandatum dissoluitur morte, & pro hoc allegauerunt casum.ff.de don.inter virum,& uxo.l.si interim. §. si vxor. 1. respon.Aut a mandatario est aliquid fiendum ipsi mandanti licet post mortem,& tunc non reuocat̄ d.l.si vero non re.§.fin. Et quia huic sol.vr̄ obstare.d.l.mortis causa.§. Titia. vbi mandatum de do.fienda causa mortis non vr̄ reuocari morte, ipsi respondebant,ꝙ imo reuocatur.ut d.l.si interim.nisi mandatarius ad traditionem processisset,vt ibi.hæc rn̄.nihil valet, quia si per mortem reuocatur,mandatarius sciens non habet facultatem soluendi, vt d.§.si vxor.& ff.de leg.2.l.cum pater.§.nemo.Et sic cum respō. ista non sit bona ad §.Titia.& cum per dictū §.Titia.confundant̄ istę 4.sol.sequit̄,ꝙ ipsa non est tenenda.Nec l.si interim.§.si vxor. illam iuuat,quia ibi loquitur,qn̄ mādatum non dirigit̄ post mortem,& sic in vita solui debuit:nos qn̄ post mortem solui,vel tradi debuit. Vnde non potest dici,ꝙ morte soluatur,quod incipit p mortem,& roborat̄.& illam dr̄iam facit glo.in d.l. cum pater. & in d.l.fi.ideo forte gl firmauerunt.1.sol ut dixi. Quintam sol. ponit Bar.in d.l.fi.dicens,ꝙ ibi illud mandatum non reuocatur morte.& sic cōcordat cum ista gl.Nec de hoc ibi quæritur,sed de eo, quod in præce.proxime quæsitum erat. videlicet, an mandante inuito recte soluatur.Et rn̄det,ꝙ nō.& rō,q̄ ibi sequitur, est ratio cuiusdam subauditi,vt sit sensus,ꝙ inuito mandante non recte sequitur,quia per reuocationem mandatum soluitur, sicut alias in simplicibus mandatis morte finitur.Sed hæc fortius,q̄ prima,violat illum tex.tm̄ ex ea no.ꝙ ipse concludit,ꝙ mandatum ex causa don.fiendæ post mortem,non finitur morte.vt dixi ſ. Sed attende,quia ille tex.pōt intelligi de morte donatarij, pp quam mandans nolebat eius hr̄di solui,dr̄,ꝙ non recte soluit,qa morte soluitur mādatum,& ista facilior est.Concludamus ergo sic, aut ille tex.intelligitur in donatione cā mortis fienda in vita mandantis, & tunc reuocatur morte mandātis,& ſm hæc litera ibi transfunditur.& habet locum 1.sol. Aut intelligitur in do.cā mor. fienda post mortem,& tunc non reuocat̄ morte mandantis.l.mor.cā.§. Titia.ff.de do.cā mor.& ar.l.si vero.§.fi.& l.se.ff.eo.sed morte donatarij sic.ut ibi in fi.ſm intellectum quem ſ. dedi,de quo est casus in l.si mortis.in fi.ff.de do.causa mor. Aut ille tex.non intelligitur in donatione in solutione fienda per debitorem creditori mandantis,& tunc si transponendo literam dicimus mandatum non esse directum post mortem, non est dubium, ꝙ mandatum finitur morte.vt ff.eo.l.inter cās.§.1.& insti.e.§.item si adhuc. Sin autem literam non transponendo dicamus, ꝙ mandatum fuit directum post mortem,& tunc dic, ꝙ non soluitur morte mandantis.ar.eius,quod de don.cā mor.dixi.Et quia mors, quæ tunc est cā directionis,non debet dici cā extinctionis,ꝯdictione repugnāte.Et tunc ad illum tex.rn̄.prout per Bar. dixi, vel quod si non interest hr̄dis ipsius mandantis,tunc reuocetur, & non dr̄ interesse eius,si debitum postea fuerat exceptione elisum. alias si nulla exceptionem erat elisum,dico sua non interesse, & sic tunc non solueretur morte.vt in gl.posita in l.idem.ff.eo.Et modo apparet clarificatus intellectus illius l.fin.ff.de sol.& sol.varias ad concor.
4 redactas.†Oppo.6.ad idem, l. sed & si quis.§.si cui.ff. de relig.& sum.fu.vbi si defunctus mandauit alicui funeris sui curam, & ille acceptauit,& post eius mortem eum funerari non fecit, tenetur actio.de dolo ad interesse.& sic non mandati, quam secum non admittit actio de dolo.ff.de dolo.l.ideoque.Sol.vt ibi no. ibi quatuor ponuntur sol.Sed omissis duabus vna est;ꝙ ibi non fuit mādatum,qa non fuit gratuitum.l.1.ff.eo.igitur ibi non agit mandati,sed de dolo ad interesse. & hæc bona si dicamus pecuniam ei ob hoc tm̄ datam,vt curam suscipiat:sed si ob impensam faciendam in sepultura,tūc locum habet alia sol.q̄ tenet ibi gl. quę est. Aut mandatum est factum de eo,ꝙ nullo casu, vel modo pōt fieri in uita mandantis,& tunc datur de dolo,& non mādati,ut ibi: non.n.viuens pōt funerari,sed defunctus tm̄.Aut mandatum est factum de eo,ꝙ in vita defuncti possibile est fieri, & tunc si post mortem est directum,non finitur morte mandantis,& competit actio mandati,ut ff.eo.l.si vero.§.fi.& hic in gl.Ibi.n.mādauit fieri monumentum, ꝙ in se possibile est fieri in vita mandantis. & hæc est notabilis sol.proprius tm̄ loquendo vr̄ mihi dicendu mādatum de sepeliendo non finiri,ꝙ patet,qa nisi susceptio eius suscipientem obligasset,actione de dolo conueniri non posset, ut patet in eo.tit.l.si quis sepulchrum.§.funus.2.rn̄. vnde dico mādatum non finiri morte.Sed fateor tale mandatum non producere act.mandati,vt ibi.Et huius est rō, quia ipsum factum sepeliendi simpliciter consideratum non recipit æstimationem.& sic nec interesse intrinsecum,& iō actio mandati non competit,ut ff.man. l.si remu.§.si tibi.& l.si procu.§.mandati.Interesse aūt extrinsecū ipsius facti non æstimatiuum bene recipit.iō p illo actio de dolo competit,vt d.§.si cui.Et p illa intelligere potes illum tex.habentem eius sensum occultum.Sed monumentum ipsum recipi ęstimationem,ut no.in l.monumenta.j.de le.& iō actio mandati ꝯpetit,& sic sol.glo.bona, q̄ est vltima in §.si cui. & hæc sufficiant
5 de ista secunda regula negatiua. † Redeo ad nostram l. q̄ regulā
a affirmatiuam ponit.& op.7.cum glo. ꝙ mandatum directum[a] in vita mandantis non finiatur re integra eius morte.ff. de instit.l.si mancipijs.§.si qs impubes.ver.eius.Glo.ista sol.ꝙ ibi res erat geri inchoata,& sic non integra.Ista sol. qbusdam non placuit, qa licet sit inchoata quo ad q̄dam:non tm̄ quo ad oīa. iō q̄tum ad nō inchoata res dr̄ integra,& tm̄ mandatum ēt quo ad ea non finit̄, vnde dixerunt isti,ꝙ respectu inchoandorum mandatum finiret̄ ibi,sicut hic.nisi hr̄s vtat̄ eodē īstitore,qa tūc ex ꝯtinuata hr̄dis voluntate hr̄dis dr̄ nō finiri,vt ibi.& ar.ī e.ti.l.pe.§.si dn̄s.hāc so.no.ad q.tu scis,ꝙ societas finitur morte.ff.pro so.l.ac.§.morte. Sed pone socios vnum institorem fecisse,& eorū altero mortuo eius hr̄de vti cū alijs e.institore in negocijs sociorum. Et hic vr̄ societas durare saltem ex quadam tacita conuentione, ēt si hr̄s sit impubes,vt d.§.si qs impubes.ſm Bal.& licet ista sol.sit no. tm̄ ad ꝯ.nō est pfecta,qa.in d.vers.eius, nullus erat hr̄s,q tunc vteretur e.institore,cum ꝯctus ante aditam hr̄ditatē fuisset celebratus, & valet ꝯctus,& sic mandatum absque aliquo nouo cōsensu durat.Quare gl.ibi dedit aliam sol.videlicet,ꝙ in mandato institoris sit speciale,& potest esse rō, quia eius mandatum est de subiecto vniuersali:hic vero de subiecto particulari,& sic ista sol.sane intellecta vr̄ eadem cum sol.Pe.q̄ approbat hic Cyn.& communiter d. Dicit.n.ipse,ꝙ interdum mandatur actus simpliciter vniuersalis, interdum actis simpliciter generalis,interdum actus simpliciter
6 particularis.†Exemplum primi,qn̄ mando aliqua negocia, tunc enim est mandatum actus uniuersalis, quia una vocans significatione totum comprehenditur sub vno nomine.hinc est,ꝙ si simpliciter dico,facio te institorem meū, tu diceris uniuersaliter institutus ad oēs actus,quos ego facere solebam. ff. ꝙ cum eo.l.Titianus.in fi.Isto.n.casu si res est inchoata geri, mandatū non expirat morte mandantis, quia ipsum totum vniuersale est geri inchoatum,& sic res non est integra ēt quo ad actus particulares sub actu isto comprehēsos,licet non sint inchoati p se geri, quia p se singulariter non considerantur,ut l.j.j.de euic & ff.de ꝯhen. emp.l.in modicis.& ff.de acqui.re.do.l.quædam & de isto est casus in d.§.si impubes.in ꝯ allegato.Nimirum igit̄,si mandatum illud non dissoluit̄ morte inchoantis.ꝙ intellige verum,nisi conditio institoris per mortem dn̄i sit mutata.l.eius q.ff.si cer.pe. iō dominium rerū non transfert̄,licet debitores ei soluētes iuste igno-
7 rantes liberent̄,ut ibi.†Exemplum scdi est, si ꝯstituo aliquē meū
b generalem p̄cu.[b] ad gerendum negocia mea,vel cās.nā tale mādatum est generale,nō uniuersale, qa in uno nomine collectiuo non stat sicut vniuersale,nec certū significatum hēt a iure, sicut vniuersale,cum non posset ad obligationem prumpere,si liberā non habet,ut ff.de pcu.l.pcurator totorum.& l.pcuratore cui libera.ꝙ pōt institor ex pprietate,& significato sui nominis.Et iō, qa genus dinumerat̄ p suas species,& in qualibet earū representat̄,sequit̄,ꝙ in mandato gn̄ali q̄libet eius species vr̄ mandata,iō mandato in nulla specie geri inchoato,res dr̄ integra. in toto mādato.& iō mandatum morte mandantis in totum expirat. Et vbi in aliqua eius specie est inchoatum geri, tunc q̄tum ad illam speciem nō expirat,sed quo ad alias species inchoatas nō connexas expirat.ar.l.cum actū.& l.at q nā.ff.de ne.gest. Exemplum tertij est de se clarum,puta si ad equum emendū vel monumentū extruendū facio pcuratorē,vel ad Titio soluendū, & similia.Et hic talia re integra finiunt̄ morte,ut hic.Et pcedit hoc, ēt si plura negocia copulatiue sint singulariter mandata.nā & in uno inchoato res dr̄ integra quo ad certa separata, & non ꝯnexa, iō quo ad
8 alia finiret̄ mandatū.†Oppon.8.ab ex.dr̄ hic, ꝙ mādatū vle finitur morte mādantis q̄tum ad non inchoata, licet in aliquo sit geri cęptum.Vnde opp.de c.ne aliquid.extra de hæret.li.6.& hic p p locū a speciali,nā ibi Papa mandat inquisitori hæreticæ prauitatis vniuersalem iurisdictionem ꝯ hæreticos,& tm̄ ibi dr̄,ꝙ si Papa morit̄,iurisdi.geri inchoata in aliquib. articulis,vel causis,non expirat in alijs non inchoatis, & hoc fauore fidei, & sic si fauor fidei

A D D I T I O N E S.

a Mandatum directum.Adde Soc.consi.172.inci.multum abunde ver.secunda. permutatio status,& ver.postremo moueor.cum seq.in 2.part. ubi hoc idē alleg & tenet.

b †Aliquem meum generalem procuratorē. Adde Bar.in l.& quod.ff.de iurisd. om.iu.Io.de Imo.in l.2.& §.sed & si quis.ff.de do.ubi tenet opi.Pe.& Barto. sed ipsemet in l.licet undique.extra de off.dele.tenet opin.quā hic sequitur

fidei illud operatur ibi, In ↄ̄rium est ius commune, vt ibi no.glo. Sol.ꝙ prædicta in mandato,ꝙ fit a dño, quia in perpetuum fieri dr̄.Ibi in mandato,ꝙ fit ab officiali ratione officij, ideo vltra officium non durat in rebus geri non inchoatis,ſm Bal.Et ex hoc reprobat ipse Pe.qui vt refert Cyn.dicit,ꝙ si Papa misit legatum in Franciam,& iam certis causis inchoatis moritur Papa, ꝙ legati iurisdictio et in non inchoatis non reuocatur,per sæpius allegatum §.si impubes.ꝙ est falsum per not.in d.c.ne quid. Nec aliter respondit ad d.§.si impubes.versi.quemadmodum. vbi mādatum institoris a tutore constituti, & sic ab officiali durat mortuo tutore.Ideo aliqui voluerunt dicere, ꝙ aliud in mandato negociationis.vt d.§.si impubes.& aliud in mandato vniuersali iurisd.ibi. & sic etiam isti fatentur Pe.male dixisse.Sed attende,quia ↄgruētior forte responsio ad §.si impubes.est illa, ꝙ aliud in tutore, qa semper quicquid ipse agit,pupilli nomine facit,& ad eius vtilitatem.Ideo ipse pupillus facere dr̄,ideo morte tutoris non expirat mandatum geri inchoatum.Sed Papa nō sic, quia nomine sedis apostolicæ non facit,nisi expressim dicat, vt in c. gratiosæ. de rescrip.lib.6.iurisdictio per eum demandata cōcernit utilitatē eius, cuius vices gerit,præterquam qn̄ demandatur ↄ̄ hereticos,qui ↄ̄ dicunt fidei Iesu Christi,& tunc,quia concernit,vt ita loquar,id, ꝙ est proprium Iesu Christi,cuius vices gerit, merito tunc mandatum non expirat eius morte,quia uiuit Iesus Christus, cuius nomine fecit.& sic ille textus.est fundatus super §.si impubes. versi. quemadmodum.Et hęc responsio est subtilis.unde eam nota,qa canonistis est ignota.Et ex his pōt inferri,ꝙ dictum Pet.procederet in rege,vel alio dño temporali,qui iurisdictionem transmitteret ad posteros.& pro hoc accedat extra de uoto c.licet.Item habes ex prædictis,ꝙ si Comes Romandiolæ vel Marchiæ Anconitanæ ex iurisdictione sua fecisset officialem, cui dedisset iurisdōnem vniuersalem ↄ̄ omnes turbantes pacificum statum prouinciæ,ꝙ eo mortuo,vel aliter eius officio finito, non finiretur in ꝑsona illius iurisdictio inchoata,in causis etiam inchoandis,donec
9 iurisdictio eius aliter non fuerit reuocata.†Opp.9. & ab extra.qd̄
a in singulari negocio re integra[a] non finiatur mandatū morte mandantis.l.illam.ↄ̄.de don.Sol.quidam, ꝙ ibi in procuratore in rem suam:hic in simplici.& hanc sol.ponit glo.in l.2.§.sed si quis donaturus.ff.de dona.& cum ea transit ibi Bar.Sed gl.de hoc dubitauit.s̄.de ac.& obli.l.1.qui ↄ̄ dictam sol.facit ideo ibi aliam sol. adiunxit.ꝙ hic in procu.simplici.in procu. vero in rē suam debet distingui,quia aut est in rem per cessionem actio. ita, ꝙ vtilis in eum transiuit, & tunc sicut non extinguitur eius morte,vt d.l.illam.ita nec morte mandantis,quasi res non sit integra per transitum utilis actionis quem cessio fecit,quę habent uim cuiusdam quasi traditionis.Aut est factum in rem suam per exercitium tm̄ directarum ei mandatum ad eius vtilitatem non dñi, & tunc expirat re integra,mandatore decedente cum hærede. vt d.l.1. licet si sine hærede decesserit,ei de æquitate det̄ vtilis. vt d.l.1. & hoc
10 placet.†Oppo.x.ꝙ in simplici procuratore nō finiatur re integra morte mandantis.ff.de procu.l.si defunctus.So. ꝙ hic in procuratore ad negocia:ibi ad iudicia.Ista sol.sic simpliciter prolata non est bona, quia & in dato ad iudicia finitur re integra, ut patet in d.l.si defunctus.Ideo Oldra.dicit, ꝙ aliqn̄ mandatum impleri est expediens mandanti,& eius hæredi:& tunc fauore hæredis mādatum non finitur ex præsumpta voluntate.arg. ff. de procur.l.si pactum.& ita loquitur l.si defunctus.nam ibi expedit hæredi durare mandatum,ne committatur stipulatio ob rem non defensā. vbi aūt non sit eius hæredi expediens,ut mandatum duret, tunc finiatur.Ista sol.mihi non placet,quia legislator hoc nō considerat,nisi qn̄ mandatum est directum post mortem, ut dixi supra: non qn̄ in vita,quia tunc solum considerat integritatem rei, uel non,vt hic patet. Item ↄ̄ eam facit.nam pone,ꝙ mandauit rem sibi emi similiter interest hæredis. certe nihilominus finitur eius morte mandatum ꝑ generalitatē huius l.& si.nisi esset facta mētio de hæredib.ff.eo.l.idem est.& ideo hic probatur a sensu ↄ̄.ꝑterea ratio.l.si defunctus est,quia res non est integra.Ideo dic,qd̄ ibi in procu.ad iudicia,in quo res dr̄ non integra,vel per lit. cont. vel per vtriusque præambulam.& necessariam obligationem, q̄ processum totum,& finem iudicij concernit, vnde quasi iudiciū censetur inchoatum,& maxime,quia causātiue ad hoc necessita
11 tur,ne stipulatio committatur.†Opp.11.ad idem de l. fundi.§.itē si amicus.ff.de ac.po.gl.in l.si.§.sed,& si quis. ff. de dona. Sol:hoc ↄ̄,dicens,ꝙ mādatum ibi erat de eo,ꝙ dñs habebat facere. & sic pōt dici,ꝙ ibi erat mere executorium. hic de eo, ꝙ erat simpliciter merum & liberum.& cum ista sol.ibidem transiuit Barto. & Cy.hic.Pro qua facit,quia si Papa mandat ad executionem gratiæ per eum factæ de aliquo beneficio,tale mandatum non finit̄ morte Papæ extra de off.dele.c.super gratia.li.6.licet secus esset, si mere executorium non esset, quia connexum esset collationi fiendum,& sic factum esset collatori, quia expiraret.ut extra de præben.c.si cui.in fin.lib.6.Sed hic attende,ꝙ quędam gl.de qua Docto.nullam faciunt mentionem tenent clare, quod in d.§.itē si amicus.mandatum sit morte dissolutum,& ita no.ff. de do.inter virum.& uxo.l.si interim.§.si uxor. Et hoc magis est consonā illi literæ,licet iusta ignorantia faciat haberi perinde, ac si reuocatum non esset.Et hęc mihi magis placet;tum quia magis est amica literæ,alias disiunctiuam ibi posita in si.erit necesse resolui in copulatiuam:tum etiam, quia ex quo non mandauit post mortē suam,creditur impleri uoluisse in eius uita, & ideo expirare debet.non ob.quod defunctus, & hæres eius tenentur hoc facere, quia nec ad hoc liberatur,licet mandatum finiatur,unde cum solum de uita,& fine mandati habemus tractare,debemus stare regulæ huius l.Non ob.cap.super gratia.supra allegatum, quia ibi in beneficijs,& gratijs,ad quarum execu.Papa nō necessitat:hic in contractibus,ad quorum impletionem contrahentes tenētur. Item ibi Papa illud statuit,ne res diutius protrahatur ex defectu executorum in præiudicium ecclesiarum, & ne is, cui facta est gratia iam fatigatus itinere,& expensis in impetratione executorum factis,iterato grauetur, si mandatum expiraret, quæ ratio-
12 nes hic cessant.†Opponitur duodecimo, ad idem de l.si pater. in principio.ff.de ma.vind.Solutio.quod ibi speciale fauore libertatis:licet causa alia,quam reuocationis mandati libertas possit im
13 pediri.ff.qui & a quibus l.quæsitum.§.final.vt ibi nota.†Opponitur decimotertio,ad idem de l.si ego.§.primo.ff.de iur.do. Solut. tribus modis,quod ibi speciale fauore dotis,quæ habet in se causam piam.argumen.ff.de condi.indebit.l.cum his.§. si mulier. Et attende,quod specialitas est in hoc,quia videtur mandare,ut cedant in dotem mulieris,& per consequens ei vult donare,sed mādatum ex donat.inter viuos finitur morte re integra.l.secunda.§. sed si quis.ff.de donat.ergo & ibi debet finiri,sed speciale est ibi, quia donatio habet causam dotis annexam,quæ est fauorabilis. Secundo,quod ibi ideo morte non reuocat,quia nec in uita posset expressim reuocare,ut ibi patet.Tertio,quod ibi non est mandatum,sed quidam contractus innominatus sub certo modo celebratus,in quo non est locus pœnitentiæ dotis fauore, cuius contrarium est regulare.l.si pecuniam.in princip.ff.de condi. ob cau.
14 Et istam tenet ibi gl.sed omnes bonæ.†Opponitur decimoquarto,& ab extra.ad idem de l.cum pater.§.Mæuio.ff.de legat.secundo.Solut.ut ibi no.uidelicet,quod ibi ideo,quia licet mandatum debet expediri in uita mandantis: tamen eius effectus dirigitur post mortem,quia eius implementum transit in do. causa mortis,quæ demum per mortem donantis habet effectum,& sic, qa participat de duabus naturis,ideo media uia eligitur, ut scientia
15 ab ignorantia distinguatur.d.§.Mæuio.†Oppo.15.& ab extra cōtra hanc solu.vt mandatum huiusmodi etiam in sciente non reuocetur.ff.de dona.inter virum.& uxor.l.si interim.§.si uxor.Solut.quod interdum mandatarius est interpositus a mandante, & habet locum distinctio scientiæ,& ignorantiæ,d.§.Mæuio. Interdum est interpositus ab ipso donatario ex causa mortis, & tunc illa distinctio locum non habet,quia nullo modo reuocatur. d. §.si uxo.ubi fit hęc no.distinctio,quæ non reperitur alibi,vnde tene cordi.Et hoc quando mandatum huiusmodi donationis dirigitur in uita.nam si post mortem,habent locum quę dixi in fine 5.contra.Oppo. ad idem 16.& ab extra de l.fin.in princ.ff. de sol. ubi non finitur morte,imo nec expressa reuocatione.Sol.ibi mādatum fuit impletum,& sic res non est integra. nam ibi mandauit,ut stipularetur,& ita stipulatus est.Et si dicas effectum stipulationis direxit post mortem ipsius, ergo debet reuocari morte. respon.quod verum,si aliquis esset interpositus, quam ipse, qui debet recipere.ut d.l.si interim.2.respō.Sed fortius replicabis tu, illa stipulatio est interposita,& ex causa mortis mandantis,igitur eo expressim reuocante expirare debet stipulatio,qua mediante facta est donatio,& sic impediri solutio.cuius contra. ibi dicitur. vnde videtur ob.ff.de don.causa mor.l.mortis causa.§. si donaturus.& quod no.glo.in l.Seia.in fin.ff.de do.præle. Et ego respondeo,quod ne dictum contra.ob.necessario ille text.debet intelligi,quod ille fuit stipulatus simpliciter, non ex causa donationis causa mortis,ut ibi no.Bart.vel forte licet reuocet,vetare non potest solutionem;quia condicere debet obligationem, si pecunia nondum sit soluta,vel pecuniam solutam.ut d.§.si donaturus. Et ex his deciditur quæstio,quę fuit in Bono.scholaris habens pecuniam penes mercatorem,infirmatus dubitans de morte fecit eā promitti fratribus prædicatoribus,& cum reconualuisset repetebat a mercatore,qui dicebat se fratribus tenere ex promissione, vel dicebat iam se soluisse,& pro se inducebat dictam l.fin. Sed contrarium fuit determinatum,quia promissio fuit facta cōtemplatione mortis.& sic, uel habet uim donationis causa mortis, quæ reuocari potest,ut d.§.si donaturus.cum simil.vel habet vim relicti,quod scholaris volebat facere fratribus, vnde relicto cessante cessat promissio.ff.de legat.tertio. l. cum quis decedens.§. primo.Nec ob.d.l.fin.quia debet intelligi,ut s̄.dixi. Et hæc de op
16 po.sufficiant.†Nunc prædicta omnia recolligendo, & concludēdo sub breuitate,ita distinguo,cum quæritur,an morte dissoluatur mandatum,quia aut quæritur de morte mandatarij,& dic,vt dixi in primo contrario.Aut de morte mandantis, & tūc aut res nō est integra,& regula est,ꝙ nō finitur morte illius,ut hic a sensu ↄ̄rio.& ff.de ar.l.si arbiter.& ff.de procu.l.si defunctus. fallit in procura-

ADDITIO.

a ¶Re integra.Adde Soc.cons.87.inc.in præsenti consulta.circa prin. in 1.par, vbi hoc idem alle,disputat,limitat,& firmat.

8 propter fraudem, quam faciebant domino, ut s̃. dixi. † Opp. 2. qđ text. iste sibijpsi repugnet, quia primo dicit, ꝙ non ex mandato oritur actio, sed ex alio contractu, & statim innuit, quòd mãdatarius obligatur domino in quarta parte: vnde uidetur declarare ꝙ obligatur mandanti, & sic ex mandato. quod est contra l. ubi repugnantia, ff. de reg. iur. Huius timore est facta tota sequens glo. & ab eius cauda incipio, & primo rñ. Bul. quòd ex mandato non nascitur, sed propter mandatum actio mandati datur, per hanc l. & sic actio mandati, de qua ĩ. loquitur, est datiua. hæc non ualet quia ubi materia est præexistens, actio debet dici natiua, nõ datiua, ff. de pac. l. iurisgentiũ §. j. præterea, text. iste dicit, domino q̃ri obligationem, sed ex obligatione nascitur actio. l. licèt §. si ea. ff. de procura. ergo &c. Alij ut Placentius dixerunt, quòd ex venditione datur actio mandati, non ex ipso mandato. Ista est deridenda, & non recitãda, & simile quod inducit Pla. infert, ꝙ detur ex vendito informata a mandato, & non actio mandati, quod est ꝯ literam ĩ. in uerbo mandati. Alij dixerunt, ꝙ dum litera dicit, ꝙ non agitur ut ex ipso mandato nascatur actio, debet intelligi nullo alio postea secuto. Sed uenditione secuta actio nascitur ex mandato: quia ex uenditione quæ ei robur præstat sicut & alias institu. de inutili. stipula. §. alteri, sed contra illam facit litera illa,

quæ

ADDITIONES.

a ¶ No. Differentiam inter, ex, & propter. Tu uide de illa ultra ea q̃ not. hic Bal. nu. j. in v. no. & nu. 4. in 4. opp. eundẽ in l. non dubium s̃. de le. Bart. in l. 1. §. emancipatus, nu. 2. & ibi posui in addi. ad ipsum, in uer. ex & pp ff. de coniun. cum eman. li. Ale. omnino in l. 1. §. 1. ff. de incend. rui. & naufra.

b ¶ Dictio, propter. De hac dictione uide Bar. & Bal. hic no. 2. col. in uer. no. qđ dicit causam immediatam, & uide Bal. in l. ex arrhali. ĩ. de act. emp. ꝙ significat causam remotam, & accidentalem. item causam remotam. Bar. in l. non dubium, in pen. col. uer. no. qđ dictio, ex. s̃ de le. & in l. 1. §. emãcipatus, in fi. ff. de coniun. cum eman. lib. & in l. eo tpe §. seruus ff. de pecu. & uide d. Soc. consi. clvj. inci. pro fundamento præsentis consultationis uer. præterea respõdetur, & uer. præterea respondetur alio modo in 2. parte quod dictio, propter, licet denotet causam proximam, quandoq; etiã denotat remotã.

quæ dum negatiuè loquitur, dicit non ex mandato: & dum affirmatiuè loquitur, dicit propter mandatum, & subiungit, quod est fortius, ex alio contractu. Sed gloss. defendendo, & sequẽdo Io. dicit, quòd litera debet conuerti, vt intelligatur ex mandato propter alium contractum. Sed hæc expositio violat literam: imo vt mihi uidetur, stare non potest, quia litera illa dum dicit quod agitur, vt ex alio contractu nascatur actio, de directo loquitur de cõtractu emptionis, & venditionis de quo partes agebant, vt actio & obligatio nasceretur, & ideo non videtur mihi litera conuertenda nec mutanda, vt iacet. Ideo, vt huius literæ intellectus clarus aperiatur, pondero quòd hic loquitur de eo quod seruus, & mandatarius inuicem agebant, nam non agebant, vt ex mandato nondum impleto nasceretur domino pro eius implemento, id est pro emptione facienda; sed agebant, vt ex contractu emptionis, quẽ sequi debebat propter mandatum, ea secuta nasceretur actio, & quia hæc erat eorum intentio: ideo emptione celebrata placuit actionem quæri domino, & hæc est duplex, vt sequitur in litera: vna ex vendito ad precium: alia mandati ad seruum traditum, quem ille emit propter mandatum, & vt ipsum mãdatum impleret, & sic conueniens fuit, ut teneretur impleto mandato act. mandati, qua ante impletum mandatum conueniri vt impleret, non potuisset, & hunc puto forè intellectum literæ no-
9 stræ. Sed contra istum intellectum oppo. tertio, ꝙ post traditum seruum uenditori non detur actio mandati: quia dominus volũtariè, & iusto titulo transtulit dominium in emptorem: ergo agere non potest, vt retradatur; quia sic cõtractus claudicaret, quod esse non debet, & quia contra factum suum venire non potest, l. post mortem ff. de adop. & quia quod ab initio est uoluntatis, ex est postfacto est necessitatis l. sicut supra, de act. & obl. Solu. venditor ille fingitur, vt duplex persona. vna, vt quilibet venditor, & illo respectu non potest venire contra. Alia persona fingitur, ut dominus mandatoris, ex cuius mandato, uel propter cuius mandatum nunc agit mandati, ut quilibet alius. nec præiudicauit sibi, vt videatur tanquam sciens renunciasse mandato, vel tãquam sciens illud non tenere, quia intelligo, quòd dominus fuit ignorans de mandato tempore traditionis, vt no. gloss. in seq. particula, & sic propter iustam ignorantiam permittitur ei contra factũ
10 suum ad commodum sui venire, vt alius. † Opp. 4. nam secũdum prædicta mandatum hoc validatur ex postfacto. cõtra, quia illud quod est inualidum a principio, ratione personæ non potest validari postea, vt l. vsusfructus ff. de stipu. ser. Solu. quòd ibi inualidũ non ordinatur ad aliquem actum validum: & ideo non conualescit. hic inualidum ordinatur ad actum sequentem validum: ideo conualescit: quia in uirtute secundæ causę, ad cuius finem tendit,
11 virtutem assumit. † Oppo. 5. contra solu. quòd etiam inualidũ ad nullum actum sequentem ordinatum validetur ex postfacto, vt ff. com. prædio. l. receptum, & ff. de ser. rusti. prædi. l. per fundum, & ff. de vsufr. l. sed, & si quis §. interdum. Solu. ꝙ quædam sunt inualida ratione defectus causæ formalis, & illa non conualescunt postea l. Titius ff. de rest. mili. & l. vsusfructus, ff. de stipu. ser. Quædam sunt inualida ratione defectus suæ materiæ, & tunc illa reconualescunt defectu cessante, vt ff. de fi. l. si quis pro eo §. si nummos. Quædam sunt inualida ex defectu causę efficientis: & tunc aut inualidum ordinatur ad actum secundæ causæ ualidũ, & tũc ex postfacto ualidari potest, actu illo secuto, ut hic. Aut non ordinatur ad actum secundæ causæ validum, & tunc aut defectus est in persona principali. aut in persona illi accedente. Primo casu nõ ualidatur ex postfacto l. si minor, ff. de ser. expor. Secundo casu, aut persona illa accedit principali per modum solennitatis & nõ conualescit ex postfacto. ideo authoritas tutoris accedẽs ex post facto non sufficit. l. obligari ff. de autho. tu. Aut accedit ei per modũ simplicis voluntatis, & tunc conualescit, vt l. fi. s̃. ad Mace. quædam sunt inualida ex defectu causæ finalis, & illa conualescũt ex postfacto, illo defectu cessante, patet in mandato, quod est inualidum pp defectum sui finis, quia non interesse mandantis, & tñ validatur si ex postfacto incipit interesse, vt ff. man. l. si remune. §. si tibi, cum ibi no. in gloss. Et idem doct. in stipulatione quę est inuenta, vt vnusquisq; stipuletur quod sua interest l. stipulatio illa, §. alteri ff. de ver. obl. quæ confirmatur si postea incipit interesse, vt ibidem per Bart. & doc. & allegant §. quæsitum, in ea. l. & ff. de solu. l. Stichum §. aliquando. Quędam sunt inualida ex aliquo extrinseco accidẽti, & illa ualidant superueniente cã confirmante ff. ad Maced. l. j. §. si pendeat, & de lega. p̃stan. l. interuenit, & hæc
12 sufficiant de parte secunda. † Nũc ad partẽ tertiã accedo: ex qua no. ꝙ qui soluit id quod est recipientis nihil souit. Item no. ꝙ emptor debet facere precium accipientis, concor. de act. empt. l. emptor. §. j. Oppo. ꝙ emptor soluens nummos peculiares, liberetur, quia satisfactum domino dicitur. ergo modo uoluit, quod sufficit, ut ff. de pig. ac. l. solutum §. solutam, & l. rem §. satisfactũ. Solu. ut in gl. uidelicet, quod dominus ignoranter illos recipit, quinimmo, & si sciuisset, non sufficeret ſm. Bal. quia naturæ ɔ̃ctus nõ est satisfactum, cum emptio non possit esse sine p̃cio, nec p̃ciũ sine translatione dñij l. Iul. §. ex vẽdito. ff. de ac. emp. Opp. 2. ꝙ sufficit solui nummos peculiares ff. de statu. lib. l. 3. §. parui, & §. constat. Solu. ut gloss. quia illud procedit ex quadam tacita permissione domini, qui scienter vult mihi habẽtem soluere debere. Ex quo videtur intelligere de quadam facti solutione, quando soluturus est domino, ideo nummos peculiares soluere potest. argu. ff. de condi. insti. l. mulier §. j. & hoc præstat ar. quòd si Papa dat monacho licentiam testandi, quòd intelligitur de bonis, quæ de facto possidet: cum de iure proprium habere non possit, vt auth. ingres si. supra, de sacrosan. eccl. Gloss. illa format vnam quæstio. quam
13 reseruo in seq. parte, vbi melius cadit. † Venio ad quartam partẽ ex qua no. tria. primum, quòd intentans contrarias actiones non auditur, concord. infra, de furt. l. j. secundum quod in contrariis actionibus electio est actoris. tertium quod adiectiuum sequens duo substantiua, licèt uni conueniat in genere, & nõ alii, utrũq; tamen dicit determinare; ideo ad vtrunque debet referri, vt hic in verbo consequendo, quod intelligitur nedum de precio, sed etiam de ancilla, vt hic no. Oppo. j. ab extra, quòd ex illa uenditione agi non possit: quia ex imaginaria venditione non agitur, vt l. nuda ff. de contrahen. emp. sed venditio illa imaginaria nuncupatur in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de ma. ergo, &c. Solu. quòd æquiuocè illud uerbum, imaginaria, sumitur in iure. vno modo pro simulata ita quod in nulla sui parte uera, & tunc ex tali non agitur, vt in contra. & supra. plus vale. quod agi. per totum, & ff. de test. l. quoniam indignum. Alio modo pro ficta tam ab homine quàm a lege, & de illa notatur inst. qui. mo. ius pa. solu. §. præterea, & ex illa agitur, ut conuenta impleantur, & modicum precium in ea requiritur: quia sic inter emptorem, & venditorem agitur. tertio modo imaginaria dicitur, quia modico tempore duratura, & ita accipitur secundum gloss. in d. §. si ab ignoto, & de his per gloss. in l. imaginaria ff. de reg. iur. ubi uide. Oppo. 2. quòd actiones illę non sint contrariæ: quia ambæ tendunt ad probandum factum serui, & sic non debent dici contrariæ. imo, vt dictum est supra. actio, quæ nascitur ex uenditione, est causa ualidationis mandati. ex quo benè patet quod non sunt contrarię. Solu. quòd actiones quandoq; sunt ɔ̃riæ origine tm̃, & de istis loquitur l. eum qui. & l. contra maiores. supra, de inoffic. test. Quandoq; sunt conueniẽtes in origine, sed contrariæ in effectu, & exercitio, & de istis loquitur hic, infra, de furt. l. j. conueniunt enim hic in origine, vt in oppositione: sed contrariantur in effectu, & fine, quia per actionẽ mandati vult ancillam habere seu seruum: per act. ex vendito, per quam vult precium, profitetur emptorem debere habere seruum, & in hoc contrariantur, vt dicit illa. gloss. nec æquitas patitur eum habere rem, & precium, ut d. l. j. dicitur in litera. Quãdoque actiones sunt contrariæ in origine, & effectu, & de istis in l.
14 fina. infra, de codi. † Oppo. 3. cum gloss. quòd actio mandati non detur domino pro ancilla consequenda, quia econtra emptori non competit mandati contraria contra ipsum dominum, & tamen sunt hæc reciproca ff. eodem l. seruus meus, & sic si vni ex mandato non nascitur actio, nec alteri. Solu. gloss. quòd illud regulare. hic fallit; & sic est speciale & rationem specialitatis ponit tex. ff. man. l. cum seruus. quia prætor de hac contraria actione dãda de peculio contra dominum non cogitauit: quia serui seipsos mala ratione dominis auferunt, & sic claudicat hic contractus, quando contractus celebratur super seruo auferendo domino. Alii, ut Pla. aliter soluere voluerunt, & male, vt in gloss. Oppo. 4. ab extra. contra tex. a sensu contrario, quòd etiam non contrarias quis non possit proponere l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribu. Solu. ꝙ licet ibi non essent contrariæ, tamen oriebantur ex eodem fonte. vnde sententia lata in vna parit exceptionẽ rei iudicatæ in alia: ideo cumulatio earum non admittitur. l. fundi,
15 ff. de excep. & plene dixi in l. edicta. supra, de eden. † Opp. 5. ab extra, quòd allegans contraria audiatur, ut ff. de inoffi. test. l. Papi. §. sed nec impuberis. Solu. dupliciter. vno modo, ꝙ ibi circa diuersos, non circa eundẽ. Alio modo, ꝙ ibi non est contrarietas, quia act. conueniunt origine, & effectu; sed est duplex clypeus quo reus pro sua defensione vtitur, vt ibi nota. Opp. 6. quòd contrariæ actiones contra eundem proponi possint l. 1. §. quod autem ff. quo. le. Sol. quòd ibi in odium uolentis certificare actorem, quo titulo possideat, an pro hærede, vel pro legato, ut not. in d. §. eligere. Opp. 7. & ab extra. ꝙ electio non sit actoris, sed rei. l. plerunque ff. de iur. do. Solu. ibi in rebus debẽdis: hic in actionibus intẽtandis, quæ fauorem actoris cõcernunt. Quæritur modo. p̃cium est solutum, & seruus traditus, an poterit agi, vt manumittatur, & per quem, & quo iure. Gloss. in parte præcedẽte ponit primũ, & secundum, sed non tertium. Dic ergo quò ad primum, aut tẽpore mandati conuenit, ut manumittatur, & agi potest. Aut non conuenit, & tunc si postea seruus tradidit precium, quo emptor eum redemit, vt manumittatur, & adhuc agi potest. Aut nõ fuit conuentum, vt manumittatur, & tunc agi non potest, quãdo emptor suos nummos soluit, secus si a seruo datos, ut l. 4. §. fin. ff. de ma. Ad secundum & tertium respondeo, quòd dominus agere potest ratione affectionis naturalis, ut l. cum seruus ff. eodem, & tunc agit mandati, vt ibi: seruus vero implorat iudicis officium, ut l. in certis, ff. de iud. Nec obst. ꝙ tex. in d. l. 4. §. si ab ignoto. illam uenditionem appellat imaginariam quia respon. ut s̃. Quæro ab extra, quid si emptor fuit pupillus, cui seruus mãdauit, seu quem seruus ad emendum interposuit. dic ꝙ idem de eo, qđ de quocunq; maiore d. l. 4. §. nihil autem. Et ex illo tex. dicit. Bald. ꝙ quãdo pupillus est interpositus ad ɔ̃ctum aliquem faciendum,

quòd

quòd ius sibi quæsitum potest remittere, vel transferre in alium sine decreto superioris: & idem in abbate, quia sine pupilli vel ecclesiæ damno sit, quod est menti tenendum. Sed mihi videtur, ꝙ tex. ille non bene hoc probet, sed hoc supposito idem videtur dicendum de monacho per illum tex. qui dicit idem in seruo interposito: & hæc sufficiant de ista l.

Pro socio. Tit. XXXVII.

1 *Societas est duplex.*
2 *Societas ad bonum finem tendere debet.*
3 *Actio ex socio ex qua societate nascatur.*
4 *Societas singulorum quomodo differat a collegiata.*

¶ Dictum est supra de contractibus, qui gratia vnius celebrantur, restat videre de his, qui gratia vtriusque inter quos est contractus societatis. ideo de eo ponit, & forte præmittit propter quasi
1 fraternitatem quam inducit, ff. eo. l. verum, in princ. † Et pro euidentia tituli præmitto quædam dicta Inno. quæ hic recitat Bald. videlicet, quòd duplex est societas, vna est personarum collegiatiua: alia bonorum acquisitiua seu vnitiua, de prima nihil ad istum titulum, sed de ea habetur ff. quod cuiusc. vniuer. l. j. & ff. de col. illi l. sodales. Et illa secundum Innoc. sic describitur. Societas collegiatiua est plurium corporum inter se distantium vno nomine ei deputato collectio, vt per eum no. extra, de exces. prela. c. dilecta. Ista descriptio non est bona in ea parte, dum dicit corporũ, quia grex ouium armẽtum bouum equitum equorum est collectio plurium corporum sub uno nomine, & tamen ibi non est societas l. j. in fi. & l. sequen. ff. de rei vend. Ideo dico, ꝙ societas collegiatiua est trium uel plurimorum personarum aggregiatio communi consensu vno nomine ei deputato. Trium ideo dixi, quia in duobus non reperitur maior pars. vnde si in duobus consisteret & discordantes essent, experiri non posset quod per vniuersitatem experiendum esset, ideo l. tres ad minus exegit ff. de verb. signi. l. Neratius. quem casum tene cordi. Quid autem talis societas facere possit, examinaui in l. fin. s̃. de constit. pec. & in auth. habita s̃. ne fili. pro pat. & aliqua tetigi in l. fi. s̃. de iurisf. om. iud. Ex tali enim societate non nascitur actio pro socio, quia tota societas vice vnius personæ fungitur l. mortuo. ff. de fideiusso. & si qđ habẽt inter se expedire, per seruum rectorem expedire possunt, secundum quod dixi, in d. l. fi. Et si vniuersitas ipsa habet aliquid agere, eius præpositus quouis nomine nũcuparetur potest illius iura tam actiue q̃ passiue in iudiciũ deducere, de quo dic, vt not.
2 in l. item magistri. per glo. & doc. ff. de pac. † Item notandum, ꝙ hæc societas personarum aggregatiua debet fieri ad vnum bonum finem, non ad malum, vt sunt illę societates prædonum, q̃ appellantur societates gentium armorum: quæ vexant hodie to b
a tam Italiam,[a] nam illæ sunt illicitæ, & sodales ipsi incidunt in crimen lęsæ maiestatis l. quisquis ff. de coll. illi. Est. n. eorum finis malus. nam eorum intentio est furandi, deprædandi, terras inuadendi, & occupandi, lites, discordias, & omnem zizaniam seminãdi. Et idem, si ciuitates, quæ non habent aliquid inuicem cõmune, faciunt ligam, & confœderationem contra eius superiorem vel etiam ɔ̃ parem ad illicitam emulationem. nam tales ligę, & confœderationes dicit Inno. non tenere, vt præalle. c. dilecta, vbi vide. Ad bonum finem possunt fieri triplici respectu, primo respectu boni honesti, vt societas adiuuãtium oppressos, viduas, pupillos, & alias miserabiles personas. Item alicuius boni delectabilis. & iste potius debent appellari brigatæ, q̃ societates, ut qñ in aliquo festo fiunt societates hastiludentium, & tripudiantium. Itẽ alicuius bonis utilis ut societates, quæ fiunt quotidie in vetigalib. emẽdis vel conducendis. Hi. n. corpus, & collegium propriè faciunt ff. quod cu. uni. l. j. circa prin. & hæ sunt temporales societates, de
3 spiritualibus vide in c. j. de regu. iur. lib. 6. † De secunda autem societate, quæ ordinatur ad bonum acquisitiuum ex causa tñ honesta, tractat titulus ille, & ex ea nascitur actio pro socio, & non est hæc societas collegiata, sed est singulorum. Et ex hoc dicit Innoc. vbi supra, ꝙ in illa libellus non est formandus noĩe societatis, sed singulorum. In præcedenti vero, quam collegiatã dixi, nomine societatis tñ, & non singulorum. Sed Bal. dicit ꝙ si agerent inter se, Inn. dicit verum, sed si contra extraneum, qui nõ est de societate, libellus procederet etiam si nomine societatis agerẽt. arg. ff. eo. l. ac. §. Labeo. ibi dum litera dicit, sed quod societatis
b expedit. Sed circa [b] istam societatem quæro, quando ad petitionem alicuius eorum sit uidenda ratio societatis. dicit Bar. ff. eo. l. Mutius, ꝙ conuẽtio super hoc prius est seruanda, & ubi nihil sit conuentum, tunc quolibet tpe, & amicabiliter. Sed an in iudicio directo, nõ declarat ipse, & videtur ꝙ non, quia tunc societas fini
4 rẽt l. ac. in prin. ff. eod. sed uide quod dixi ĩ. eo. l. tandiu. † Item differt hæc societas singulorum a collegiata, quia in illa res vniuersitatis non possunt per vnum vendi. ff. de rerum diui. l. in tantum §. vniuersitatis, & de in ius uo. l. sed si hac §. qui manumittitur. In illa vero quilibet habet potestatem vendendi res venales, quia alterius consensum unusquisque sociorum dicitur habere, nisi sit prohibitus. l. nemo, & quod ibi no. ff. eo. vbi vide. Item in illa societate singulorum vnus non potest facere carcerari alium propter inopiam ff. eodem l. verum. item in illa venit culpa leuis, quę consideratur ex eo, quod non est ita diligens in rebus societatis, sicut tempore contractæ societatis erat diligens in suis ff. eodem l. socius. Salyc.

ADDITIONES.

a ¶ Totam Italiam. Vide quæ dixi supra, in præfatione primæ partis Sal. in apostillis, & illi adde, ꝙ causa illius, quod ibi dixi, conquassationis, & uexationis, & totius Italiæ his temporibus, erat uirtute cuiusdam Valẽtini seu Cæsaris Borgiæ sic nominati filii Alexandri Papæ sexti, q tales societates secũ ducebat. nã cum Papa Alexander eius Valentini pater leges nonnullas iustas, & bonas non solũ extinxerit, matrimonia legitima dissoluendo, illegitima cũ nonnullis homicidiis permittendo, beneficia, dignitates, Cardinalatus precio creando, imo etiam ecclesiæ sanctæ relicta spoliando, & nudãdos non contentus quotidianis simonijs, & publicis ac inhonestis uoluptatibus dictum Valentinum eius filium regem totius Italiæ creare nixus fuerit. Qui Valentinus veris bonis, & statu sanctæ Matris Eccl. vestitus, necnon potentia, & autoritate Papæ eius patris inflatus ex potestate à patre sibi cõcessa, non semetipsum cognoscens roseam mitrã uendidit, & uolens talem regiam sedem cum effectu acquirere oẽm eius uitam non tm̃ furtis publicis, expillationibus, rapinis, sacrilegijs, stupris, uiolationibus, homicidijs, hucusq; consumpsit: verumetiam iustitiã, bonos mores, atq; uirtutes oẽs conculcauit, & inter alia eius innumerabilia flagitia enormia, & horribilia recitãda, inuidia motus ex fraterno charitatiuo amore suo vnũ ex fratribus in tyberim noctu præcipitauit. Sed Deus omnipotens iustus, bonus, & misericors, q punit, & præmiat ut cle. dudũ §. fi. & ibi Car. de sep. orationẽ iustorũ exaudiuit, cum xvj. augusti. Mccccciij. Papa Alexander eius pr̃ ex hac uita nondũ contentus migrauerit, & ille tam Valentinus, tam Cæsar nominatus, nõ Valentinus, non Cæsar, imo hodie 27. octobris. Mccccciij. Romæ in arce turpeia miserabiliter detentus, nihil reperiatur unde ad idem adde no. carmi. Credidimus latias euertere funditus arces. Ducere captiuos in mea uincla duces. Perdere credidimus gryphes ursosq; leones. Rebus ac nostris ardua præda fuit. Credidimus tacitum caci occulare sub antrũ. Diuitias Petri non tulit ira iouis. Sanctius at fuerat roseã non uẽdere mitrã. Dura nimis galea est, pugna paterna leuis. Me miserum quod sum nec dux nec Cæsar in arce. Claudor inopus ualida, rixa futura feris. Feltria si nunq̃ uiolasset sceptra, superbus: Cæsar eram sed nunc sum miserrimo nihil. Et facit ad prædicta etiam quod no. Valerius maximus, in c. de muta. mo. & fo. de Siphacæ rege attestatur, inquiens hæc uerba cordi tenenda. Quę uires atque opes humanæ uocantur efluunt subito, & repente dilabuntur, nullo in loco nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos sublime extulerunt improuiso recessu destitutos in profundum gladium miserabiliter immergunt. itaque neq; debent existimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudine desiderio sui duplicant, & certe ut ipse Valerius, in c. de pauperta. inq̃t omnia nimirum habet qui nihil concupiscit, eo quidem certius quam qui cuncta possidet, quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum, & ratio est ſm Phalarẽ. in j. eius epist. quia thesauros nostros quos cuique nobis Deus largitus est ad fortunæ mutationes condidimus. vnde no. ꝙ ibi demum pęnates, ea ciuitas, id regnum æternũ in gradu facile steterit, ubi minimum uitium ueneris pecuniæque cupido sibi uendicauerit, ut not. in c. de abst. & cont. Valerius maximus, inquit, qđ tene menti, ut aurea exẽpla digna, & quotidiana.

b ¶ Sed circa. Adde Soci. consi. 73. incip. circa primam huius, circa mediũ 1. col. in 1. parte, & consi. 192. incipit, capio difficultatem. uer. præterea, ratione societatis, in 2. parte, ubi hoc induc. alleg. & sir.

LEX PRIMA.

1 *Societas contrahitur, vt vnus ponat pecuniam, & alter operam.*
2 *Capitale quando veniat in diuisione.*
3 *Capitale si diminuatur, an qui tenetur ad operam debeat aliquid conferre.*
4 *Operarius societatis, an possit compelli ad dandum pro capitali minuto.*
5 *Operarius societatis, an debeat operam suis sumptibus ponere.*
6 *Expensæ causa societatis factæ sunt societati communes.*
7 *Pecudes datæ in socida quomodo diuidantur, & ad quem spectet periculum.*

1 SOcietatem. † Societas potest cõtrahi, vt vnus ponat operã, alter pecuniam. h. d. Opp. quòd non valeat, quia hincinde poni debet, vt ff. eodem. l. j. & 2. Solu. quòd ex parte eius qui opera ponit aliquid interuenit, nam opera pro pecunia tota, uel parte quandoque uenit æstimanda: ut instit. eo. §. 2. & hic in gl. Quæro in casu huius l. quales partes vnusquisque ferat, & dicit glo. quòd æquales, nisi aliud fuerit conuentum, ut ff. eod. l. si non fuerint. sed latius dic quandoque inter eos conuentum est de vtroque. s. de quota lucri, & de quota damni, & illud serua. Quandoque est conuentum de altero tantum, ita ꝙ de altero nihil est dictũ, tunc conuentio facta in uno, intelligitur facta in alio: & ideo si conuẽtum est, ut qui operam posuit habeat dimidiam lucri, intelligitur conuenisse ut habeat seu resarciat dimidietatem damni, & econtra, est tex. no. insti. eo. §. illud expeditum. Quandoq; partes conueniunt, ut lucrum diuidatur æqualiter, & nullum damnum patiatur alter, & tunc aut is qui operam posuit, est is qui dãnum peti non dẽt, & tunc ualet societas, & conuentio, ut insti. eod. uersi. nam ita, & ff. eod. l. si non fuerint §. ita coiri. Aut is qui ex pacto damnum habere non debet est ille, qui pecuniam ponit, & ille casus non reperiẽ expeditus in iure, sed glos. hoc dubium tangit 24. q. 3. c. plerique, & Ioan. Cal. in cap. nauiganti. extra. de vsu. & uterq; eorum dicit, ꝙ pactum hoc est contra naturam societatis quæ uim habet fraternitatis l. uerum, in princip. ff. eod. Et quia capitale vult sibi saluũ esse in casu damni sequentis, & tantũdem sibi reddi, contractus ille potius habet uim mutui, & pactum lucri participãdi, & non damni, facit contractum vsurariũ censeri.

unde

am de posset compelli qui operã posuit ad lucrum communican dum,imo totum quod soluisset debitum extenuaret, vt plenius de hoc dixi supra,de vsufr.auth.ad hæc,in 14.q.vbi vide,hoc etiã tenet Bald. hic in quadam q. & sic secundũ eos pactũ hoc uitiat societatem,quod nota. Et si dicas, cur idem non est econtra. respon, quia sufficisse videtur,q damnum seu perditionem operarum suarum patitur,vbi nihil lucri percipitur. Quandoq; de aliqua parte damni vel lucri non conueniunt , sed simpliciter vnus ponit pecuniam, & alter operã, & nihil de lucro vel damno percipiendo dixerunt , tunc locum habent q̃nes huius glosſæ, & procedit quantum ad illam primam eius responsio. quæ est q partes tam in lucro,quàm in damno erunt æquales , vt d.l. si non fuerint.Et hoc qñ vnus ponit pecuniam , & alter operam.Sinatu-
2 rem vterque pecuniam,& operam,infra dicam.in 7.q.†Sed quæro secũdo, an in dicto casu,quo nihil est dictum, capitale veniat in diuisione,& respon,glo.si de hoc est aliquid dictum,illud seruandum.si nihil est dictũ,inspicienda est ꝓsuetudo,& si de eorũ aliquo
a non apparet,tunc de iure cõi est diuidendum,[a] quia in cõmunione videtur deductum.l.2.& 3.ff.eodem. Et hæc sunt verba glo.q̃ intelligę sanę in eo quod dicit,si aliquid est dictum,illud est seruandum.s.quãtum ad diuisionem capitalis faciẽdam vel non.Quantum aũt ad restartionem si perdatur, dic, vt in præce. dixi.In alio autem quod dicit glosſ.videlicet, q capitale est diuidendum, attende q l.secunda,& tertia ff. eodem.quas glo.allegat , hoc non probant.qa in societate vniuersali omnium bonorum loquuntur: ideo dictum illud non probant,sed pro glosſ.facit,quia opera vi detur pecuniæ coæquata,vt insti.eo.ſ.secundo, & quia hæc l.vtitur verbo,conferre,quod idẽ est quod communicare, vt j. de co. Jillam,& illud.Sed Iaco. de Ra. tenet, q capitale non diuidatur, sed sit salui ei qui pecuniam posuit . nam si ponantur pecora in societate ex vna parte,& ex alia ars,& pastoris opera, solum cõmoda frumentũ, & obuentiones veniunt diuidenda , & pecora priori domino sunt reseruanda ff. eodem l. cum duobus §. si in coeunda.ergo & idem,vbi pecunia est data.& pro hoc ad idẽ facit d.l. cum duob. aliãs est l.si fratres §.item ex facto,quæ iam sequit.Sed qui glo.vellet tenere , illis legibus posset faciliter rideꝛe, qa in speciebus loquuntur,quarum dominium nõ transit pro aliqua parte in cũ qui operam ponit : nos in pecunia quæ transit in eius dominium, saltem per consumptionem , vel emptionem mercationum.Item in illis legibus si bene ponderentur,pactum fuerat expressum,ut solum lucrum esset commune.ideo non attingunt casum, quando nihil fuit dictum: ideo aliis probationib. est opus.Et opi.Iaco.prædicti probo,primo,quia si aliter dicatur, sequeretur unum notabile absurdum. uerbi gratia,pone q vnus ponit in societate x.millia alter operam per tres annos nihil alio dicto.societas est finita ex tempore,& de lucro vltra capitale sunt quatuor millia, si capitale,& lucrum simul, & æqualiter debent diuidi,is qui operã posuit habebit septẽ millia , & is qui x. millia posuit habebit alia septẽ millia , & sic reperiretur ipse perdidisse tria millia,& alter septem millia lucratus esset,& sic vltra totũ lucrũ factum de perdita istius reperietur alter sibi lucrum facere in
5 tribus millibus,quod est peius,q̃ societas leonina , quæ a iure est reprobata ff.eodem l.si non fuerint §. Aristo. pro hac parte vide casum ff. eodem l.coiri, cum seq. vbi in dubio de solo quæstu & lucro societas dicitur contracta. Capitale ergo non uenit in diuisionem,quia nec in communionem.Et si dicas,nonne species ex capitali emptæ,sunt communes.respon.forte quòd non, quia ad hunc finem pecunia non est illi data, nec socius seruans bonam fidem adhunc finem emit : sed vt lucrum tantum esset commune , & adhunc finem dicitur habere quasi mandatum a socio ad emendum, vel supposito,q communes essent non pro dimidia, sed pro rata lucri, uel si pro dimidia vel qualibet portione,tamen cum onere deducendi capitale : & sic non ob.in contra.alleg.& ita teneo.Restat solum respondere ad §.secundo.insti.eodem,sed
3 dic vt in te. quæst. ad finẽ. † Quæro nunc tertio iuxta idem thema, quando nihil est dictũ, quid si capitale est diminutum vel de perditum aduersa fortuna, an ille qui tenetur ad operam,teneat aliquid conferre vel refarcire.Respon.glosſa.quòd non,imo si totum perit, societas est finita.l. verum §. instunt ff.eodem. ita dicit glosſ.hic,& ff.eodem l.si non fuerint §.primo . Sed licèt societas esset finita,tamen non sequitur, ergo qui operam posuit non tenetur ei aliquid refarcire uel reficere. Sed puto,quòd glosſa fuerit mota ex sua opin. erronea , quam tenuit in præc. quæstio.ubi tenuit q capitale,licèt ab vno positum,esset utriusque commune,& inter eos diuidẽdum. quo supposito,sequitur necessario,q nihil refici debet : imo quod supereſt,inter eos diuidendum est . Sed Iac. de Ra. dixit , quòd damnum est commune & sic ei pro dimidia reficiendum & induxit ff.eo.l.cum duobus §. quidam sagariam,& l.si id quod §.idem Celsus.Pe.vero distinxit.aut pecunia est perdita ante præstat.operarum & tunc periculum & damnum est commune ut ll.per Iaco.inductis.Aut post operas prestitas,& tunc gl.uera,qa sufficit operanti dãnum operatum,& hãc sequit Cy. vt moris est sui sequi Per. ubique , nihil adijciens licèt vtiliter trãscribẽs,sed attende quia ll.per Iac. alleg. non loquuntur in casu nostro:sed quando vterque pecuniam in societate ponit, uel ponere debet,& in §.quidam sagariam, hoc intelligo ex eo;
quia is qui operam præstabat & ad sagariam emendam accedebat,vi latronum suam pecuniã perdidit,vnde ex illo verbo , suã, satis datur intelligi,q̃ socius etiam suam posuerat, vel ponere debebat,quæ perdita non est. Item si is qui operam ponebat,pecuniam etiam ponebat , uerisimile est, q̃ socius pecuniam ponere debuisset.Similiter idem colligo in §.idem Celsus.in prin.ex illo uerbo,populis numerj,dum dicit,si pecuniã contulissemus.Preterea illi tex.pro eorum diuisione non notãt operam præstitam esse vel non,cũ nec hoc sciri potuisset perfectè,nisi finita societate,sed solum an perit ante collationẽ,vel non,vt patet in d.§. idẽ Celsus, & si perit post collatam perit utriq;, & dicit post collatã periisse statim,cum a socio est tradita,vel quasi, adeo quod si suã ponat ad intuitiendum,pro societate,habetur pro collata,vt patet,in dicto §.quidam sagariam, vbi solum erat inchoata præstatio operarum , & tamen socius ei tenetur propter lucrum speratũ,& sic patet q̃ distinctio Pet. non est bona . Quid ergo dicẽdũ ? respon.q̃ so. huius q.pendet a solu.præced.q.ideo si in præce. sol. gl.teneret,te etiam tenere oporteret in ista sol. huius glo. & hoc per rationem,quam supra feci.Sed quia illam non tenui pp incõuenientia,quæ sequerentur , & propter l. coiri.ideo nec illam sequor, sed opi.Iac.de Ra.& non tam per eius l.ut dixi, q̃ per rationem positam,in d.§.quidam sagariam.in fin. qa ex pecunia collata.i.tradita ei qui operam præstabat,ipse lucra sperabat: ergo periculũ ad cũ pro rata lucri spectare dẽt.l. manifestissimi §. cum in secunda j.de sur.& l.fm naturam ff.de re iud. ex quo de hoc sibi non prouidit,vt in j.q.dixi. Nec obst. si dicas fm opin. quam tenuisti in præc. de capitali nihil debet habere is qui operã ponit , ergo nec de eo perdere,d.l.fm naturam,quia respon.q̃ sufficit,q̃ pp capitale,& ipso mediante lucrum potuit sperare,vt d.§.quidam sagariam, & hæc est veritas, & ex his hẽs clarũ intellectũ ad text. insti.eodem §.2.vers.quia sæpe.dum dicit, q̃ sæpe opera alicuius pro pecunia valet,quia non dẽt intelligi respectu sortis, sed commodi,& interuallj medij temporis, & sic precium operæ est cõmodum,& interusurij ipsius pecunię:non aurem sors ipsa,quod tene mẽri,& ex hoc sequitur,q̃ consuetudo,quam glo.dicit esse
4 in Bon.non tam est consuetudo,quàm ius commune.† Quero 4. ad declarationẽ prædictæ q.pone , q̃ propter capitale multũ minurũ operarius non vult ponere operam tuam , q̃ magna est, an compelli possit.Dicit Bal.q̃ æquitas suadet q̃ nõ.ita aũt,in principio ff.de admi.tu.& hoc sentit glo.ff.eod.l.si nõ fuerint §.primo, quod satis placet . si sit sic ad exiguum deductum , q̃ eius opera quasi nullum possit facere profectum:aliàs teneatur ad implẽdũ conuẽta.ideo hoc in iudicis arbitrio,ut boni uiri relinquo.Quæro 5. an is qui operam ponit possit compellere eum,qui pecuniã posuit, ad ponẽdum iterato tantundẽ vſq; ad fin. tẽporis a princ. positi in societate.dic,quod si omnia perierũt,societas est finita , vt ff.eo.l.verũ.ſ.interiectus,& hic in gl. & non esset tũc in societate pietuerare,sed societatẽ reiterare,& de nouo facere, & ideo nõ potest compelli. Aut adhuc de capitali supereſt ita,quod de rigore finita est,& adhuc dico idẽ,sed diuersa rõne.ſ.quia hoc actum non fuit , ideo de temel tũ , & non pluries ponẽdo videtur actũ ff. eod.l.si socius pro filia,versic.nec si prior.† Quæro 6.an operarius debet ponere operã propriis sumptibus,an vero cõmunibus societatis. Et uidetur q̃ propriis , quia rõne operæ tenetur peregrinari,& nauigare &c.ut ff.eod.l.si non sint §.primo,igitur & expensas in his sibi facere. Itẽ quia libertus, qui tenetur ad operas, suo sumptu præstat illas, vt ff. de opere.li.l. qđ vbi, & l.suo victu. Et quia colonus partiarius, qui socius,vel quasi appellatur ff.loc. l.si merces §. vis maior.in fi.tenet suo sumptu arare, seminare,& colere.quasi hoc tacitè sit actum ff.eod.l.cum duob. §.si in coeũda,& extra,de deci.c.tua,& similiter dicitur de pastore,qui recipit pecora,ut operam,& artẽ suam poneret, vt d.§.si in coeũda , In opp.uidetur,q̃ expensis communibus,quia lucrũ inter eos debet diuidi,sed lucrũ est sumptu,& dãno deducto ff.eo.l. Mutius. ergo sumptus de societate sunt deducendi. Itẽ quia ex causa cõi societas proficitur : ergo expensis ipsius societatis , vt d. l.cum duob.§.quidam sagariam,& l.2.§.1.ff.ad l. Rho. de Ia. Itẽ quia si aliter dicatur,faciliter eueniret, ut ponẽs operam suis sumptibus nihil lucri haberet pp multiplicitatẽ sumptuum: & alter lucrum peiperet sumptibus,& laboribus istius acquisitum . quod fraternitas quã inducit societas,nequit admittere.argu.l.cũ oportet, in fi.princ.j.de bo. quæ lib.Et hãc partẽ teneo,quam cõiter tenent do.licèt non ita plenè examinẽt.Nõ ob.all.in opp.nõ primũ , qa non inferũ solus peregrinatur,ergo suis sumptibus.Non fm de liberto,quia ille tenet ad operas pp beneficiũ quod fuit assecutus. Nec ob.quod de colono partiario,& pastore dr, qa in eis sic tacite agitur fm Iac.de Ra.& Cyn.sed quare plus in eis, quàm in socio de qua quæritur , non declarant .Ideo dic melius quòd aliud in eis, quia ipsi sunt socij in omnibus nascituris percipiendis tam fœtibus , quàm fructibus,qui debent esse ex toto domini pecorum

rum,& fundi tanꝝ ex re sua nascẽtis.iõ cũ dns partiat cũ eis,& in hoc graueꝛ.iõ in alio relenat,vt illi sumptꝰ facere teneant. hic ãt non tñ ex pecunia,sed potius q̃rit ex opera,vel industria. Vel alter in sẽtibus, & fructib. opera modicũ operat ad fructifica. sed i pecunia multũ,imo totum . Item opera sola põt æquiualere seu æquiparari cõmodo pecuniæ,sed non sẽtibus, & fructibus, ideo
6 operæ addit expensa.† Stat ergo conclusio nra,vt in casu nostro expensæ factæ cã societatis sint cões,quod Bal.etiam fatet,sed dicit hoc verũ exceptis his,quas dom fecisset,quia illæ nõ sunt societati imputandæ.ar.ff.de per hære.l.sed si lege §.q aũt quis. Sed melius ad propositum facit d.§ quidam sagariam.à sentu contrario,ibi dum dicit(cæterarum rerum quas secum nõ tulisset,&c) sed fortè in casu nostro æquitas societatis, & fraternitatis.quã societas inducit, talem diuisionem,& exceptionem impensarũ nõ admittit.Pone enim,q̃ expẽsim fuit conuentum, quod expensæ quas faceret dũ extra ciuitatẽ iret,quod negocij societatis essent cões,an tunc posset dicere alter socius , vt ille deducat seu nõ imputet impẽsas,quas in domo fuisset tacturus, & puto, q̃ nõ cões , & si sic,sequit,q̃ nec nunc:qa tacitè ex natura societatis vi puentũ.ar.ff.si cer.pe.l.cũ quid, & qa dixi, q̃ nõ oẽs, ideo attende pro eorũ declaratione,qđ impensarũ quos domi fuisset facturus,aliæ sunt quotidianæ, vt cibi, & potus tã pro se q̃ pro famulo,vel rõci no. Aliæ nõ sic sunt quotidianæ, sed quasi ꝓpetuæ,vt vestimẽtorũ calceamẽtorũ,& si primas, puto integraliter imputãdas societati,nec diuidẽdas esse. secũdas non puto imputãdas quia primæ sunt necessariæ.secũdæ vtiles,& sibi non societati.primæ sibi , & societati, cum sine eis negocia societatis nõ potuissent expediri. Nec obst.d.l.sed si lege,quia in diuerso casu prorsus logtur,quia nõ pro negocio cõi,vt hic,nec ex aliqua tacita conuẽtione. Nec ẽt ob.§.quidã sagariam,quia de aliis rebus loquit̃,& de alia impẽsa,& damno,& ita audiui a quibusdam mercatoribus,q̃ ita se habet consuetudo. Quero 7.quid si vterque ponit mixtim pecuniã, 4
& operam in societate,sed vnus minorem quantitatem alio, nũ quid partes lucri erunt tunc æquales nihilo de his conuento Ni. Mat.dixit sic in quotitate, vnde si vnus ponit duas partes capitalis & alter tertiã in lucro,& dãno, quilibet dẽt hre partem correspondentem ei quod posuit in societate, quia inter eos tacitè vi conuẽtum,vt qui plus oneris,& periculi sustinet,plus emolumẽti sperꝫ,vt ff.de reg.iur.l.fm naturam. Quod Bal.fatetur nisi opera,& industria illius qui minus ponit,excederet operam,& industriam alterius ff.eo.l.si non fuerint §. j. Vnde inquit ipse tunc ad arbitrium iudicis esse recurrendum , vt ff.eo.l.si societatẽ mecũ . Hoc ultimum non puto sic faciliter dicẽdũ,quia operas vir inuicem compensasse.Et quia fm hoc semper haberemus considerare industriã operis, & de facili partes nunq̃ essent æquales j.l.& si non fuerint,in princ.ff.eod.& l.si societatem. loquitur,quando hoc fuit conuentũ . vbi aũt vterque pecuniam parẽ posuisset,sed alter eorum operam tñ,tunc faceret,q̃ ratio operæ eius deberet haberi arbitrio boni viri.In præsenti tamen cogitandũ relinquo. Quæro 8.quando ratio societatis per alterum ex sociis videri possit.Respon.vt dixi supra rubri.& adde q.ibi formatas vsque, ad fi.
7 † Quæro cum dedi pecudes æstimatas in socidam per quinquẽ-
a nium [a] pacto,vt in fine quinquẽnij pecudes, & fętus earum inter nos diuidantur,contingit,q̃ pecudes interim pereunt omnes uel aliquæ,an rusticus teneatur mihi partem æstimationis earum reficere.Distingue,aut pereunt naturaliter,& tũc ad nihilum tenetur,quia eodem modo perituræ fuissent pęnes me , nec æstimatio facta prodest mihi,quia in contractibus non ordinatis ad trãslationem dñij æstimatio non facit emptionem censeri, vt ff.eod. l.cum duobus §.damna,& ff.loc.l.3.& probatur per regulam tradit̃am ff.de ꝓhen.emp.l.cum manu fata.§. nemo. Aut pereiunt casu fortuito,& tunc aut sine culpa rustici, & tunc periculum est commune.ideo dimidietatem æstimationis tenetur mihi reficere,vt d.§.damna. Aut culpa rustici, & tunc tempus societatis diu dendæ venerat,quando perierunt,& tunc non ad totam æstimationem, sed ad dimidiam eius tantum mihi tenetur,quia in pluri damnum mihi non intulit. Aut illo tempore nondũ venerat tẽpus societatis diuidendæ,& tunc inquit Bald.q̃ ad toram æstimationem tenetur , quia licèt traditæ fuerint æstimatæ , tñ interim meę sunt,& ideo damnum mihi sua culpa illatum refarcire tenetur,& quia damni æstimatio iam est facta,ideo ad illam tenetur. Sed hic attende,qa puto,q̃ multi errant in iustitia,& æquitate ad etiam recta conscientia in istis æstimationibus animalium , quæ per cursum temporis minoris ęstimationis efficiuntur,nam non prior æstimatio,sed illa cuius æstimationis tunc erant cum perierunt inspicienda est, quia in tantum damnum infertur, & non in plus,quod probo. nam si saluæ essent , æstimatio prius facta non attenderetur, sed corpora talia qualis æstimatio tunc essent cum societas finita esset, & communia forent : igitur huius rei considerationis debet haberi. In rebus autem, quæ cursu temporis deteriores non efficiuntur,considerandus esset æstimatio iam facta,& ita iam practicaui in mei persona.Salyce.

LEX II.

1 *Societas contrahitur,quando fundus communiter emitur.*

2 *Emptor fundi tenetur,ad collectas pro æstimo illius fundi impositas.*

Cum proponas. Fũdus emptus cõiter a duobus, vtroq; ĩ possessione inducto cõmunis efficit,& pẽsationes solutę ab eorũ altero vna cũ ꝑcio possunt peti actio.pro socio.h.d. † Nota , q̃ eo ipso qđ fundus emit̃, cõiter societas in illo fundo ꝯcta vĩ,ideo pro socio agit̃. Itẽ no.q̃ vbi fundus emit̃ a duobus licèt in instro cõtineatur, q̃ vnus eorũ soluit ꝑcũ,nõ propterea ꝑsumitur de pecunia cõi solutũ, ut hic ,
1 pecunia.n.solius solutis in dubio ꝑsumit̃ a l.vẽter.§.fi. ff. de priui. cre. nisi ĩ instro diceret de pecunia cõi,quod no. Itẽ no.q̃ ex quo vnus emptor tñ soluit,ꝯctus non præsumitur simulatus in personas alterius,nec rẽ emptam ad solutẽtem tñ spectare,ẽt si postea solus reperiatur collectas,& onera pro eo soluere. Itẽ not.q̃ soluens collectas,& pensitationes soluendas ab alio potest repetere
2 ab illo . † Item potes colligere, quod emptor fundi tenetur ad collectas,q̃ imponũtur pro æstimo illius fundi. facit ſ. de rei vẽd. l.solẽnibus.veruntñ si in extimo suo describi nõ fecit,& sic oportuit uenditorem soluere , potest venditor ab emptore ad cuius onus de iure spectabat,repetere, vt hic cum ſi. quod no.secundũ Bal.Item no.q̃ ille,qui non soluit publicas pensiones , non cadit a iure suo,dummodo alius soluat,& sic non refert a quo soluatur, quia fiscus quæstionem refricare non potest,quod est optimum argu.vt dns pdjs emphiteutici vel liuellarij nõ possit refricare q̃stionẽ canonis nõ soluti ab eo, q̃ est verus hrs emphiteutæ vel liuellarij,cũmodo ei fuerit a possessore solutũ, & per ꝯs nec ipse possessor a vero hrde conuctus de canone non soluto excipere nõ potest,sicut nec eccla põt,q̃ nota tu Ferrariensis , in cuius ciuitate frequenter mouentur illæ quæstiones.Barth.de Saly.

ADDITIO.

¶ Præsumitur.Adde Bald.in l.qui ex alie.infra.si quis alteri uel sibi. ubi idem dicit,nisi aliter per coniecturas appareat.no.idem in l.si patruus.§.communia vtriusque iudi. & Specu.in tit. de iudi.§. sequitur. uersicu. secundo.ubi hoc formaliter ponit.

LEX III.

Cum in societatis. Primo duas rõnes pro solutione,quam premittit.secũdo cum thematis repe.quæstionem decidit. Secunda ibi,præses. Societatis commoda trãseunt ad hæredes.concor.ff.eod.l.verũ §.in hæredem . Not.q̃ bona fides in societate debet exuberare. Item q̃ in duobus emolumenta debent æqualiter diuidi, de quo plene dixi ſ.eo.l.j.Quero, an societas transeat ad hæredem . Respon.vt in glo.&c.alia vide,vt in ea.Salyce.

LEX IIII.

1 *Societas contrahitur quando fundus communiter emitur.*

Si societatis. Nõ refert , an socius decesserit testatus vel intestatus, quia hæres eius conuẽta
1 tenetur seruare.h.d. † No. q̃ causa testati vel intestati non ptinet ad ꝯctus.Item no. q̃ potest contrahi societas omnium bonorũ . Quæro filius naturalis uel spurius contraxit societatem oĩum bonorum ꝑsentium,& futurorũ cum legitimo,& naturali,pater postea instituit sibi hęredẽ legitimum . quæritur, an rõne societatis aliqd queratꝰ vel debeat spurio. dic q̃ sic.tex.est no.& singularis ff.de li.le.l.si is qui duos.& ist̃ est mirabilis modus,q̃ pater faciat eos sociari, qñ pater vult aliquid ad spurium peruenire, & ita no. Bald.ſ.eo.l.j. Quæro unus ex sociis omnium bonorum multa q̃sijt ex usura,quæ alteri socio vel fratri communicauit, an episcopus porerit compellere illũ fratrẽ vel sociũ ad restitutionẽ usurarum.dic q̃ sic,vt ff.eo.l.quod enim,& l.seq.secundũ Mar.de sil.

LEX V.

1 *Actio pro socio,an sit nata societate durante.*

Tandiu. Societas durat ad beneplacitum sociorum,hoc dicit.concor.institu.eodem §.manet. & ff.eod.
1 l.actio.& ibi plene vide in litera . † Quęrit gl. an actio pro socio a
a sit nata durante societate,& glo. videtur dubitasse: tamen ex his quæ postea subijcit,ego sic dico,quòd actio pro socio quandoq; nascitur ratione distractæ societatis,& illa nascitur demum ea finita, vt in hac lege: sed quandoque de eius dissolutione non apparet,nisi in ordine intellectus, puta quando quis agit contra socium ea intentione,& animo vt a tota societate recedat,& ratio uidetur,quòd rerum fiat diuisio . Quandoque nascitur ratione contractæ societatis perficiendę vel implendæ , & illa statim nascitur,& ea durante intentatur,vt ff.eod.l.3.& hic in gl.Quandoque ratione fraudis doli,uel culpæ commissæ, & hęc nascitur societate durante , & similiter intentatur, si non vult intentans a societate recedere , quia non putat sibi expedire , sed tantum ut fraus dolus,vel culpa emendetur.nam pro hoc actũ singulari potest intentari,ut singulis temporibus ordinate uideatur rõ societatis,non dico aõ distrahendi, sed simpliciter calculi uidendi, ut sic uideatur qũo negociatur,& an pecunia stęt ociosa uel nõ, di-
xi super

ADDITIO.

¶ Actio pro socio.De act.pro so.ma.uide per Spec.de iudi.§.2.de ac.seu petitione §.utrum.circa medium,& sequi.

† Vide ultra ea,quæ hic no.Bal.eundem in l.j.paulo post prin.j.de anna. exce.

xi super rubrica,& ita intelligo quod hic not.in gloss. & ff.eod.l. act.§. nonnunquam. Sed an semper possit societas finiri ex consensu.dic ꝙ non societas vectigalium publicorum,vt d.§.nūquā, & ibi in gl.redditur ratio,videlicet, q̄a sunt obligati fisco ad retinendū vectigal,tā pro illo tp̄e quā pro sequēti quinquēnio,si maximos fructus receperunt ff.de publi.l.cotem.§.fi. vel forte est & alia rō:quia ipsi faciūt societatē collegiatam,& sic corpus vnum censentur l.j. in prin.ff.qđ cu.vni.l.aūt illa loquit̄ de societate simplici, & nō collegiata,q̄ multū distat ab illa vt dixi super rubrica.

LEX VI.

De societate. Societas pōt ꝯhi nō solū purè, sed ēt sub conditione. h.d. Not.ꝙ legitimæ voluntates contrahentium sunt seruandæ.

LEX VII.

Sancimus. Curator furiosi pōt renunciare societati, & cæteris eius ꝯmodis prouidere.h.d.Not. qđ qui hēt autoritatē in ꝯhendo,& habet in distrahendo.No.quod potestas renunciandi societati debet esse vicissitudinaria.

De contrahēda emptione, & venditio. Tit. XXXVIII.

¶ Post ꝯtum societatis, qui celebratur gratia vtriusq;, annectit de venditione,quæ similiter fit gratia vtriusque.

LEX PRIMA.

1 *Venditore existente pupillo quis iudex autorabit.*
2 *Venditor in dubio,an in dubio intelligatur vendere proprio iure.*
3 *Precium quando extenuetur iure compensationis.*

Venditiones. Nō viciatur vēditio, q̄a res sit ꝯstituta in alio loco,q̄ vbi ꝯhitur.h. d. Opp.ꝙ imo vitiet̄,j.ad l.fla. de pla.l.in fuga.& ff.eo.l.quod sæpe §.si quis.solu.qđ hic est regulare.ibi speciale in seruo in fuga ꝯstituto.† Quærit Ia.de Are.si vēdēs est pupil
1 lus, q̄s iudex autorabit,& vr̄ ꝙ iudex loci, vbi predium est situ̅.l. si p̄dium j.de p̄di.mi. Econtra ꝙ iudex loci vbi ꝯhitur.l. magis §. illud,ff.de re.eo.& l.in hac j. de don. Dic vt dixi in d.l.si p̄diū. vbi
a cadit.& ibi per Cy.Quærit Bal.a an bannitus retinens bona possit iura illa vēdere.dic quod sic, nisi expressim sit ei iterdictio facta,
2 ff.de pol.l.de pollicitationib.vbi tex.no.† Quæro, an in dubio vēditor intelligatur vēdere iure proprio, & libero.& gl.j.de euict. l.si ex p̄dijs.tenet quod sic.idem tenet Azo in simili de act. emp. §.item tenetur,& in tit.de euic.circa medium, & pro eis vr̄ casus in d.l.si ex p̄dijs,& ff.de ꝯhend.emp.l.in vendendo,& ff.de actio. empti.l.in vendi. & l.seruus §.fin.& ff.de ædil.edic.l.quoties. Sed in ꝯ.facit ff.de ꝯhen.emp.l.pen. & l.cum fundum, & ff.de euict.l. pen.Prima pars vera,& ad istarū legum quālibet r̄ndeo,vt in eis no.Nec etiam ob.l.qui tabernas ff.eo.quia ibi emptor de qualita
3 te soli certificatus fuit.† Quęro Titius emit fundum, b quē emen
b dum sibi mādaui, & p̄cium soluit de suo;& multo tp̄e possedit; & fructus ex eo p̄cepit,an extenuet̄ p̄ciū iure ꝯpēsā. vr̄ qđ sic, q̄a ipse meus creditor est in p̄cio,ergo &c.s̄.de pig.ac.l.2.Sed dic,aut emit noīe meo,& tūc p̄dicta vera.q̄a p eū mihi dn̄iū,& possessio fuerūt q̄sita s̄.p quas p̄so.l.j. & sic fructus,vt ex re mea p̄cepti extenuāt debitū,siue p̄ciū.Aut emit suo noīe, licèt mādato meo,& tūc nō extenuāt,q̄a nō tenet̄ mihi cedere iura sua,nisi p̄cio soluto ff.man.l.4.§.si ab ignoto.Aut non apparet quo noīe,& tūc intelligitur suo,q̄a persona extrinsecus non subintelligit̄ ff. de ver. ob.l.si ita stipulatus.§. Grissogonus. Quæro, an per traditionem anuli,& inuestituram transferatur dominium,& possessio rei absentis.dic ꝙ non,vt plenè scripsi in l.traditionibus,s̄.de pac.

ADDITIONES.

a ¶Iurante. Adde ꝙ si minor esset læsus, petere potest absolutionem a iuramento, ut no. c. cum contingat. de iureiur. & in c. 2. de pac in 6. & refert D. Ant. in c. cum contingat. se consuluisse, ꝙ etiam si interueniant uerba magis specifica, ut quia minor dicat se uelle donare totum, quod plus ualebit etiam in magna quantitate, ꝙ in minore præsumitur deceptio, argu. l. si quis cum sciret. ff. pro emp. Ideo dicit Dominus Abb. in d. c. cum causam. esse dicendum in minore, ut possit petere absolutionem a iuramento propter enormissimam læsionem, intelligendo, ꝙ non donauerit quod plus ualebat, quia non præsumitur consensisse in tanta deceptione. Item, quia iuramētum uidetur illicitum ex parte recipientis, cum interuenerit ex parte sua dolus ex proposito, uel re ipsa, quo casu petit absolutionem a iuramento, iuxta no. in c. j. & c. debitores. de iureiurā. & an, & quando absolutio a iuramento sit necessaria ad ueniendum contra contractum iuratum, uide Ange. in Auth. scen. non sol. fid. col. 5. & Pau. de Cast. consi. 71. inci. uiso puncto, supra scripto. ulti. col. & Bal. in l. non dubium. 15. col. in uersi. ex prædictis conclude. supra, de legibus & in l. 4. uer. adde quod omnia iuramenta. usque in fi. l. supra, de reb. cred. & in l. si in j. col. in uer. consulunt tamen Doct. supra, de nō numer. pecu. & Ang. in Auth. de iureiur. a mo. præsti. in uersi. no. quod iuramentum. Oldra. consi. 120. incip. ad duplicem finem. & Alex. cōsi. 121. 2. parte. ubi etiam ponit, an absolutio potest peti per minorem læsum, qui iurauit, & plenius consil. 125. j. parte. & adde, ꝙ semper absolutio a iuramento ad cautelam peti debet. Bal. in d. l. si in j. col. uer. consulunt tamen aduocati. s. de non numer. pecun. & Ang. in l. si qui satisd. cog. & per D. Soci. consi. 38. incip. pro decisione prædicta. uer. nec obstat. in fi. in j. parte & an & quando & cui, & ex quibus absolutio a iuramento sit concedenda, & quid si statutū reprobarit contractum, & an, & quando inferior a Papa possit cognoscere, uide per præfa. Soci. consil. 115. incip. circa primam q. in princ. cum uer. seq. usque ad uer. circa secundam dubitationem. in d. parte. & ibi habes, ꝙ Papa non probata læsione absolutionem a iuramento concedere non potest. Ibi in uer. præterea non. & ibi quid operatur absolutio a iuramento in uer. postremo. Et adde, ꝙ absolutio iuramenti promissorij nō cōceditur casu priore in casu licito, ut quis possit cōtrauenire, nisi in magna causa, ut per pręfa. D. Soci. consi. 68. inci. frustra. uer. quarta respon. ibi accedat. nam in d. parte. & ibi, ꝙ absolutio iuramenti assertorij conceditur iuranti uenire contra in aliquo casu, & adde ꝙ cum petitur abso. a iuramento, Episcopus debet facere summariam cognitionem. Bal. in d. l. fi. in j. col. in d. uer. consulunt tamē Doct. s. de non numer. pecu. & an indistincte concedere possit minori, qui iurauit super contractu, uide Pau. de Cast. consi. 209. incip. præsupposito sine præiudicio tamen, & adde Flo. in l. Aquil. si deletum. ad l. Aquil. in 6. col. ubi dicit, ꝙ debet concedi causa cognita, & parte citata, & per Ant. de Pra. in consi. paucis utar, quod est post cōsi 45. Alex de Imo. 4. parte. & per Alex. in consi. 221. 2. parte. & consi. 125. j. parte. & hæc opi. est uera, sm Alex. in l. hæres. §. si quis tutelam. de iu. ubi plene, & est communis opi. secundum Bened. Cap. in c. debitores. & c. j. de iureiurando. sed Anto. de But. contra in c. qua fronte. ubi per Abb. de ap. & per Ant. de But. in c. postulasti. de foro cōpet. Lud. Pon. in fi. uer. absolutio, ibi duo Florentini, nisi in iuramento de nō appellando. Pau. de Cast. cōsil. 217. inci. circa primū quæsitum, uide tamē in consi. 214. ubi quod solet concedi ex parte nō citata, & uide eū in cōsil. 209. incip. præsupposito sine præiudicio ueritatis. & Bal. & Doct. in d. c. j. & c. debitores, de iureiuran.

menta. †Signa igitur,& no.illam gl.sed circa id,quod dixi,quando iurauit ratione ætatis, dubitari potest, an,vt præiudicet ei, debeat esse certioratus de beneficio ætatis, & circa hoc vide, quæ dixi in d.auth.sacramenta,in quæstionibus. Sed vtra illa attende, quòd si illa glo.quam communiter omnes tenent,dicit verum,q̃ iurans non contrauenire intelligatur iurasse ratione ætatis, & q̃ pro maiore habetur, sequitur q̃ minor iurans aliter non est certiorandus de restitutio. in integ. nec quid importet huiusmodi beneficium, sed sufficit iurare simpliciter de non contrauenendo. †Item potest dubitari,si iurauit simpliciter non contrauenire ratione minoris precij.etiam si sit vltra dimidiam iusti precij,nec aliud adiecit,an perdat beneficium huius l.& videtur,quòd non, quia ratione modici videtur iuratum, quia non est verisimile, q̃ sic enorme damnum voluerit pati,& sic cum iuramentum in tãto non habeat consensum,non videtur sibi præiudicasse. In contrarium,quia minus iusto est, quantuncunque illud sit, vt hic.argum ẽ.ff.de tribu.l.illud.§.minus. & hoc verius, quia præsumitur precium rei suæ sciisse,vt in gl.nisi probaret sibi persuasum fuisse,q̃ modico plus valeret,vt §.de hær.vel actio.vend.l.qui nondũ. quia tunc errore facti motus videtur ad sic iurãdum, & sic in eo, in quo non habet consensum, non debet præiudicare iuramentum,ff.de iureur.l.qui iurasse.in princ.ver.quamuis & argu.eius, quod no.j.de nup.authẽ.quod eis. Quæro duodecimo,cum glo. quid si primus emptor alij iam vendiderat, & tradiderat, an ille primus liberetur,quia rem non habet. Respon.glo.q̃ non,quia p̃ eum factum est quominus haberet,arg.ff.de rei vend.l.si hominẽ. in princ.& de verb.obliga. l.si seruum.§.idemque. & pro hoc facit, quia ipsi sum alteri vendendo ab obligatione personali, qua tenetur,liberare non potuit,& sic contra eum agi potest, vt rem reddat,vel iustum precium suppleat. † Sed iuxta prædictum thema,quæro ab extra,an contra hunc secundum emptorem rẽ possidentem prior venditor agere posset. Dicendum est,q̃ solu.huius q. dependeat a prima supraposita, quia si dicamus actionem personalem hic ex contractu competere,agi non potest,quia illa non sequitur simdtum, vt j.eod.l.dolus. & ff.de contrahen empt. l.fi.§.fin.sinautem iudicis officium,tunc secus,argumen.ff.de mi.l.in causæ.§.Pompo.& seq.distinguẽdo,vt ibi,quia aut prior emptor est soluendo,& tunc non possit,aut non est soluẽdo, & tũc, aut secũdus emptor soluit,aut ignorauit,vt ibi,& hoc tenuit Per. Sed,quia,vt dixi in i.q.Doct.tenent communiter cum glo. quòd actio personalis competat, ideo præcedens verior, vt non teneatur, saluo vbi emptio secunda laboraret eodem morbo, quo prima, & primus non esset soluendo, quia tũc in subsidium poterit vtilis intentari contra eum ex æquitate,arg.ff.de legat.j.l.plane. §.si quis rogarus.& hoc ne in eo pluri, quod non soluit, locupletetur cum aliena iactura, vbi autem non laboraret eodem morbo,quia secundus emisset iusto precio,tunc æquitas ista cessaret, quia vterque tractat de damno, & sic potior debet esse conditio possessoris,& tanto fortius, quanto primo venditori est quid imputetur. Quæro decimoquarto, qd si res ipsa perit penès primũ, vel secundum emptorem. Et videamus primo,quando apud primum emptorem perijt. Et dixerunt quidam, q̃ ad supplendum iustum preciũ tenetur ex eo, quia alternatiue ad duo tenebatur, videlicet ad rem reddendam, vel ad iustum precium supplendũ, licet ergo primum facere non possit propter casum, non debet liberari a secundo,quod est sibi possibile, vt ff.de cõtrahen.emp. l.si in emp.§.pe. sed glo. tenet contrarium, quia res est tantum in obligatione, sed supplectio iusti pcij est in facultate emptoris; vnde specie perempta casu liberatur ab obligatione principali.ff.de verb.oblig.l.si ex legati causa.& per consequens de facultate supplendi non est quærendum,cum non sit in obligatione, & idem, quod hic,no.gl.j.tolu.matri. l.si circunscripta. Sed attende,quod aliqui volunt dicere,q̃ imò vtrunq; est in obligatione,quia quod deest,soluitur vt precium, & sic est in obligatione, & dispositione lac si fuisset conuentum.Item qua ratione rei retractio est in obligatione contra naturam contractus, eadẽ ratione precij supplementum,& multomagis,quia illius imitatur contractum.Veruntamen fatentur, q̃ re perempta tenetur ad hoc supplementũ, quia debitor est quantita. respectu certæ speciei, ideo illa peremptа liberatur,vt ff.de nox.l.electio. §.fi is. & de legat.j. l.cum res. §.fi.Sed præcedens pars, quam tenet gl.communiter tenetur per Doct.& ita eam sequor, quia ipsa probatur per istum tex.si bene eius series,& modus põderetur,& etiam per l.si res.§.i. ff.de iure do. Nec prædicti dicunt bene, qa si ambo essent in obsone, vno perempto deberetur aliud, vt d.l.si in emp. §.fi. & ff. de sol. l.Stichum. & quod dicunt, q̃ debitor quantitatis respectu certæ speciei,&c. locũ habet,qñ quantitas sola est in obsone, & species in facultate soluendi,teneo igitur gl. Sed videamus quid iuris si decessit penès secundum emptorem. Et glo. dicit, q̃ sufficit penès eius venditorem teneri ad precium, quod habet l.fi res. §.i. de iudo.Ex quo no.q̃ si vendidit pluris,quam emerit, ad illud plus tenetur priori venditori. Quæro decimoquinto, ab extra,cũ Bar.in l.si res.ff.g.mod.pig.vel hypo.sol.pone,q̃ emptor rem quã minori precio dimidie iusti precij emit, alteri obligauit, postea conuẽgus a venditore ei rem restituit, nolens supplere iustum precium, an resoluatur hy. pothe. vel pignus. Et dixit ipse ibidem, q̃ non, quia emptor reddit rem ex voluntate, non ex necessitate, quia potuit iustum precium supplere,& sic pignus non debet resolui, vt d.l.si res.in fi.& l.seq.in prin.& de ædi.edic.l.boucm.§.pignus. & pro hoc accedat,quod no.glo.in l.vbi. §.fed Marcellus. ff.de in di.adie.Nec inqu ipse obst.ff.de pig.l.lex vectigali. vbi si recipiẽs in emphyteusim non debitum canonẽ, præiudicat sibi, & creditori cui interim pignorauerat, & tamen non soluere procedit ex voluntate acceptoris, quia respon. ipse, q̃ ibi est quid imputetur creditori,cum & ipse potuit, & debuit debitum canonem soluere,ne res caderet in commissum,vt ibi in litera patet,hic nihil potuit imputari. Bal. vero hic dicit, q̃ debemus potius considerare id,quod est in natura act.reuocatoriæ,quàm illud,quod est in nuda facultate,vt est suppletio iusti precii,sicut in d.l.vectigali. consideratur,q̃ est ex natura contractus,vt res reuocetur canone nõ soluto,& ideo inquit,q̃ reuertã ad vẽditorem, pignus ab emptore contractum est finitum, vt hic etiam l.si res. in princ. Nec ob. eius fi. quia ibi loquitur,quando ex sola voluntate emptoris pendebat resolutio; at hic non pendebat resolutio ex sola voluntate emptoris,quia res non erat libera penès eum,sed quodammodo affecta ex dispositione legali. Similiter inquit ipse. Nõ ob.l.si debitor. in princ. quia in redhibendo ille, qui pignorauit, fuit actor; hic reus,in quem iudicium redditur in inutum, ibi actor agit, ex mera voluntate.Vnde concludendo inquit ipse, q̃ dictum Bart. concederet esse verum, quando sine iudicio res fuisset reddita sponte.Secus si ex necessitate iudicij,& ita dicit ipse fuisse disputatum Bon. † Quæro decimosexto,ab extra,quid si vendatur ecclesiæ,vel pio loco,an habebit contra eum locum remedium huius l.dic,q̃ sic, vt extra,de emp.& vend. c.cum dilecti. & quia ecclesia regitur iure cõmuni, nisi aliud caueatur l. vt 10.col. de ali. fru.c.j Quæro decimoseptimo,an vẽditor,qui pluribus annis stetit,quibus remedium huius l.non intentauit, teneatur ad expensas,& melioramenta interim facta emptori præstare; dicit Bal.q̃ sic,per tex.ad hoc secundum cũ no.ff.de mi. l.intra vtilem.§.vendentibus. Ego teneo contra, quia illa æquitas quæ suadet ibi expensas factas refundi,hic suadet non refundi,cum ibi emptor nõ possit euitare restit.rei.hic sic,supplendo iustum precium secundum tempus quo emit, quia illud est considerandum, non præsens quo pluris valet, vt j.eod.l.si voluntatem. ad fi. vnde si non vult precium supplere, sibi imputet, quia non videtur illam pluris de præsenti appreciare, q̃ tunc faceret, & q̃ sit precium, quod ille offert reddendum. †Reuertor ad glo.& quæro decimooctauo pone,q̃ emptor est ille, qui est deceptus vltra dimidiam iusti precij, quia rem valentem decem emit pro 21. habebit remediũ huius l.vt restrecipiatur, vel ne decipiatur. Dicit glo. q̃ sic, & bene,quia eadem est ratio æquitatis in vtroque;facit l.cum emptor. ff.eod. & j.de cupred.l.j. lib.11. vbi statuta in vno de correlatiuis vendicant sibi locum etiam in alio. † Quæro decimonono, vt ad practicam huius l.veniamus. qualiter formabitur libellus,& primũ dubiũ est circa narrationem;secundũ circa conclusionẽ.Circa narrationem est attendendum,q̃ ipse habet dicere, q̃ tempore venditionis res ipsa valebat tantum, q̃ errore ductus eam vendidit pro tanta quantitate, propter quod fuit, & est deceptus ultra dimidiam iusti precij. primum de tempore venditionis,pbatur j.eod.l.si volenta. ad fi.quod no.quia ad illud tempus referẽda est æstimatio. Secundum vero de errore probatur j. si ma.fara.ha.l.j. de tertio in narra. ponendo dubitat, videlicet, an sit necesse pro aptitudine libelli, ut in eo per venditorem deceptũ offeratur precium receptum.Et videtur,q̃ sic per illum rex.ibi,precium te restituente emptoribus.& per l.Iul.offerri. ffde act.emp. Si igitur hæc non sint apposita, libellus videtur ineptus, ut ff. si men.fal.mo.di.l.j §.i.Solu.dico,q̃ est de bene esse,ut in libello offeratur, non de necessario esse, ut in eo scribatur, sed sufficiet, ut postea quandocunque in iudicio offeratur, ut §. eod. l.j. cum ibi no.in glo.fi.facit §.de transact.l.si quis maior.& j.de col.l.si soror. & probatur in proposito, ff.de iur. do. l.si res. §.i. Nec ob. hæc l. quia execu.& effectum concernit,non petitionem, ideo dicit restituente,& eodem modo debet intelligi,l.Iul. §.offerri. in cõtra. allega. † Secundum dubium est,qualiter concludetur in libello. Et Ros.& aliqui alij dixerunt,q̃ concludi debet alternatiue,ut rẽ restituat, uel iustum precium suppleat, sed secundum opin. glo. quam §.tenui,& quæ est communis, solum est cõcludendum ad restitutionẽ,uel redditionẽ rei,quia illa sola est in obligatione,& si conuentus hoc uelit euitare,facultatem habent supplendi precium.ff.de iureiuran.l.milles.§. 10. Fateor tamen,& si primo ageret libellus non uitiaretur,quia secundum subiectam materia intelligendus est.†Quæro uigesimo,quia in libello debet dicere se deceptũ ultra dimidiã iusti pcij, qño hoc ꝓbabit, dicit gl.q̃ ex ꝓbatione iusti precij hoc apparebit, & qualiter hoc iustũ pcij apparere dẽ;dicit gl. q̃ si duo,uel tres testes dicerẽt, q̃ tñ darẽt,q̃ ipsi nihil probant,quia de seipsis,& eorum affectione loquuntur non de cõi hominũ æstimatione,& illa nõ est iusta hæc tic,cũ pcia rerum non consistuantur ex affectione singulorum, ut ff.ad l.Aq.l.si seruus.& ff.ad l.Falc.l.pcia.& ista glo bene dicit in forma,an qua iacet,in qua ad cõem æstimationem se nõ referũt. Sed pone,q̃ ipsi dicunt,q̃ res æstimatione tñ ualet, interrogati de cã scie dẽ,q̃ ipsi nõ ex affectione moti,sed ꝓ cõi æstimatione tñ darent, an sufficit, dicit hic Bar.q̃ sic,quia ipsi essent contestes super communi æstimatione,arg.l.nemo.ff.de duo.re. Sed mihi videtur,q̃ communem æstimationem non probant,quia de ipsius rei notitia non deponunt,quod facere debent.ff.de do. cau.mor. l.mortis causa capimus.§.qui hominẽ.& ibi gl.quæ hoc no. Qua propter videtur.q̃ alia debeant addere, videlicet q̃ ideo sciuit,qa notitiam rei habent,& eius bonitatis,& redditus, vt hic in glo.& quilibet, qui notitiam ipsius rei haberet, tantum pro communi precio ipsam appreciaret,[a] alias per testes de ipsa cõmuni æstima. deponi non posset,cum aliud sit æstimatio communis,aliud æstimatio,quam ipsi faciunt esse communem. Sed ne res deducatur ad impossibilitatem probandi per testes, dicendum est modum prædictum sufficere,quinimò dico,q̃ si testis dicit,q̃ valet tantũ, secundum communem æstimationem, & interrogatus quomodo scit. respõ.q̃ ipse ei tantum daret,quia communiter sic haberi posset.q̃ ipse probaret, quia ex affectione nõ mouetur; imò plus dicit Bal.secutus,vt asserit Nic.de Ma.ipsi probarent etiam,si sim pliciter dicerent in causa scientiæ, q̃ ipsi tantum darent, nisi probaretur, q̃ ex affectione quam habent ad rem ipsi mouerentur, & pro hoc allegat l.si seruus.circa princ. ff.de condi.fur. & ff.ad l. Falc.l.in l.§.j. & l.in quantitate. Et est ratio, quia ex quo aliter de affectione rei non apparet,ratio eius debet intelligi,quod ipsi tãtum darent, quia vniusquisq; communiter sic fatetur. Nam ad id, quod communiter, & plerũque fit,verba hominis referri debẽt. l.si precium.in fi.ff.de probat.& maxime,quando affirmando capitulum,dixerat rem communi æstimatione tantum valuisse. Et hoc etiam mihi non displicet. Ideo, quando sic deponeret,bene faceret iudex interrogare testem, an aliquam affectionẽ habeat ad rem.Et hoc,quando æstimatio probatur per testes.Sed dat gl. alium modum probandi,scꝫ inspiciantur venditiones factæ in illo loco,& contrata,& consideretur qualitas rei,& quantitas fructuum eiusdem,vt j.eod.l.si quos.cum concor. j.alleg. in glo.sed non declarat,per quem hæc verba sint inspiciẽda. Dicendum est igitur,q̃ glo.vult,q̃ inspiciantur per iudicem,qui vel per seipsum vadat, vel si res est mobilis ad eum duci faciat, vt j. de iu.do. impe.l.fi.Et de prædictis informationem a vicinis recipiat,& eorum dicta in scriptis redigi faciat, vel si vult probos viros, & peritos eligat,qui vadant, & videant res, & informationem de prædictis recipiant a vicinis, & postea æstima. quam faciunt, quæ magis vim iudicij habet, quàm testimonij, iudici referant, vt in fi. j. de secun.nup.l.hac edictali.§.is illud.& Auth.de ali.& emphy.§.inautem.& in Auth.de non ali.§.quia vero lenonis. quæ omnes allegantur per glo.Ideo hæc practica videtur de mente glo.& Bar. eam hic sequitur. Sed mihi placet ista practica in dationibus, & adiudicationibus insolutum quas iudices tenentur facere,& etiã in aliena. quibus decretum debent interponere.Sed quando pars tenetur probare æstimationem,quæ est fundamentum suæ intẽtionis,mihi est dubium,si iudex sic debet interponere suum officium pro huiusmodi probationibus faciendis.Et videtur,q̃ non, per l.actor.§.de probatio.& l.qui accusare.§.de eden.& Illiciras. §.veritas.ff.de offic.præsid.& argu.eius,quod no.§.vt quæ desunt aduoca. parti. l. j. in contrarium facit, quia communis æstimatio est interesse commune,vt no.j.de sent.quæ pro eo.l.j.sed interesse commune potest a iudice arbitrari, etiam si probationes non concludant necessario, vt j. de act. emp. l. si traditio. vbi vide in 5.q. Subiungit Bart.q̃ vnus modus probandi est facilis,puta si testes dicerent, q̃ tempore venditionis, de qua agitur, & ante, & post viderunt, quam plures homines volentes dictum fundum emere pro tanto precio, tanquam pro communi æstimatione. Idem forte esset,si tantum de tempore anteriori,& non multum remoto dicerent, vt j.dicam, secundum Iac. de Are. † Sed circa prædicta quæro, quid si res fuit vendita pro decem, & testes deponunt,q̃ tunc cum fuit vendita, valebat quindecim, & plus, an erit deceptio sufficienter probata vltra dimidiam iusti precij, dicit Bal.q̃ non, quia illa adiectio, & plus in teste nihil probat, vt dubia,& obscura,vt extra,de probatio. c.in præsentia. & no.ff.ex quib.caus.maio.lab hostibus. §.sed quod simpliciter,& argumẽ. l.cum furti. ff. de in litem iuran. Ego puto contra. quia illa adiectio,& plus, de proprio significato aliquid importat, l. hæc adiectio.ff.de verb.significat. Nec curo, quòd potest importare multum,vt ff.ad le.Falcidiam. l.j.§.hæc verba. & de verb.significatio. l.hoc verbum amplius. & quãdoque modicum, vt d.l.cum adiectio.& l.cum furti. & ff.si quis cau. l.& si post tres. propter quam variationem probatio vt dubia, quia in casu nostro hoc nihil releuat,quia certa est de minimo,licet sit dubia de pluri,sed in casu nostro minimum vltra dimidiã iusti precij sufficit, vt dixi in apostilla super tex.[& hic etiam no.Cy. ergo in casu nostro probatio non debet dici dubia, cũ vniformiter illa adiectio probet, secus esset, si secundũ vnũ significatũ probaret, & secundũ aliud non, vt in d.c.in præsentia.Et hoc no. †Quæro,an hæc probatio possit fieri per instrumentũ [b] alterius emp.& ven.Et videtur,q̃ nõ,quia illud q̃ probatur per instrumentũ,est precij conuentum, & non cõmune,vt not.Doct.in l.j.j. de sent.quæ pro eo. Item,qa & tunc potuit esse deceptio in illo precio,sicut nũc dr in isto. Item,quia res inter alios acta alteri non præiudicat.Item,quia potuit esse affectionale,quod non attenditur, vt l.precia. ff.ad l.Falc. Et ex his concludo,q̃ ex talibus instrumentis plene nõ probatur,secus est secundum Bal.si æstimatio facta esset publica authoritate.puta p æquatores,qui sunt officiales deputati ad faciẽdum æstima. vt j. de peræquato.per totum.lib.10. qa tunc libri cõmunes,in quibus talia æstima redacta sunt plene secundum eum probarent,l.census.ff.de probat. Ego fateor,q̃ illi libri probant rem,tunc tantum valuisse,sed non secundũ tempus cõtractus,de quo quæritur,valeat tantum,& non plus, vel minus, quia tunc, quando æstimata fuit, non probatur per illos libros, cũ secundũ agriculturas, & ẽt secundũ varietatẽ temporũ varientur precia rerũ, vt sæpius allegata l.precia rerũ.§.fi.ff.ad l.Falc. nisi æstimatio illa esset facta sic de propinquo,q̃ tunc præsumeretur durare,cũ in breui tempore in rebus immobilibus non prę sumatur diminutio rei in substantia,nec in precio,arg.sumpto a communiter accidẽtibus, & ideo oportet ad tollendũ hanc præsumptionem, q̃ aliquid extrinsecũ probaretur,per quod hæc præsumptio tolleret,vt no.Iac.de Raq. & Cy.in auth.sed tam disposita.super l.i. j.de re.vxo.ac.in vlti.q. quod no.qa idẽ esset in testibus,vt ipsi ibidem dicunt. †Sed circa probationes [c] quæri potest,quid si vnus ex testibus dicit,q̃ res valet centũ,duo alij,q̃ valet centum,& triginta, cui æstimationi stabimus,gl.in l.diẽ proferre.§.vnde quæritur.ff.de arbi.dicit,q̃ æstimationi illorum duorum, qui dixerunt de centum triginta, quia ille qui dicit de centum, videtur negare q̃ vltra non valet, & sic plus credi debet aliis affirmantibus,quod valet,& pro hoc accedat tex.extra,de arb.c.j.lib.6.† Sed tunc quæro,quid econtra,duo dicunt quòd valet centum,& non vltra;tertius dicit,q̃ valet centum, & triginta; videtur, q̃ testimonium huius tertij præualeat, quia dicit ibi gl. q̃ plus creditur vni testi affirmanti, q̃ decem negantibus. Contra teneo, quia duobus super negatiua deponentibus magis creditur,q̃ vni soli affirmanti.tex.est not.ff.de ventre inspi.l.j.§.j.versi.sinautem. Et hoc,quando negatiua cadit in sensum,& cognitionem testis,vt ibi,quod est semper,quando negatiua est finita, quia coarctata loco, tempore, rebus, vel personis; secus,quando est infinita,quia tunc habet locum gl.contra. † Itẽ iuxta hoc quæro, quid si de tribus vnus dicit, q̃ valet centum, alius quod valet centũ,& decem;tertius,q̃ valet centũ,& viginti, an probant? videtur, q̃ non,quia sunt singulares, & sic non sunt contestes,in oppositum facit,quia omnes sunt cõtestes in minori quantitate,puta in centũ,vel saltẽ duo sunt cõtestes in centũ,& decẽ,& hæc pars vera,quod probant. † Sed quam quantitatẽ ex his probẽt,põt dubitari,& puto plurimos dicere, q̃ minor quantitas sit per oẽs tres probata, arg.d.§.vnde quæritur. Sed mihi apparet, q̃ media quantitas, videlicet de centũ, & decẽ sit illa, quæ est probata,& cui debemus stare.Et ratio motiua est ista,quia primus testis implicite est reprobatus per alios duos in eo,quod implicat, q̃ res illa non valeat ultra centũ, alij aũt duo sunt concordes,quod ultra centũ ualeat,& concordant se in decẽ,licet in decẽ additis a tertio sint discordes, & illa discordia in illis decẽ non attẽditur,sed si ambo simplr de centũ,& decẽ depotuissent,eorũ testimoniũ præualuisset illi soli,q̃ de centũ tantũ dixit,ut dictum est §.ergo,& nũc. Itẽ suadet hoc rõ,qa si aliter dicaĩ,est dare cãm magnę fraudis cõmittẽdæ,videlicet ut unus ex æstimatoribus dicat de minori precio,qa cęteri dicẽtur in illo consensisse. Itẽ confirmatur ex eo,qa quãdo tractatur de æstima.rei,constat rem aliqd ualere,& ideo quæritur sciri non de aliquo precio,sed de maiori,quod tamen sit cõmune,sed in proposito nostro illud de cẽtũ, & decẽ est illud, quod est maius, & quod per plures testes dr esse cõmune,ergo illud debet prę ualere,& secundũ illud iudicari,an in casu nostræ l.interuenit deceptio ultra dimidiã iusti pcij, uel non. Nõ ob.§.unde quæritur.quia aliud in sẽtẽtia,uel laudo arbi-

[a] †Tantum pro communi precio ipsam appreciaret. Adde ultra ea, quæ not.hic Bal. nu.25. & seq. & quod ibi no.in apostil.ad eum. Bart.in l.precia rerum. §.nonnullam.nu.j.& quod ibi posui in addi.ad ipsum, in uer.tu uis probare ualorem rei.ff.ad l.Falc. & in l.filiussa. §. si quid alicui. & ibi dixi in apost. ad ipsum,in uer.solet communiter uendi.ff.de legat.j. dixi post Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.§.testium depositiones. nu.92.uer.quæro qñ aliter probetur ualor rei,ubi dixi in apostil.ad ipsum,in eo.uer. extra,de probatio.de quo etiam per Alex.consil.85.col.3.volu.j. & consil.90. uolu.4. & Maria.Soci.consi.8.incip.uisis.uer.& faciunt ista.uolu.j.

[b] ¶Per instrumentum.Sed quid,an per instrumentum uetetum emptionũ probatur ualor rei ad præsens. Vide Bal. no.in d.l.j.alleg.in text. in uti.colum. infra,de sen.quæ pro eo.ibi quid si instrumenta sint singularia,& hic in pe. colum.uide Imo.in l.quæro.§.cohæredes.in ulti.colum. de uer.b.obligat. & D.Ant.& Innoc.in c.pe.de emp.& uend.

[c] ¶Probationes.De hac materia,& quomodo probatur ualor rei,uide modum. Inflit de act.§.si quis agens. Et adde,quòd ualor rei probatur ex quantitate reddituum,ut uult hic Bart.in fi. uide bonum text. in l.si fundum per fideicommissum,in princ.de legat.j. & quod ibi no. & in l.si qui. infra eod.facit tex.no.in l.qui bonos.de cess.bo.& quod no.Imo.in l.iu.§.hæres,de lega.j.& Bar.in l.societatem.§.arbitrorum,pro soc. & quod no.Bar.in l.si fundus.de rei uend. Et adde,q̃ materia huius l.locum habet in omnibus contractibus bonæfide. tex.ult,& ibi glo.in l.maioribus. supra, communia utriuf. iud. & ibi Bar.& Bal.& ad prædicta adde D.Soci.consi.42.inci.in cau.rest.in integ. uer.sed ad hoc, ut quis.circa medium. in j.parte. quod ualor rei, ut probetur, debet de aliquo continuato tempore probari. Et qualiter ualor rei articulari debeat, uide per præfa.D.Soci.consil.8. incip.uisis, & diligenter inspectis.uer.& stant ista simul.ibi quinimò singulariter,in d.parte.

ADDITIONES.

arbitrorum, vt ibi no.gl. Et est ratio, quia arbiter & iudices delegati agunt inducere, non tantum declarare, & referre, vt faciunt testes, Ideo eorum sententia ad id, ꝙ est minus, restringitur. Alia ratio potest esse, quia arbitri prius cōferunt inuicem de eo, quod iudicare intendunt, & intentionē suam declarat vnus alteri, ff. de ar. l. si in tres. & l. sicuti. Tertia potest esse, quia testes agunt deponere non de parua cōmuni ęstimatione, sed de maiori, quæ sit cōmunis. & de illa quæritur, sed arbitri agunt condemnare in eo, ꝙ debetur, seu quod eis concordantibus apparet deberi ex probatis, siue apparet modicum, siue plus, vel multū, & ideo minus se-
30 quitur, in quo oēs tres cōcordant hic, & prima magis placet. † Vl-
a terius quæro, [a] quid si ex quatuor testibus duo dicant, ꝙ res cōmuni ęstimatione, valet decem. Alii duo, ꝙ valeat quindecim, vr̄ primo, ꝙ ratione contrarietatis nullus probet; secus si essent tantū duo testes, quorū vnus diceret, ꝙ communi æstimatione valet decē, & alter diceret, ꝙ cōmuni æstimatione valet quindecim, ff. de testi. l. qui varia. Secūdo videtur, vt testimonium eorū, qui deponūt de quindecim præualet, & ei stare debet, quia vt s̄. dixi illi sunt magis consoni ei, de quo quæritur, puta æstimationi, & precio, ad quod cōmuniter hoīes nō affectuosi ascenderent. Tertio vr̄, ꝙ probationi minoris quantitatis debeamus stare, quasi oēs in ea consentiant, vt d. §. vnde quæritur. Sed attende, quia licet oēs consentiant rem tantum valere, non tamen consentiunt illā cōmunem æstimationem esse, & sic non cōsentiunt in illā, vt communem æstimationem. Quid igitur concludendo dicam? Breuiter omnibus pensatis mihi videtur dicēdum, ꝙ si quæratur, an sit probatum rem tantum valere quantū dicunt hi, qui minus dicūt, & dico, ꝙ sic, quia in pluri minus inest. Si autem quęritur, an æstimatio communis, seu precium cōmune sic probatur, & dico, ꝙ non propter repugnantiam. Sed si quæris, licet æstimatio cōmunis non sit probata, an actor qui dicit se vltra iusti precij dimidiā deceptum, ex hoc solo debeat succumbere, & dico, ꝙ nō, sed iudex dēt considerare, an preciū quo res de præsenti fuit, & est vēdita, sit minus dimidia illius ꝑcij, quo est appreciata ꝑ illos duos testes, qui de minori æstimatione deposuerūt, qa si est minus dimidia illius precij, fortius est minus dimidia ꝑcij maioris, de quo alij duo deposuerunt, & si ita est, debet obtinere. Si autē preciū, quo est vendita, non sit minus dimidia illius minoris æstimationis, de qua illi deposuerūt, sed est minus dimidia eius, de quo deposuerūt alij duo, qui de maiori quantitate deposuerunt, tunc dico, ꝙ ex illa probatione non debet obtinere, quia an illa sit communis æstimationis, non est clare probatum, sed est dubiū, & ex probatione dubia, quis non iuuatur, vt extra, de probat. c. in ꝑsentia. & etiam, quia repugnantiam habet cum dicto aliorum testiū. Veruntamen, licet ex ea sola nō debet obtinere, potest iudex secundum intellectum, quem dat Bar. huic gl. suo officio se informare a vicinis, & alijs notis de æstimatione communi ipsius rei, qa vt dicit tex. disceptatio æstimationis rei spectat ad iudicē, l. fi. ī. de iur. do. impe. & maxime in casu nostro, vbi probationes sapiunt contrarietatē, & sic reuerberant aures iudicis, vt l. nullum. s̄. de testi. & qa alias veritati non pōt esse locus, cum & si a sentētia lata appellatur, nō possunt testes noui super eisdem capitulis
31 produci, vt extra, de testi. c. fraternitatis. † Quæro, cum glo. quia prædicti modi probandi locum habent in rebus soli, & sic in immobilibus, quid in mobilibus? dicit glo. ꝙ in illis precium est certum, vt in frumento, & postea opp. & non sol. Ideo attēde, & dic melius, ꝙ glo. vult dicere, ꝙ æstimatio frumenti faciliter probetur, quia tali tempore valuit tantum in foro, vbi communiter vēditur. Sed dicit Bart. in prædicta l. precia. ꝙ ad certum diem se referre non debet aduocatus, quia ex vna die non colligitur æstimatio eius communis, vt d. l. prædia. §. fi. Sed debet dicere tali tēpore, & ante, & post per plures dies frumentum tantum valuit.
32 † In alijs autē rebus mobilibus, puta seruis liberis, vel alijs speciebus dic, ꝙ facilis est probatio, quando res potest exhiberi, nam illa exhibita iudex ex officio potest illam facere æstimari, ff. de ser. cor. l. vt tantū. §. æstimatio. arg. ff. de iur. do. impe. l. fi. in fi. vbi autem non possit exhiberi, tunc ad probationem testium recurrendum est, quando non potest probare per iuramentum, & tūc, qa tanti res æstimanda est, quanti emptorem inuenit, ff. de cōdi. furti. l. si seruus. §. j. sufficit probari, ꝙ talis, qui emere voluit, tantum dare voluit. quia ille animose non credetur tantum donare voluisse, nisi probetur, sed quia communiter tantum valebat tunc, arg. eorū. quæ s̄. dixi, per Nic. de Mat. vbi autem de aliquo tempore non constet, tunc capitulandum est, & probandum, ꝙ cōi æstimatione valebat, & ꝙ quilibet qui rem notam habuisset, & ea indiguisset, vel alia simili, pro tanto, vt pro communi æstimatione eam emisset. Et pondera, ꝙ testes debent deponere, ꝙ rem notam habeant, alias de eius æstimatione non possunt ignoranter deponere, ff. de donat. cau. mor. l. mortis causa capimus. §. qui hominem. & ibi glo. not. Quæro, quia prædicta locum habent in æstimatione probanda per testes, quid, quando lex mandat iudici, vt faciat rem æstimari, qualiter faciet, si æstimatores non sunt concordes. respon. vt plene dixi ī. de secun. nup. §. hac edictali. ver. is illud. quod omnino vide. † Viso qualiter æstimatio probetur, videndum est de alio, quod in narratione dicitur, videlicet ꝙ errore ductus pro tanto precio dedit, qualiter iste error proba-
b tur, [b] cum precium sciuisse præsumatur, vt ī. cod. l. quisquis dixerunt quidam, ꝙ probabitur si fundus sit in remotis, vel si venditor in ius alterius successit, quia tunc ignorare præsumitur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Ista procedit, vbi rem alias non vidisset, vel modico tempore eam tenuisset, non alias. Ideo Pet. dixit, ꝙ vbi paulo uilius uendidit, uires eius ignorasse nō præsumitur, sed sciuisse, & ita loqtur l. quisquis. ut ibi in litera patet. Sed ubi multo uilius ita, ꝙ enormis læsio sequeretur, ignorare præsumitur, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. qcquid hic senserit glo. & hāc sequitur Cy. & Nic. de Ma. & ego cum eis. Ex prædictis habes, ꝙ in casu nostræ l. error debet in libello narrari, licet non sit necesse probari. Vltimo potes hic addere q. de consorte præferendo, quā posui in l. dudum. supra, de contrahen. emp. Salyc.

ADDITIONES.

a †Vlterius quæro. Tu uide de hoc quæsito Ioan. de Imo. in l. inter partes. ff. de re iudi. Doct. in l. diem. §. si plures ff. de arb. Imo. plenius in c. pe. extra, de emp. & uend. & Bal. in c. in nostra. extra, de testi.

b ¶Qualiter iste error probatur. Adde no. per Bal. in l. j. ad fi. uersic. quæro nunquid per instrumenta ueterum emptionum, infra, de sen. quæ pro eo, quod interest. Bart. in l. precio. ff. ad leg. Falcid. & Imo. in c. penulti. extra, de emp. & uenditio.

LEX III.

1 *Fiscus, quando iure priuati vtatur.*

De contractu. Nec priuato nec fisco recedere a contractu perfecto altero inuito, li-
1 cet. hoc dicit. † No. ꝙ fiscus utitur iure priuati, nisi aliud caueatur, ut hic, & s̄. de pet. hæred. l. j. & ibi dixi, & quando in fisco contractus dicatur iure perfectus, no. ī. eod. l. si quos. Oppo. ꝙ etiam inuito uenditore emptor recedat a contractu, ff. de ædi. edic. l. j. §. j. & l. redhibitoria. Solu. quòd fallit, quādo res mobilis uendita, est uitio affecta, ut in contra. & in glo. Oppo econtra, quòd uenditor possit recedere inuito emptore, ut ī. de pac. inter emp. & uendi. l. j. & l. commissoria, & ī. de seruis expor. l. j. & ff. de l. commis. & de in di. adie. per totum. Solu. quod in illis fallit, quia sic a princ. conuentum fuit, secundum Hug. Salyc.

LEX IIII.

a Ad rescindendam. [a] Ad rescindendam uenditionem non sufficit probare, ꝙ res pluris fuerit empta, quam sit uendita. hoc dicit. No. ꝙ ex hoc mala fid. non præsumitur in emptorem. Item not. ꝙ per instrumenta emptionalia non probatur ualor rei de præsenti, ut latius supra cod. l. 2, ubi uide Bart.

ADDITIO.

a ¶Ad rescindendam. Vide ad hanc l. quod not. Bart. in l. 3. §. hæc pœna. ff. quod quisque iur. & omnino per Cy.

LEX V.

1 *Dolus bonæfidei contrarius est.*
2 *Venditio dolo facta, qua actione rescindatur.*
3 *Contractus, cui dolus dat causam, est ipso iure nullus.*
4 *Actio quæ datur ad rescindendam venditionem dolo factam:*
5 *Actio quæ competat doloso in contractibus stricti iuris.*

Si dolo. Venditio dolo facta rescinditur, non si bona fi. &
1 mutuo consensu. hoc dicit. † No. quòd dolus contrariatur bonæ fidei. Item not. quòd contractus uenditionis est bonæ fidei. Item not. quòd qui dolum dicit interuenisse, debet illum probare, ut supra, de do. l. dolum. & ibi uide qualiter probetur. Opponitur, quòd imò agatur ad decipiendum, ut ff. de dolo. l. eleganter. circa princip. uersicu. hoc enim. & ff. de actio. empti. l. Iulia. §. si uenditor. Solu. ut glo. quòd hic dedit causam contractui, quia alias iste non erat uenditurus, ut probat hic in litera. in princip. ibi incidit in contractu, quia uenditurus erat, sed dolo in-
2 ductus minori precio uendidit. † Opponitur secundo, quòd non agatur ad rescindendum, sed act. de dolo ad interesse contra dolosum, si aliter uendita res saluari non potest, ut dict. l. eleganter. Solu. prędicta, quando emptoris dolus intercessit, contra. uero locum habet, quando dolus tertij interuenit, ita quod non emptoris, quia tunc non daretur de dolo, quia contra emptorem,
3 qui dolum participasset alio remedio consuli possit. † Opponitur tertio, & ab extra, nam si dolus dedit hic causam contractui, vt supra dixi, sequitur quòd contractus est nullus ipso iure, ut dicta l. eleganter. uersicu. hoc enim. & ff. pro so. l. 3. in fine. sed quod nullum est rescindi non potest, ff. de iniust. testamen. l. nam si sub conditione. ergo litera nostra male di. Huius timore glo. hic 3. & in l. eleganter. supra allegata, dicit, quòd contractus est nullus in fauore eius, qui dolo fuit inductus, & quæ nulla sunt in fauorem non debent interpretari in læsionem, l. quod fauore. supra, de legibus. Ex quo sequitur, quòd uenditor dolo inductus, si uult quod contractus teneat, seu agere ad decipiendum respectu precii, potest. Et per hunc modum dicitur agere ad rescindendum, ut hic in litera, & hæc est vna lectura ad illam l. quàm ponit glo. 3. in fi. & idem facit in d. l. elegāter. Si autem uult, ꝙ non ualeat, tūc aut ipse possidet, sed emptor agit ad rei emptæ traditionem, & tunc venditor habet duo remedia. Vnum est, ꝙ excipiat, ꝙ ei nō competat actio, quia cōtractus est nullus ipso iure, ꝙ dolo indu-

xit

xit ipsum venditorē, ad venditionē, & tunc dolo probato absolui debet ab obseruatione iudicii, qa nemo experit sine actio. Aliud remediū est, qđ de dolo excipiat, ne decipiatur, quia si ei ad hoc datur actio ut dixi, fortius exceptio, & de istis duobus nihil tāgūt. gl. & donec. Aut ipse venditor possidet, nec emptor agit, & tunc glo. ista in uersic. tu dic, ꝙ si ipse vult pōt agere actio. ex eo ꝯctu, quia sui fauor parit ei actionem, qa sæpe extra id, quod agitur, tacita obligatio nascit, ut declaret nullus, & rescindat, quatenus de facto processit. Et ista est alia lectu. ſm qui gl. hāc. l. intelligit. Sed vbi venditor rem non possideret, quia illā tradiderat, quid iuris sit, non declarat hic gl. sed in d. l. eleganter. dicit gloss. ꝙ dat actio de dolo ad rescindendum uenditionem, quia dixit. Bul. processit vēditio ut infirma, & secuta est traditio vt infirmanda per actio. de dolo. Alii uoluerunt dicere, ꝙ detur condit. indebiti ad repetēdum, quia indebitū sub prætextu debiti soluit, cui glo. ibidem rn̄. ꝙ, & si ita sit condi. inde. vt generalis ad indebita soluta nō excludit actio. de dolo, q̄ concurrit cum alia generaliori se. l. certi condi. in prin. si cer. pe. ff. & not. ff. de do. l. 1. §. ait prætor. Alii dixerūt, ꝙ datur iudicis officium, ut hic no. sed male, quia illud datur in subsidium, vbi de actione nō est prouisum, vt institutio. de officio iudi. §. j. sed hic est prouisum ut dixi ergo &c. Stat ergo sol. illa ꝑ vera, ꝙ re tradita ꝯpetit condictio indebiti. & actio de dolo ad rescindendum, & ita etiā potest intelligi hæc lex, & hæc erit tertia lec. Sed ꝙ hoc vltimū non sit verū, probo primo ꝙ non dēt condictio indebiti, qa illa supponit dominium in accipientem trāslatū, vt insti. de actio. §. sic itaque, sed ex ꝯctu nullo non pōt trāsferri dominium, qa tituli legitimi requiruntur. s̄. de pac. l. traditionibus. cum ibi no. ergo &c. Sol. quia si ꝯctus est nullus in fauorem venditoris & eo nollente, vt dicit glo. sequitur quod per traditionem rei uidetur ipsum approbare, & ex certa scientia, & sic condi. indebiti uidetur cessare. l. 1. ff. de condi. inde. & similiter actio de dolo, quia scienti dolus non infertur vt s̄. de transac. l. cum dona. Quinimo, & si quis dolus fuit, per traditionem scienti factam purgatur, ut s̄. quod me. causa. l. 2. sol. quod prædicta debent intelligi, quādo erranter soluit. i. putans dolum nō intercessisse, & sic ex contractu se teneri, & ideo condictio indebiti, & actio de dolo ad traditionē infirmandam locum habent, ut dixit Bul. &
4 Ac. † Sed tunc opp. 4. & fortius de eo, quod. s̄. dixi & no. ista gl. videlicet, ꝙ si uerum est, ꝙ actio ex eo contractu detur, ante traditionem rei detur venditori ad rescindendum, quatenus de facto processit, ergo & post traditionem illa actio ex contractu dari debet ad rescindēdum, quatenus de facto est processum; & sic vt saltē officio mercenario rei restituatur. l. sed celsus. §. si annua. ff. de contrahen. empt. & ff. de actio. empt. l. emptio. §. si qs virginē, qui tex. loquitur traditione facta. & si sic, sequitur ꝙ actio de dolo dari non debet, quia cum alia speciali non concurrit. l. 1. §. prætor. ff. de dolo. Huius timore uidetur alterū de duobus dicēdum, vel qđ illa glo. q̄ dixit actio. de dolo competere, uera non est, qđ magis vr̄, uel qđ ista non bene dicat. Vel forte possunt sic concordari, vt actio de dolo competat, vt ibi, & nihilominus actio ex eo contractu traditione secuta, qa isto casu hæc actio. extra ordinē competit, quia contra suam naturam, quæ est vt competat ad implendum contractum, non ad rescindendum no. ut s̄. cod. l. 2. sed actio de dolo concurrit cum alia extraordinaria, ut no. in d. §. ait prætor. ergo &c. Vel aliter actio de dolo in casu isto solum ad rescindendum cōpetit, sed actio ex uendito potest ꝯpetere ad implendū, & rescindēdum, igitur ut generalior potest cum actione de dolo concurrere. præcedens magis placet. Opp. ab extra contra ea, q̄ dixi, uidelicet, qđ ibi dolus dedit causam contractui, dixi contractum nullum ipso iure vt d. l. eleganter, & ff. pro so. l. 3. in fi. Sed huic obstant plura quæ. Pet. induxit contra ista. primo quia ꝯctus per metum factus ualet, ut ff. quod me. causa. l. metū. §. uolenti. tn̄ in metu est dolus. Sed sol. qđ ibi est dolus uelatus, nō specificus per se interueniens, quia tunc locum habet lex nostra. Itē induxit Pe. quia contractus ille uenditionis habet sua essentialia uidelicet consensum, rem, & precium certum, & sic contractus debet ipso iure valere, licèt in aliqua causa extrinseca peccet. ff. de pac. l. iuris gen. §. sed si hoc maleficiū. Sed sol. qđ iste dolus est causa, q̄ absorbet consensum, & sic vnum de essentialibus, qa nisi dolus ille interuenisset, uenditor nō fuisset rē uenditurus. Tertio inducit, l. dolo. ī. de inuti. stipu. Sed respon. ut ibi facit glo. qa ibi in ꝯctu stricti iuris, in quo non est necessaria tanta bonæfidei exuberantia, ut in ꝯctibus bonæfidei, qui notanter bo. fi. appellantur, ideo bona fide deficiente ipso iure sunt nulli, ut ll. s̄. alle.
5 & hoc in præiudiciū eius, qui dolum adhibuit, ut s̄. dixi. † In con-
a tractibus igitur stricti a iuris doloso ꝯpetit actio, licèt ei obstet exceptio, sed nō in bo. fi. vt s̄. dixi: sed eius aduersario sic, & in hoc est differentia, & hoc qn̄ dolus ꝯhentis dedit causam ꝯctui, sed ubi dolus tertii, dic, ut in secundo contra. dixi: Et ubi incidit in cōtractu, tunc tenet contractus ex parte utriusque, licèt ad decipiēdum agatur, ut in 1. contra. dixi Bar. de Sali.

ADDITIO.

a ¶In contractibus igitur stricti. Tu uide an & in quibus contractibus dolus dans causam illis, reddat eos nullos per Bar. omnino in l. eleganter, & nu. 14. uersi. fateor tamen unum, & quod ibi posui in apostil. ad ipsum in eo. uer. ff. de dolo. ubi etiam plene per Alex.

LEX VI.

Non est. Venditio non rescinditur; licèt precium duplicatum offeratur. h. d. quod intellige nisi a princip. sic fuisset conuentum. ar. eius, quod not. s̄. cod. l. de contractu. & ī. quando li. ab em. discedere per totum. Saly.

LEX VII.

Ratas. Posito vno incōtinēti sequit̄ aliud. ad hoc allegat̄. Vel magis ad literam. Etiā militi non dēt cōcedi ꝑ rescriptū facultas rescindendi venditionem perfectam, & si concederetur, codē iure vti ꝯ se teneret̄. h. d. Opp. ut in gl. s̄. de ꝑci. impe. offe. l. quoties. ꝯiūcta. l. j. in fi. ff. qđ q iur. So. vt ī gl. & prima vera vbi rescriptū nō teneret, vbi āt teneret. qa cū clausulis opportunis esset ꝯcessum, tūc licèt eo vsus nō eēt, tn̄ ꝯ se vti teneret, vt ff. qđ q. iur. l. 3. circa prin. & qn̄ ꝯ se vti tenet̄, an quo ad oēs, an vero solū quo ad eū, ꝯ quē impetrat̄, est dubiū, & hic vr̄ casus, ꝙ ꝯ oēs. In ꝯrium facit. ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. ꝙ si aduersus. Sed veritas est, ꝙ si rescriptū est gn̄aliter imperratū respectu oīum, tūc vti illo iure tenet̄ quo ad oēs. Et ita pōt hęc l. intelligi. Si aūt impetraui ꝯ vnū tm̄, tūc quo ad alios vti non tenet̄ vt d. §. quod si aduersus, & referas hæc singula singulis. ita distingunt hic docto. & Cyn. & gloss. idē dixit, ꝙ qui. in l. j. §. j. licèt alias opin. recitauerit. in l. 3. §. hæc pœna, in eod. tit. Bartho. de Saly.

LEX VIII.

1 *Contractus quando dicatur inter contrahentes celebratus.*

a Si voluntate. [a] Venditio facta paulo viliori ꝑcio non rescindit̄, nisi dolus, vel metus interuenerit, ad quē probādū nō sufficit dicere, ꝙ vēditor ab initio satis maius ꝑciū petijt, q̄ ꝯuenerit: secus si deceptio ultra dimidiā iusti
1 ꝑcij interuenerit. h. d. † No. ꝙ multa verba inter ꝯhentes ꝯsueuerunt interuenire, anteq̄ ad ꝯclusionē perueniat̄, & anteq̄ sit conclusum, non est celebratus ꝯctus, ut in hoc tex. cui similē non habes in corpore iuris. No. etiā tex. circa fin. ibi, nisi minus dimidia, &c. quia habes, ꝙ deceptio ultra dimidiam iusti precij est consideranda ſm tempus ꝯctus, vt dixi. s̄. eod. l. secunda.

ADDITIO.

a Si uoluntate. Vide per Bar. hic. in uer. uideamus, & in l. 2. s̄. eo. sed quid si uenditio rei sit facta minus dimidia iusti precij, sed fuit dictū, ꝙ illud plus, quod ualet, donabat, an ut non rescindatur uenditio, requiratur insinuatio. uide per d. Soc. consi. 215. incip. uisa prædicta facti contingentia. uer. his non obstantibus. cir. fi. cum uer. seq. j. parte.

† Adde de hoc, quod notaui in tractatu clausularum in clau. contrac. uer. sciēs se decipi ultra dimidiam iusti precii, & uersi. si quid plus ualet, quantūcūq; sit, donat emptori. de quo dixi. in apost. ad Bar. in l. cum filius §. pr̄. in fi. uer. si de teste. ff. de le. 2. & in l. rem maioris nu. 12. uersic. quæro quid si dictū est in instrumento, ubi dixi in apost. ad ipsum in eo. uersi. s̄. eod. tit.

LEX IX.

Precij. Pro precio uenditæ rei possunt res in solutum dari, nec ex hoc irritatur venditio. h. d. Oppo. de. §. itē precium. insti. de contrahen. emp. solu. ut glo. ꝙ illud in conuentione, non in numeratione vt hic. Oppo. tunc, ꝙ aliud solui non possit, quàm pęcunia conuenta. ff. si cer. pet. l. 3. §. j. & ff. de solu. l. Paulus. Solu. ꝙ hic volenti non inuito, vt ibi. Quærit Cyn. si dixisset, ꝙ vendebat pro pecoribus centum, an contractus teneret. & dicit, ꝙ non, vt venditio, sed ut contractus innominatus. l. solent. ff. de præscrip. verb.

LEX X.

Dolus. Dolus ex qualitate facti non prauitate precii probatur, qui si interuenerit contra emptorem actio competit, non contra eum, qui ab emptore emit. h. d. No. ꝙ dolus, qui animo consistit, per actus exteriores probatur, siue sint facti, ut l. dolum supra de dolo. siue verbi, ut in exemplis positis hic in gloss. quam uide & no. & tene cordi.

LEX XI.

1 *Precium quandoq; maius in instrumento scribitur, quàm res empta fuerit.*

Venditor. Primo ponit vnum dictum. Secundo infert ad quæsitum. Tertio remouet vnum dubium. Secunda ibi igitur. Tertia ibi: sane. Scienti dolus non infertur, & licèt precium non sit congruum, contractus non uitia-
1 tur. hoc dicit. † Not. quòd de partium consensu maius precium quandoque scribitur in instrumento, quàm uere res empta fuerit, & ex hoc instrumentum non redditur propterea falsum. circa quod uide, quod not. & scripsi in l. si ex cau. supra, de non num. pec. Item not. quod precium in compensationem indebiti errore facti deductū nō obstāte ꝯpēsatione peti pōt. gl. uide ꝑ te.

LEX XII.

Non idcirco. Venditio facta uiliori precio propter munus publicum, vel vrgens debitum non rescinditur. h. d. quod supplet gloss. nisi istud vilius excederet dimidiam iusti precii, hoc dicit. No. quod sapientis, & consulti uiri non est petere illicita.

LEX XIII.

Si maior. Denunciatio, vel protestatio facta ab eo, qui non habet denunciandi ius, vel protestandi, non officit contractui. h. d. concor. ff. de mi. l. tutor. secus si haberet ius protestandi, ut in gloss. Saly.

LEX XIIII.

1 *Venditio non rescinditur etiam si modus omittatur.*

aE conditione. Venditio non rescinditur ex eo, quòd emptor nõ soluit tributum reipublicæ prout conuenit, sed vt emptor tenetur uenditori ad
1 interesse.h.d. † Not. licèt modus non seruetur, uenditio non rescinditur. Item not. quod si uenditor soluit id, quod ab emptore a erat soluendum, recuperat ab eod. Ex quo uidetur, quòd si venditor post traditam possessionem soluit collectas, quòd recuperet ab emptore, quod est verum, si emptor tenetur soluere, vt hic, non aliàs, ideo inspicienda sunt terrarum statuta, quæ multoties onus soluendi imponunt vẽditori, donec fiant æstimi noui. Quæro, quæ fuerit ratio dubitandi in hac. l. respon. quia in contractu dixit, vendo ea conditione, vnde quia conditio defecisse videtur, irrita venditio dicebatur, sed non est ita, quia ista proprie non est conditio, sed conuentio & modus, qui non suspendit, cum eius implementum debet fieri post actum uendi. perfectum, ideo hunc habent sensum ea conditione. ideest pacto, & conuentione, ut ff. de conium. cum emanci. lib. l. nihil, & ibi per Bartolum. Opponitur etiam, quante celebratam esse solutio. possit experiri, ut ff. de negociis gestis. l. si mandato, & de hæredit. uendi. l. a. Solu. confitendo ideo hic subaudi, maxime, vt in glo. In fideiussore dic, vt §. mandati. l. si pro ea. Opponitur, quòd imo venditio irritetur ut ff. de pactis inter emptorem, & venditorem. l. cum te. Solue, ut in gloss. Bart.

LEX XV.

1 *Venditio viliori facta precio quando rescindatur, & nu. 2 & 3.*
4 *Vires patrimonij sui an quis scire præsumatur.*

1 Quisquis. † Venditio facta paulo viliori precio non rescinditur prætextu ignorantię qualirei & iusti precii. hoc dicit. Not. quod inanibus obiectis quis immorari non debet. Not. quod quis sibi ipsi non debet blanditi, nec velle facere credere sibi unum pro alio. Ex quo colligie illud vulgare, quòd cæteris maior est error, quem quis causat sibi ipsi. Item no. quod ista lex non dicit id, ad quod multoties eam allegant doc. & gloss. videlicet, quod quis præsumatur scire vires & precium rei suæ vt no. §. eodem l. 2. sed bene dicit, quod qui ignorat, est negligens, & in supina ignorantia, ideo habetur pro sciente, vt dicit
2 gloss. fin. † Oppo. quòd pro viliori precio rescindatur, dummodo non sit minutum, vt §. si aduer. vendi. l. 2. & j. de prædi. mi. l. si is. & ff. de in integ. restitutio. l. scio. Solu. quòd hæc l. in maiore loquitur, illa in minore, qui ad rescindendum uenit beneficio restitutionis. in integ. dummodo lęsio non sit minima: vt d. l. Scio, & hic, ubi contractus habet debitam solennitatem, aliàs est ipso iure nullus, vt d. l. si is. Oppo. quod imo sit differentia, an prędia sint procul, vel non, quia ex vicinitate præsumitur scire, & ex longinquitate ignorare: ut j. de fallis monetis. l. j. §. dominus. cuius contra. innuit implicatiua, etiam, hic posita. Gloss. non soluit. dic quòd hic de qualitate, & precio rei, ibi de facto extrinseco, quod fie-
3 bat in re. † Opponitur tertio, quòd imo rescindatur, vt §. eodem l. 2. Solutio, quòd ibi est maior deceptio. quia ultra dimidiam iusti precij, & hæc vera. licèt dicat gl. quòd quidam dicebant, quòd & tunc idem esset, quia præsumitur precium scire, & sic donare, quod truffa est, quia tunc illa concordaret se cum ista, quod est falsum: verum tamen an præsumatur scire, vel habeatur pro sciẽte, vide quod ibi dixi in ultima quæstio. Oppo. quarto ad idem de l. si dolo. §. eodem. Solu. quòd hic loquitur, quando deceptio est
4 reipsa, ibi quando aduersarij dolo, quo casu dic ut ibi dixi. † Vltimo circa illud generale, quo queritur, an quis præsumatur scire vires patrimonii sui. dic. Aut ad huiusmodi præsumptionem sequitur connexe præsumptio fraudis, uel doli. & tunc talis præsumptio non debet admitti institu. qui mand. no. poss. §. in fraudem. Et est ratio. quia, qui dolum dicit, illum debet probare. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio, Aut præsumptio fraudis connexe non sequitur, & tunc aut in actibus morientium, & nõ præsumitur, ut in Authen. de hære. & fal. §. si vero absunt. versic. si. n. Et ratio colligitur j. qui testamen. face. poss. l. hac consultissima. §. at cum humana. nisi aliqua uerba specialia contra hanc generalem præsump. protulerit, ut in auth. sed cum testator. in princ. j. ad l. fal. Aut in actibus inter viros, & tunc in bonis nouiter ad eum peruentis ignorare præsumitur. l. quæ nondum. supra. de hęre. vendi. In antiquitus suis si sunt immobilia, præsumitur scire, ut hic, si mobilia adhuc idem, si sunt in eadem ciuitate, non alibi, vt ff. qui, & a quibus. l. in fraudem.

LEX XVI.

1 *Gratiam de alieno facere nemo debet.*

Si quos. Primo ponit modum distrahendi. secundo, qui emptores sint securi. Tertio annectit rationem prouisionis huiusmodi, secũda ibi: hi possremo. tertia ibi etenim. Fundus debitoris reipublicæ uendendus ab exactore debet subhastari, & secundum qualitatem eius, & redditum quãtitatem
a æstimari, a ne fraus fiat deb tori aliter uenditio facta rescinditur, hoc dicit. Vel breuius. Exactor non debet res vendere gratis, nec
1 in subhastationibus fraudem committere, hoc dicit. † No. quòd de alieno quis gratiam facere non debet, nec potest. Item nota quod secundum redditus fit æstimatio rei, ut hic. ff. de in. fi. l. 3. §. diui. & supra, de sacrosanctis ecclesijs. auth. si quas, & authe. perpetua. Item not. quod officiali uendente propter modicam læsionem precij fit rescisio ℨctus, quæ non fieret domino vendente,
4 vt §. lege proxima. † Vltimo no. gl. quæ ponit ea, quæ requirunt,
b vt fiscus possit uendere rem debitoris sui. b

ADDITIONES.

a Aestimari. Adde Bartol. hic, & in l. prima. infra, de præscr. xxx. annor. & ibi do. Alexan. dicunt tamen ibi Bald. & An. quòd subhasta. tollit remedium. l. secunda §. eodem.
b Debitoris sui. Vide etiam glo. & ibi Bartol. in l. 1. j. de præscr. 30. anno. cum concor. ibi positis.

LEX XVII.

1 *Contrahens immediate post contractum celebratum fugiens presumitur in dolo.*

Hi, qui. Contractus clandestini non tenent in præiudicium fisci, ad hoc allegatur concor. ff. ad munici. Iordine. §. in fraudem. Vel latius. venditiones factæ in fraudem reipublicæ irritantur & emptor cõtra eius in precio mulctatur. hoc
1 dicit. † No. quòd fuga, quam immediatè faciunt post emptionẽ, & venditionem, facit præsumi fraudem. Item no. istum tex. contra comitatenses, & fumantes comitatus Bon. qui suarum emptionum instrumenta faciunt concipi in personis ciuium, uel qui simulatè, & ficticiè alienant sua immobilia ciuibus ad euitãdum æstimum, & pro hoc etiam facit d. l. ordine. §. in fraudem, vt ibi g Bar. Quærit glo. quid si emptor fuit ignorans. dic, q non tenetur ff. pro emp. l. qui fundum. §. procurator. Sali.

LEX XVIII.

1 *Proceres palatij res fisco subhastatas emere non possunt.*

1 Vestium. † Proceres, & consiliarij principis prohibentur negociari cum priuatis. hoc dicit, secundum unam lect. Et dicit glo. quòd hoc habebat locum secũdum tempus, quo princeps de omnibus cius necessariis prouidebat, non ergo aliter, quod not. Vel sic. proceres palatii non possunt emere res subhastatas fisco. hoc dicit, secundum aliam lect. quod not. quia timuit Imperator, ne eis gratiosè uendantur. vt supra eodem l. si quos, quod de facto quotidie fieri uidemus. Et ideo nec uicarius potestatis potest emere res subhastatas a potestate, uel massario ciuitatis. Nec uicarius episcopi res subhastaras autoritate exactoris collectarum clero pro domino Papa impositarum, quod not. Et circa primam. lect. uide quod dixi, in l. ultima, supra si certum peta.

¶ Quando liceat ab emptione recedere. Tit. XLV.

LEX PRIMA.

1 *Res eodem modo dissoluitur, quo contrahitur.*
2 *Res quando sit integra.*
3 *Consensu nuda post traditionem an resoluat emptionem.*
4 *Emptor quando debeat pro eodem precio reuendere.*
5 *Venditor emptoris nomine constituens se precario possidere, an dicatur solo consensu discedere, & nu. 6.*

Requidem. Primo dictum re integra cum ratione. Secundo re non integra. Secunda ibi, & enim. Re integra contrario consensu ab emptione disceditur: re vero non integra actus priori similis requiritur.
1 hoc dicit. † No. quòd eo modo, quo res contrahitur. per eundem dissoluitur, vt hic concor. ff. de solu. l. prout q. & ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. Item no. quòd dictio, si, non est exceptiua. vt hic, & in litera in fine ibi, si non. & c. coniuncta glosa, & tantum importat, quantum dictio, nisi. vt not. ff. si qui cau. l. si eum. §. iniuriarum. Oppo. primo cum gloss. contra j. partem, quòd re integra solo consensu non recedatur, vt ff. eod. l. cum emptor. § fi. solu. quòd ibi res non erat integra, quia res erat mortua sine uenditoris culpa, & sic liberatur uenditor cum habeat pro tradita, qua agit ad precium, & bene dicit gloss. Sed quia ibi text. dicit, quod iusta conuentio haberi potest, quæro qualis seu quæ conuentio deberet esse ista, cum res, quæ habetur pro tradita non possit retradi. respon. liberatio per acceptila. quia illa tollit act. de quibus ibi dic. ff. de accep. l. 1. Oppon. 2. quod etiam re non integra sola conuentione discedatur, ut infra l. proxi. ver. ergo. Sol. ut sequitur in glo. quia & ibi est contractus integer, quia datio arrharum non facit desinere contractum integrum esse, & eadem ratione nec pignorum, uel fideiussorum,
2 supra eodem l. 3. † Oppo. 3. quod res sit integra, donec lis sit conte. ff. de iur. om. iudi. l. & quia. Solu. cum gloss. quod illud uerum, ubi de iudicii integritate tractatur, sed hic quæritur de integritate contractus. Oppo. 4 ab extra, quòd sola conuentione resoluatur uenditio, etiam re tradita, vt ff. de in diadi. l. 2. & ff. de l. commissio. l. 1. Sol. quòd ibi ideo, quia sic placuit a principe. & ante traditionem, & sic re integra. † Quæro litera ista dicit, q nuda conuẽtio post traditionem non resoluit emptionem, an non resoluat, si incontinenti fiat. Glo. dicit, quòd non, etiam si incontinenti fiat, per l. ab emptio. §. illud. ff. de pact. Nec obstat, quod pacta incontinenti apposita ut uestita producunt act. vt supra, de pact. l. in bonæ fidei, & l. petens, quia uerum, si ad aliud, quam ad tibi soluendum apponantur, vel dic, quòd hic non fuit appositum iuxta

contra-

ℨctum, sed iuxta tradi. vel in ipsa tradi. rei, ad quam faciendã erat astrictus: ideo eius traditione pactum non vestitur, vt not. in l. in traditionibus. ff. de pac. & plenius dixi in l. legem §. de pac. Quæro iuxta proximã q. si actio. non parit actio, an saltẽ pariet excep. ℨ preciũ petentem, & gl. remittit ad no. in l. seq. & ibi dicit glo. q non: qa pactũ ad hoc non interponitur, & sic vltra intentionem operari non dẽt l. non omnis. in prin. ff. si cer. pe. Interponit. n. solũ ad resoluendũ ℨctũ, & ita ẽt declarat gl. in l. ab emp. ff. de pac. Sed in oppositum facit, quia pactũ de dicendo, vel dissoluẽdo vẽ implicite continere pactũ de non petendo. arg. l. vbi §. de transac. & sic ℨcium possidẽti debet parere exceptionem & hoc eo volente rẽ retradere vt dixit ista gl. aliàs fatendũ est eũ excep. nõ habere, quia iniquũ esset, eũ habere rẽ & ℨcium. Sed hoc nõ obstãre, nihilominus teneo glo. duplici rõne. Vna, ne sit in arbitrio emptoris soluere vel non dissoluere ℨctum, ℨ l. in ementis, de ℨhen. emp. §. Alia, quia hoc pactum de dissoluendo contractum cadit in speciem contractus innominati, in quo licitum est pœnitere ff. de condi. ob cau. l. 3. §. j. & l. si pecuniam. in prin. & sic venditor potest pœnitere, & nolle rem recipere. tertia potest esse ratio vt æqualitas seruetur, qa fm hoc posset emptor resilire a ℨctu, &
4 nõ venditor, qui iã rem tradiderat. † Quærit glo. qũ res fuit tradita, quæ ex contuen. de discedendo, retradi debet, an dẽt emptor eodem ℨcio reuendere. Quidam q sic, & male, quia tunc essent duæ emptiones, & nõ vna resoluta, quod no. qa primo casu duæ soluerentur gabellæ. secundo no. Quæro ab extra, an ille distractus, & resolutio sit bo. fi. Dic, q sic, vt ff. de pac. l. ab emp. versi. ari stoni. ibi: qa bonæfidei &c. facit, quod no. §. de in integ. restit. l. de tutela, & est hoc vtile scire, qa si dolus daret cãm huic distractui,
5 ipse distractus esset ipso iure nullus, ut dixi §. ti. j. l. si dolo. † Itẽ quæro, quid si venditor nomine emptoris constituit se precario nõie
a possidere, vtrum solo cõsensu ipso iure ab sq; alio facto. Glo. formal istam q. in d. l. ab emptione. Et arguit glo. primo q non, quia per constitutum res dicitur tradita, vt ff. de rei ven. l. quædam, & de acqui. poss. l. quod in eo. & ff. de præca. l. & habet. §. cum. & sic solo consensu sine retraditione non dissoluitur, vt hic. Item quia per tale constitutum est liberatus uẽditor ab actio. ex empto, ex quo res tradita dicitur, ut no. in auth. sacramẽta §. si aduer. ven. & per consequens contractus non est integer. l. cũ emptor. ff. de rei
6 ven. † In contra. arguit ibi glo. ex eo, quia actus contrarius retro priori similis uidetur interuenisse, quia ex quo res erat apud vẽditorem, tacite per conuentionem, vt ab empt. discedatur, uidetur actum, ut a precario tanquam ei cõsecutiuum recedatur, ut ff. de rescin. ven. l. 3. Item quia ex quo res est pœnes vẽditorem & per distractũ superuenit ei causa possidendi, res ei tradita uidetur, & amodo incipit sibi possidere. ff. de rei ven. l. quædam mulier, & instit. de re. diui. §. interdũ Itẽ dicit ibi in glo. hoc ℘firmari ex eo, qa sicut per traditionẽ instrumenti dr̃ res tradi, vt ℨ. de dona. l. j. sic per incisionem instrumenti dici debet res retradi, vt ℨriorum eadem sit disciplina. arg. j. de sen. pas. l. fi. Sed dixit gl. hoc ar. modicum ualere, quia adhuc ibi res est integra, qa sola incisio non est actus priori similis, vnde non habet vim retraditionis, & sic hoc arg. debet silere. Quid igitur dicendum? attende, quia glo. in d. l. ab emp. videtur primam partem tenere, quia dicit verũ actum retraditionis interuenire debere, quod fatetur Iac. But. vbi uerus actus prius interceſſit, qa ubi primus actus traditionis est verus, & secundus retradi. esset fictus non esset actus ℨrius retro priori similis ut requirit hæc. l. in fi. sed vbi primus fuit fictus, sufficit, q secũdus sit fictus, ideo ingr ipse, q si in themate nostro interuenit sola conuentio de abeundo a venditione, quod nõ sufficit. Si aũt plus interuenit, uidelicet ℨrium precarium emptoris, per q resoluatur precarium venditoris, tunc sufficit, & erit unus ℨctus resolutus, & non duo, quod no. ad gabellas soluẽdas, vt dixi. hęc, quæ dixi intellige vera, quando venditor tempore, quo cõstituit se precario nomine possidere, verè rem possidebat, aliàs si tunc nõ possidebat, licèt possessio postea ei superuenit, talis possessio non requirit ℨrium precarium emptoris ad dissolu. uenditionis. Et est ratio, quia precarium uenditoris non tenet, ex quo nõ possidebat, & sic nec tunc tradita potest dici, nec noua possessio sufficit, quia inter partes non fuit in ea consensum, & ideo nec possessio, nec dominium dicitur sine noua traditione translatum, & per consequens nec liberatio contingit uenditori, & hoc probãt in gl. ad hoc no. ff. de rei ven. l. si a Titio. in gl. fi. quod tene cordi. Quæro, an hæc in uenditione locum habeant in donatione. glo. in d. l. ab emp. dicit q sic. Sed Bal. hic subtilius loqtur. dicit enim, q si donatio esset facta per stipulationem, licèt res non esset tradita, non propterea nuda conuen. dissolui potest, quia actus non est retro priori similis, sed putat donatario agenti obstare exceptionẽ. Si uero solo pacto nudo esset facta, q hodie fieri põt p l. si quis argentum. j. de dona. tunc nudo pacto contrario tolleret ipso iure ciuilis, & naturalis obligatio, licut in uendi. ut in d. glo. Nec ob. qđ quidã uoluerunt dicere, q etiam isto casu non potest tolli ℨrio pacto, quia primum de donãdo est vestitum. l. auxilio, hoc fm ei ℨrium est simpliciter nudum, & sic primũ nõ dẽt tolli ipso iure. ar. eius, qđ de stipulatione dixi, qa rñ. q eo modo, quo est vestita donõ, eo mõ est vestita eius resolutio, & sic. l. auxilio. Vel fm opi. Iac. But. ex pacto dona. non nascitur actio, licèt pro-

pter pactum detur condictio ex. l. eo remanente nudo. Quærit hic Gal. an ex pacto de constituto. seu de precario per procurato rem quęratur dominium, & possessio. & tenet, quod sic, sed de hoc remitto ad ea, quæ dixi supra. per quas perso. l. j. in ulti. q. Vltimo adde, quæ dicam. in l. seq.

ADDITIO.

a Vtrum solo consensu discedatur ipso iure. Tu dic, ut dixi. in trac. clausularũ, in clau. contra. ver. constituit se precario nomine emptoris possidere.

LEX II.

1 *Arrharum datio, an faciat rem desinere integram esse, & nu. 3.*
2 *Contractus arrharum, an sit nominatus.*

Perfectam. Primo dictũ. Secũdo infert ad duplex q̃ssitum, uidelicet de datione arrharũ, & de solutione partis p̃cij, secũda. ibi, ergo. Nudo p̃sensu re integra ab emptione disceditur, & arrhæ datæ repetuntur, sed, quia parte p̃cij soluta res non est integra, ideo nudo consensu nõ recedit̃, sed
1 vt res tradat, agitur. h. d. † Not. q̃ datio arrharũ non facit desinere rẽ integram esse, sed partis precij solutio sic. Opp. tic, uenditio ẽt perfecta, cum res est tradita. ff. de actio. emp. l. si quis rem alienã. sed cum hic in prin. dicat, quod perfecta venditio nullo consensu dissoluitur, sequitur, q̃ re tradita solo consensu ab ea recedit̃. Sed contra dicitur. §. l. proxi. & hoc in fi. ergo, &c. Solue, ut in glo. j. q̃ perfectio est triplex, quia alia conuentionalis tantum, & hæc est conditionalis tantum, alia obligatiua, & hæc est venditio pura a prin. uel ex postfacto. Alia est acquisitiua, & hęc est re tradita, vel precio soluto. de primis duabus loquitur hæc. l. in princ. de tertia loquuntur contra. Oppo. secundo, q̃ copula posita ibi pacto, & consensu nõ stet bene, quia cum debeat copulare diuersa, vt no. super rubrica. ff. de in. & fa. igno. sequitur, q̃ in idem duorum cõsensus non sit pactum, q̃ est falsum. ff. de pa. l. j. §. j. Sol. exponẽdo literam, ut in gloss. 2. in princ. & declara per exempla, vt in ea. & no. eam in fin. dum dicit, q̃ si emptor facit pactum de non petendo a uenditore, quando res est integra intelligitur factum, & eℨ, quod venditor non peteret ab emptore. Quæro. j. qua act. arrhæ. recuperabuntur. dic, vt in gloss. Et attende, quia glo. explicite nullam actionem eligit de his. ideo dic, quod actio ex empto competit adiecta causa, quia venditio est distracta & datur ad restituendum, qñ dominium non est translatum, & ad reddendum, quando est translatum, & tunc competit etiam condi. sine cã: quia cã est finita, vel ad non cãm redacta, vt d. §. ergo, & nimirum, quia condi. sine causa est ẽt generalis, ut no. ff. de condictio. sine cã. l. j. Sed de condi. ob cãm est maius dubiũ, qa illa habet locũ in ℨctibus innominatis. † Et ideo reuocatur in dubium. an contra-
2 a ctus arrharum dicatur cõtractus nominatus, vel innominatus. a Et quidam dixerũt, q̃ est innominatus, quia datio arrharum idẽ est, quòd datio pignoris. Sed male dicunt, quia pignoris non trãsfertur dominium, sed arrharum sic. ff. de actio. emptio. Lexẽpto §. si quis uina. Aliqui idem dicentes allegarunt, quia elegans nomen habet, quia contractus arrharum vocatur. &, quia re contrahitur, vt mutuum, & depositum, & ita dixit Nic. de Ma. Sed truffa est, quia nominati non tam a nomine, quam a productione actionis suo nomini correspondentis cognoscuntur. l. iuris gẽtiũ, circa princ. ff. de pact. & patet in permutatione, quæ contractus est innominatus, sed ex contractu arrharũ nulla actio correspon
b dens eius nominis nascitur, b ideo cõtractus innominatus est dicẽdus. hoc igitur supposito dicendum est, q̃ potest etiam competere condi. ob cau. tanquam causa esset ex pœnitentia, ut l. 3. §. j. ff. de condi. ob cau. De act. uero præscri. uerb. dico non competere, quia illa datur ad implendum conuenta, saluo quãm si ex pacto de resoluendo, & de reddendo unus implesset ex parte sua, alter non, quia ut alter impleret, competere posset, ut no. j. de act. emp. l. ex arrhali. Ex his habes, q̃ arrharum transit dominium, si tradẽs est dominus, aliàs non datẽtur prædictæ condi. ut l. fi. ff. de
3 condi. ob cau. & instit. de ac. §. sic itaque. † Quæro. 2. quid si arrhæ sint datæ loco precij. & arrharum. Respon. glo. q̃ si sint in specie bus, adhuc res dicitur integra, quia loco precij nõ potest cedere. Sinautem sint in pecunia, tũc res non esset integra a pacto. ideo solo consensu non potest discedi. Et quod dixi in specie, idem di co in rebus immobilibus, quia & in illis arrhę possunt dari, licèt non reperiatur expressum, quia sufficit nõ esse prohibitum. arg. ff. ex qui cau. ma. l. ait prætor. §. sed quòd eis. Quæro. 3. quid in vltimo responso. huius. l. si ille cõuentus, excipiat de pacto, dicit gl. q̃ actor replicabit de dolo. Et hic attende, q̃ hæc replicatio doli est fundata super eo, quia de præsenti dolo facit excipere de pacto, cũ ex pacto de resoluendo, uel de rescindẽdo, uel de nõ petẽdo ex causa, & animo dissoluendi, ipso iure nõ cõpetat exceptio,

ut

ADDITIONES.

a Nominatus uel innominatus. Tu uide de hoc quæsito ultra ea, quæ not. hic Bald. nu. 2. uer. an arrharum. Bar. post gl. in lex. emptio. §. is qui uina. ff. de ac. emp. & Bal. plene in l. contractus. ad fin. §. de fide instr.
b Nulla actio correspondens eius nominis inuenitur. Adde in quantum loquitur de emphyteutico & feudali & uide Bar. in l. 1. infra, de iure emph. & in l. 1. j. de condi. ex lege.

vt probatur hic & not.in q. se. Quæro.5.nunquid in eo,quod solutum non est, habeat emptor exceptionem. Dic ꝙ non vt in gloss.& plenius dixi in l.præce.in 2.q.

¶ Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata. Tit. XLVI.

¶ Continua & declara verba rubricæ,vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Prædia fisco tacitè obligantur propter tributa.*
2 *Cessatum in solutione tributorum quanto tempore esse debeat.*

VEnditionem. Vēditio solēniter facta p fiscū ob cessa.tributorū non rescinditur per priorē dñm, nec per eius creditorē,h.d.† No.quod p̄dia sunt tacite fisco obligata a pp tributa.Op.ꝙ imo rescindat,ff. de rescin.ven.l.fundus.Solu. quod ibi minus iusto p̄cio vēdidit,hic iusto. Vel verius ibi reipublicæ non erat ex p̄cio satisfactum,hic sic. & sic fauore reipu. ne remaneat in dāno. Op.de l.fi.j.eo.& no.in l.si quo.s.ti.2.Sol.vt in gl.fi. videlicet, qđ debet intelligi in uenditione solenni,vt ibi.†Quæro cum glossa, quanto tempore debet esse cessatum in solutione tributorū? quidam per biennium,ad instar emphyteutæ, qui non soluit debitū canonem ecclesiæ, cum fiscus,& ecclesia parificentur vt l.fi.s. de sacrosan.eccle. Alii dixerunt, ꝙ statim, cum est cessatum,p hanc l.quæ simpliciter loquitur,& quia speciale est in pupillo, vt postquā cessauerit,audiatur vsq; ad 30.dies.l.imperatores.ff.de publi. Sed modicum facit,quia loquitur in professione rerum,ex quib. vectigal debet solui, quæ statim per portātes debent notificari, aliàs cadūt in commissum. Et idem dicendum est in eo, qui rem tributariam emit,vt statim accedat ad fiscum,& profiteat se eius tributarium esse:vt j.sine cen.vel reli.l.fi.Alii vt Petr. dixerunt ꝙ hoc tempus uelut indeterminatum relinquitur in iudicis arbitrio.arg.ff.de iure deliber.l.2. vnde poterit quē terminū uoluerit debitori assignare ad soluendum.arg. l. si debitori.ff.de iudi. Tu dic melius. Aut debitor fiscalis est certæ quātitatis debitor,& nō annuæ.Aut est debitor annuus.Primo casu.glo.in l.3. de iure fisci.lib.10.& est gl.4.dic.quod tunc idē in fisco, qđ in quolibet priuato l.fin.j.de iu.do.imperan.& nō aliter declarat. Sed attende, quia illa loquitur in pignore, quo casu dictum glo. vr̄ procedere p regulam,quę est,vt fiscus utatur iure priuati,nisi aliud caueat l. vt s.de petitio.hæredita.l.j.sed in rebus nō datis pignori, licèt sint hypothecatæ,tunc quia debito liquidato,vt j.eodem l.fin. fiscus solum debet vendere de bonis debitoris , quantum pro debito sufficit , statim cum transiuit tempus soluendi , quia dies eum interpellauit,pōt ei iudex præfigere tempus, quod ei placuerit, intra quod dēt soluisse.l.qui actuarij.j. de num.& act.lib.12.quo transacto,si non soluerit,possunt honeste detineri, sed non in carceribus reorum poni,vt j.de exactio.tribu. l. missi opinatores. li. 10.Vel si vult fiscus , potest loco cuiusdam primi decreti possessionem bonorum apprehendere, & postea nouum terminum ei statui facere ad soluendum, quo elapso ad vēdi.per modū subhastationis pōt procedi,vt s. tit.2.l. si quos,& s.si aduer.fi. l. edicto , & quod no.j.l.proxi.& hoc nisi l.municipalis aliter prouideret , quia illud seruatur: vt ff.quod vi aut clam.l.prohibere.§.plane,& ff.de priuileg.credito.l.antiochensiū.Secundo casu , qn̄ est debitor annuus:& tunc aut fiscus petit solū annui debiti solu.& idem dico,quod in præce.Aut petit rei transla.ex qua uel pp quam annuum debitū debetur,& tunc aut quærit in re locata, vel in emphi.data.& tunc si propter canonem non solutum , idem dico in fisco,quod in ecclesia,argumen.l.fi.s. de sacrosan.eccle. & hic in j.solu.gl.Si autem,quia agrum deserit & incultum dimittit, tunc p ses menses,si fuerit uocatus desertor, & nō venerit:aliàs si non fuit uocatus,expectatur lapsus biennij,vt j.de om.agr.deser. l. q agros,& l.locorum,in prin.li.11.Aut quæritur in re tributaria , q̄ fiscus propter tributum nō solutum vult ad se aduocare,vel alteri concedere , & tunc arguendo de canone ab emphyteuta non soluto ad hūc canonem,videtur,quod habeat biēnium,vt in hac glossa.Sed quibusdam videtur verius , ꝙ a die,quo fuit cessatum habet.6.menses,& hoc probatur in l.obsistere. j. de anno.& tribu.vbi si anno.reuoluto,& sic a tempore,quo debuerūt soluere , transeant.6. menses, dominus prædiorum exigit a fisco, & ipse dñs potest ab emphi.& fructuario,qui tenebatur soluere,rem aduocare,quia non soluendo intra illos.6. mēses priuatur iure suo , vt ibi in vna lect.quam ponit gloss.fina.quam ibi tenet Barto. pro meliori. Et si dicas , ibi non priuatur dominus.respon.ꝙ ad eum nō spectabat immediate onus tributorum, sed ad emph.vel fructuarium.sufficit ergo. ꝙ ille,ad quem onus immediate spectat, non soluat intra sex menses a die cessationis,vt priuetur iure suo. Si tamē velis præcedentem defendere,potes dicere,ꝙ nos quærimus de translatione fienda in fiscū,ibi in priuatum,qui pro illis soluere fuit grauatus.Sed non uidetur mihi defensio tuta,quia ille soluens vr̄ loco fisci succedere, quia nisi fiscus per lapsum illorum.6.mensium aduocare rem posset, sequeretur,ꝙ res non cecidisset in cōmissum,quia non refert,quis soluerit:vt s.pro so.l.cū proponas.hoc satis puto procedere supposita illa lectu.pro vera, in dicta.l.obsistere.Sed mihi vr̄ non conuenire illi literæ , quę nō de venditione p̄dij,sed de exactione soluti loquitur. Ideo sto cū communi opin.quæ est, vt bienniū requiratur & est magis ęqua propter magnum præiudicium,quod generatur non soluenti,ut cadat a toto suo iure,vt in emphite. ecclesiæ & desertore agri tributarii, de quibus s.dixi.argum.l.fina.infra,de iure domin. impetran.quæ etiam in debitore biennium statuit.

ADDITIO.

a Obligata.An collectæ habeant bona tacite obligata. uide per.do. Soci. consi. 242.inc.in præsenti consultatione.uer.uidetur,ꝙ bona. in secunda parte.

LEX II.

1 *Vendere debent quibus exactionis non factæ periculum imminet.*

Si deserta. Venditio ob tributa non soluta solenniter facta non retractatur, secus si solenniter nō fuerit facta,quia quatenus de facto processit,reuocatur, citato ta
1 men possessore.hoc dicit.† No. quòd hi debent vendere,quibus imminet periculum exactionis non factę. No.etiam quòd præsidis autoritas requiritur, & alia notantur in l. si quos.s.tit.2.Not. singulariter,quòd in præiudicium possessoris etiam de facto possidentis & non de iure,non potest pronunciari, nec etiam possessio reuocari secundum Iacob. de Ra.& docto. Hinc dicit Innoc.
a quòd possessio etiam iniusta nemini est auferenda a extra,de maio.& obediē.cap.inter quatuor,& j.si p uim,vel ali.mo.l.fin.& j. de iure fisci.l. facultas.lib. x. & infra, de bon. va. l.fina.eodem lib. Et dicit Bald. quod iudex , qui fuit facilis in mittendo, debet esse facilis in reuocando,quod inordinatè fecit,vt ff. si mu.vent.nom. l.prima.§.hoc edictum.citata tamen parte,vt hic,quæ omnia no. quia sunt quotidiana.

ADDITIO.

a † Nemini est auferenda.Hoc est uerum sine causæ cognitione. ita per Bal. in l.ob maritorum.supra ne uxor pro mari.& in l.si pacto , quo pœnam.ff.de pact.& in l.meminerint.C.unde ui.Bal.in l.si maritus. j.de dona. inter ui. & uxor.& in rub.C.de suc.edicto.& C.de exce.rei iud.l.ordinem, & Bar.in l. uerum §.quod si minor,ff.de euic.Bal.in c.graue.extra,de of.ord.& in c.qa diuersitatem,& in c.cum in nostris.extra,de conce.præben. & Archi.in c. licèt episcopus,& ibi bo.tex.extra.de præben.li.6.

LEX III.

1 *Venditio sollennis fit bonorum debitoris fisci,& num.2.*

Si quis. Primo in maiore non soluente. secundo in minore.Tertio dubium remouet. secūda ibi, si autem.
1 tertia.ibi nihil.† Si debitor fisci conuentus,& conuictus cessauerit in solut.publicarum functionum, solennis venditio debet fieri eius bonorum, & si debitor sit minor, debet ditari, ut compareat cum defensore,qui etiam venditioni debet adesse.h. d. Not. practicam ibi conuento debitore &c. & declara , vt dixi in l. j.s. eōd.Item no.ibi subhasta.distracta.quod bona debitoris fisci maioris vel minoris debent subhastari,& quid requiratur, ut solen-
2 nis sit venditio vide gl.s.tit.2.l.si quos. † Sed hic quæri potest, qa text.iste loquitur, quando fundus venditur, quid si sit res mobilis.Dic quod si sit res in qua non cadit affectio,ut frumentum,cuius precium est certum, si vendatur in foro,tunc non est necessaria alia subhastatio,quia non potest esse collusio , vt not. s.de rescinden.vendi. l. 2.in fine gloss.magnæ.Si autem sint aliæ res,in q bus cadit affectio, vel frumentum , quod non venditur in foro , tunc vt fraus euitetur,debet fieri subhastatio.ff.de mino.l.& si fine.§.quæsitum.Item not.ex versic.si autem , quòd tutor pupilli vel curator adulti debet adesse vendi. & sic si non haberet tutorem vel curatorem,ei dari debet.Contra hoc opp.gloss. quòd solus iudex sufficit,vt ff.de mi.l.ait prætor.§.permittitur. Sol. quòd ibi in solutione fienda minori,hic in venditione fienda de re minoris,& ideo maior solennitas requiritur, quia hic de abdicādo , ibi de acquirendo tractatur.Quare hic attende,quòd ista glo.sentit,ꝙ tutor uel curator debet autorari venditioni,ex quo dicit Iacob.de Are.quòd sequitur,quòd vēditio fieri non poterit eo nolente autorari,cum eius autoritas debet esse spontanea, nō coacta,vt ff.de autorita.tut.l.j.in fin.quod non est dicendum. Item sequeretur,quòd vbicunque condemnatur minor, & pignus capitur in causam iudicati,& possessio uenditur,quod necesse sit tutorem autorari, quod est contra communem obseruantiam. Vnde intelligit ipse illum text. ut debet adesse vendi. idest negocio, propter quod fit venditio, quia denunciari ei debet, ut soluat.ff. de verbo.obligatio.l.si ex legati causa,& ff.vt in po.leg.l. is cui §. cessatum . hoc idem sequitur Bald. quia autoritas est præstanda pupillo,vel adulto aliquid facienti, sed hoc nihil facit, sed omittit,& sic non potest autoritas præstari,quia non habens autoritatem non recepit. hoc etiam mihi placet, sed non videtur mihi, quod sufficienter respondeatur huic literæ,ideo altero de 2. modis respondeo,uno ut adsit uenditioni, scilicet ne fiat soluendo , vel causas legitimas ne fiat opponendo.alio modo ut adsit, idest præsens sit uenditioni. subhastationi, & alijs actibus vt uideat , quod collusio non committatur , vt etiam impediat committi , non quòd autoretur. Præcedens magis placet propter verbum , defensionis.

¶ Sine

¶ Sine censu vel reliquis fundum compari non possit. Tit. XLVII.

¶ Continua quia in aliena.rerum,ex quibus debentur census,& tributa apponuntur pacta super eorum solutionibus, ideo ponitur ista rub.post præcedentem. Quæro, quæ differentia est inter censum & reliquum:dic vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Actio ex pacto competere desinit interesse desinente.*

EX conuentione. Pactum de tributis soluendis per mulierem ex re dotali euanescit sol.mat.re mu-
1 lieri restituta.h.d.† No.ꝙ desinente interesse,desinit actio ex pacto competere,vt in glo. Opp. ꝯ 2.partem de.l.ex cōuentione,in fi.s. de pac. Sol. vt in gl.& tene sol.Io.Quærit Bal.an statim sol.ma.res desinat es-
a se dotalis a & dicit ipse , quod non,antequam res restituatur mulieri,ideo res dotalis nuncupatur,& per act.de dote petitur ut j. sol.ma.l.dotis,& ff.in eo.ti.si quis ignorās,& etiam priuilegia dotis retinet,ideo alienari nō potest ff. de test.mi.l. dotale,& ibi no. post restitutionem vero hæc omnia cessant. ut hic Saly.

ADDITIO.

a Desinat res esse dotalis.Adde Bal.in l.si prædium,in fi.j. de iure do. no. in c.fi. in fi.ff.de fundo dota.Quid autem in patre filię,an possint alienare fundum dotale soluto matrimonio per mortem uiri, uide gloss. Cy.& Bal.in l.quoties res.j.de iure do. Imo.in l.cum uir.ff. de usuca. & in l.cum pater.§.qui dotalem ff.solu.matrimo.

LEX II.

1 *Onus tributorum reale dicitur rem ipsam afficiens & concomittans.*

Rei annonariæ. Emens fundum a priuato ea.l. ne soluat tributū, vel cēsum, fisco tenetur nedū ad futura , sed etiam ad præterita & pactum fisco nō
1 præiudicat.h.d.† No.ꝙ onus tributorum,& cēsus est reale, ideo afficit rem,& ipsam concomitatur,vt hic in fi. Item no. ibi fundi comparati,& ibi eiusdem possessionis, ꝙ emptor non tenetur nisi pro collectis impositis venditori ratione possessionis,quā emit & non pro impositis ratione aliarum possessionum quas non emit sm̄ Bar.& l.pen.& ibi dixi.j.de predi.nauic.li.11. Querit gl. an inter ipsos seruetur pactum.& dic,ꝙ sic,sed non agitur nisi solutione facta,vt ff.de pac.l.episcopalia.§. pactum sed Nic. de Ma. dixit,ꝙ inter creditorem & debitorem valet vt in contra.non inter venditorem,& emptorem, vt hic in fi. quasi hæc.l.ei resistat , & sic pactū sit ꝯ l. ideo nō valet, vt s.de legi.l.non dubium,& de pac.l.pacta. Sed trussa est,quia ratio diuersa apparere nō potest. hic ergo loquitur respectu fisci,& quantum ad effectum.

AVTHENTICA.

1 *Prædia tributaria vendi non possunt,nec etiam in ecclesiam alienari.*

1 Sed & periculum. Hæc est notabilis authen. h. dicit. † Prædia tributaria nō possunt uendi sine decreto . ideo iudex debet diligenter examinare,an emptor sit idoneus, & soluēdo , & si reperit eum minus idoneum,non debet autorari,nisi uēditor in se suscipiat onus tributorum.h.d.& notabiliter.Et per eam dicit Bar.in l.incola.la.2. ff. ad mu. ꝙ res in æstimo positæ non possunt prætextu alicuius alienationis de æstimo eleuari, nisi ponantur in æstimo alterius
2 idonei,& talis,q ad solutionē collectarū possit cogi . † Et ex hoc infert Bal.ꝙ in ecclesia non possent alienari,cum ad collectas nō teneat,vt s.de epis.& cle. authe. item nulla.Vel si possunt,de ęstimo vēditoris nunquam auferentur,& hoc fatetur verum, nisi ecclesia sibi faceret æstimum, quia tunc tenebitur ex promisso, & ex ꝯsensu suo,& pro hoc inducit,q̄ no.Inn.extra, de immu.ec.c. cū nō minus, & tunc p laicos cogēt non tā clericus q̄ res ipsa , ut ita dixerim vt ipse Inn.no.extra,de fo.ꝯpe.c.postulasti. Similiter , & colonus illius possessionis,ut fructus agri vendant , & soluant ut ipse Inno.no.in d.c.cum non minus.secundum Bal.

LEX III.

1 *Possessores ad onera realia tenentur,& nu.2.*
3 *Prædia italica an sint tributaria.*
4 *Præsentationes publicæ quæ dicantur,& quæ tributa.*
5 *Munerum species multæ sunt,& quæ.*

a Omnes. a Possessores prædiorum tenentur ad tributa, & publicas pensitationes non obstante cōuentione contraria cum suo autore inita , licet possessio noui possesso-
1 ris non sit iterum facta. hoc dicit , secundum unam lect. † Nota quòd possessores tenentur soluere onera realia , & hæc est regula.Item publicas pensitationes, quæ quandoque non sunt onera mere realia , sed propter res imposita, vt infra dicam. Item nota quòd pactum priuatorum non præiudicat rei publicæ. Item collige,quòd ille,qui fundum possidet, debet soluere collectas pro libra,& æstimo fundi , licèt fundus non sit in eius æstimo descriptus,quantuncunque alii sit scriptus,& hoc vult gl.pen. & Bart. Item no. quod succedens in fundo tributario , vel aliter pensitario,debet occurrere ad professionem faciendam rei publicæ, & sic domino,vt dixi supra tit.j.l.j.Opp.j.de censi.l.si. libro 11.Solu. ibi a procuratore fisci emit,quo casu tenetur pro tempore futuro,non præterito:hic emit a priuato,quo casu tenetur,& pro pręterito,& pro futuro tempore . Et est ratio quia fiscus preciū hēt
2 in primo casu,quod sibi computat in debito.†Opp.ꝙ etiam non possidens cogatur soluere.ff.de legat.j.l.apud Iul.§.hæres. So.ibi cogitur hęres a legatario possessore , qui tenetur fisco,vt hic. nā hęres tenetur rem obligatam liberare , & legatario liberam soluere,vt ff.de leg.l.si res obligata.& hoc vult gl.tit. Oppo.ꝙ pactū valeat.ff.de pac.l.episcopalia.§.pactum.sol.ut in glo.3.& uide qđ
3 dixi.s.eo.l.2.& serua hodie auth.sed periculum. † Quæro cū gl. j. an p̄dia italica sint tributaria . Et quidam, quod sic per l. q̄ gñaliter loquit.scđo p tex.insti.de re.diui.§.p traditionē.ubi dr̄, ꝙ inter italica & prouincialia p̄dia nulla est dña.pro istis facit l. 3.j.de anno.& tribu l.omnes omnino.li.10.Sed gl.determinat in ꝯriū. Primo p l.de his.s.de episco.& cleri.ubi casus, ꝙ soli prouinciales tenent ad tributa,scđo probat ex eo,qa quibusdā prouinciis ius italicū est ꝯcessum,ut ff.de cens.& sic ne sint sub tributaria , igit in cæteris remanet in ꝯ.ius cōe.Non obst.§.per traditionē,qa loquitur quo ad aliena,non quo ad alia. hinc est qđ ibi prouincialia appellat tm̄ tributaria,& sic potius facit pro,quā ꝯ. sic & aliàs æquiparantur prouincialia,& italica quo ad usuca.vt j.de vsuca. trāsl.l. j.§.fi.Non ob.hæc.l.in ver.omnes,qa restringi dēt ad eos, qui prędia tributaria possidēt. Sic, & aliàs verbū generale restringit, vt patet p multa exempla,quæ ponit glo.hæc est veritas.Vel potes ēt dicere,ꝙ ista dictio,oēs,de p̄sonis loquit , & pro eis supponit, non de p̄diis.& ideo & italici, q possidēt in prouinciis,p̄dia tributaria,debent soluere.Non ob.d.l.oēs,j.de anno.& tribu.lib.x.qa ibi illud uerbū,oēs,restringit ad possidētes p̄dia in prouincia . ut
4 ibi ex fi.colligitur,& ibi no.†Quęro ab extra,q̄ dicantur pensitationes publicæ,q̄ tributa.Rñ.ꝙ pensitationes idem sunt,quod solutiones,& ideò hoc uocabulū,est magis generale, q̄ tributum , loquor quantum ad intellectum legum,nam latissime sumendo omne quod tribuitur, ex quacunque causa tribuatur, tributū potest nuncupari.Et ita latissime sumendo ista nomina possunt dici sinonima,sed sumendo strictius tributum non est id,quod iure emphytheutico deberetur fisco, & tamen est publica pensita-
5 tio . † Vnde pro istis declarandis dico , ꝙ munerum multæ sunt
b species,b nam alia sunt merè & ex toto personalia,vt sunt ea,quę indicuntur personis propter personam,& consistunt in labore p̄sonæ,& de istis nihil ad propositum nostrum. Quędam sunt munera mere realia,sic dicta,quia imponuntur rei propter ipsam rē, & ideo ipsam rem, & eius possessorem ꝯcomitātur,& ista tributa nuncupantur.& inde prædia tributaria dicta sunt.Quædā sunt mixta,quia in labore personæ consistunt,& in rebus,ut quòd qs uadit cum plaustro,& bobus , vel cū asino ad exercitū, vel quod rusticus conducat lapides ad castrum , & nihil de istis ad nostrū propositum.Quædam sunt,quæ neutrum prædictorum sunt, licèt in rebus consistant,& istorum aliqua inducuntur personæ,& propter personam , & non ut persona laboret, sed ut soluat pro persona,puta unum solidum annuatim pro quolibet, & hæc capitatio uocatur,ut s.de sac.san.eccle.l. sacrosancta , & de isto potest loqui s.tit.j.l.fi.Alia inducuntur personæ non propter personam,sed propter res ab ea possessas.vt sunt collectæ, & hoc munus quandoq; censetur ordinarium,quandoq; extraordinarium. Ordinarium est, quando præcedit l. vel prouisio generalis, ꝙ singulis mensibus vel semestribus uel annis, unusquisque a libera . seu æstimat . soluat unum solidum pro libra , tunc quia tractum habet successiuum, & relatum , & non concernit præsens tēpus tantum: munus ordinarium est, sicut quando prouinciales soluebant aurū vel ferrum,de quo no.super.rub.j.de indict.lib.10.& si huic solido annuatim soluēdo adijcerentur duo denarii singulis temporibus cū solido soluēdi,ista additio uocat superindictū, & qa regulariter , & toties præstatur , quoties id, cui adijcitur.ideo hic superindictū ordinarium vocatur,ut j.de indic.l. j. lib. 10.ubi casus.Extraordinarium est,quando eius impositio nō fit ex prouisione vel l.gñali,seu regulari.nec ob cām ordinariā, & successiuā,sed ob aliquā cām extraordinariā occurrētē. puta ut fiāt hastiludia,qa natus est filius principis.Vel imponit collecta,ut soluat istis

ADDITIONES.

a ¶Omnes.Adde do.Soci.consi.217.inci.circa hāc quæstio.uer.8.in simili.in 2. parte,ꝙ possessor licet bona sint descripta uni in æstimo,tamen tenetur ad tributa & onera,quia onus fructuum ex re ipsa spectat ad eū . adde ꝙ possessores percipientes fructus non solum tenentur ad collectas pro tempore,quo retinerent , sed etiam ad collectas præteritas non solutas per anteriores possessores ut per præfa.d.Soc.in d.consi.uersicul.10. confirmatur.

b Multæ sunt species.Munera realia,& mixta quæ dicantur, & quibus, & pro quibus imponant,in Spe.de cēsi.§.2.uer.qua aut.& se & per Cy.in l.uoluntariæ j.q.1.de excu.tu.& in ru.de mu.pat.& in l.rescriptū §.fi.ff.de mu. & ho. gl.in l.inductiones.j.de anno.& tri.li.10.Bar.in l.1.de mu. & l quo lo.li.10. & Car.in cle.1.17.q.de uita & hon.cle.Et adde d.Soc. consi.129.inci.præstātissimi iuris,uer.circa primum primo, in prima parte,ꝙ collecta seu munera mixta,quæ imponuntur personæ pro rebus,an teneatur quis subire in loco proprię originis uel paternæ,licet alterius loci officiatur incola,& q̄ collectę sunt, quæ imponi debent per capita secundum dispositionem iuris, uide per præfa.d.Soc.in d.consi.in uer.3.principaliter ibi nam onera, & adde quod collecta,quando imponitur ab eo,qui habet iurisdictionem uniformem in loco a principe,debet quis soluere pro rebus,quas hab.t ubiq;, ut per præfa. d. Soci.in d.consi. & in d.uer.circa primum,primo, in fi.cum uersic.sequenti.

istis socialibus,& latrunculis,ne ueniant ad damna inferenda vel similem causam momentaneam, quæ reiterationem non concernit.Et per istum modum debet intelligi gloss. quæ dicit collectam esse munus extraordinarium,in l.rescripto.§. finali.ff. de muneri.& hono.& in l. placet. supra. de sacrosanct. eccle. Modo ad q.respondendo,ista omnia,quæ ordinarie reipublicę debent, pensitationes publicæ nuncupantur.& idem ex emphi.debeantur.Tributa autem non sunt,quæ ex prædijs debentur,uel ex capitationibus,uel quæ a nō singulis personis.sed a ciuitatibus, vel a principibus debentur cesari,siue in auro,siue in speciebus, in signum subiectionis, quæ etiā census vulgo nuncupantur. Et, an ecclesia teneatur ad ista. vide, quæ scripsi.in dicta leg. placet.

¶ De periculo & commodo rei venditæ. Tit.XLVIII.

1 *Periculum rei multiplex.*

Continua rubricam ad præcedentia,ut in glo.Et de periculo, & commodo simul subiungit in rubrica,propter regulam, quæ est vt ad eum spectet commodum,quē sequitur periculum, & econtra,vt.j.de fur.l.manifestissimi.§. cum in secunda. & de re iudicata.l.secundum naturā.& ff.de iureiurand.l.eum qui. in principio.
1 & probatur.j. eod. l.j. in principio. † Et pro euidentia dicendorum dic,quòd interdum quæritur de periculo rei in dotem datæ & recurre ad l.si inter virum j.de iure dotium,& ad l.æstimatæ ff.solu.matrimonio.Interdum de periculo rei locatæ, & recurre ad l.si uero.§.cum quidam.ff.lo.Interdum rei emptæ,& tunc locum habet iste titulus.Pro cuius summa attende, quia aut quæritur de periculo euictionis,& dic vt infra.l.i.2.responso. Aut de periculo deteriorationis vel peremptionis, & tunc aut res est vendita ad pondus vel mensuram:& dic vt j.l.2.& j.tit.j.l.sicut. Aut est vendita ut species, & tunc aut uenditio est conditionalis, & dic vt infra l. penultim. Aut est pura, & dic etiam, vt ibidem, & in l. finali.Aut quæritur de eius commodo, & dic vt infra.l.1.in principio,& quod ibi notat.

LEX PRIMA.

1 *Periculum euictionis quando spectet ad venditorem.*
2 *Venditio quando perfecta dicatur.*
3 *Commodum rei an semper spectet ad emptorem.*
4 *Venditor an & quando de euictione teneatur.*
5 *Denunciatio an debeat fieri scienti.*
6 *Denunciatio quo tempore fieri debeat.*
7 *Periculum rei ad quem spectet,si ratione possessionis euincatur.*
8 *Pactum emptoris cum uenditore ne teneatur de euictione,an valeat.*
9 *Sententia contra absentem lata quare de euictione ipsum agere non sinit.*

Post perfectam. Primo dictū. Secundo tollit eius obiectum.secūda ibi: autor: Emptione perfecta rei periculum vel incommodum spectat ad emptorem:nisi ex causa antecedenti res sit euicta p̄cedente denunciatione legitima.hoc dicit.Not.
1 primam regulam hic in princip.positam.† Item no. quòd periculum euictionis ex causa antecedente contractum spectat ad venditorem.Item not.quod emptor vt agat de euictione, debet denunciare venditori,vt adsit defensioni causæ, & sic not. formam denunciandi,de qua.j.dicam.Item not. quod sententia lata contra absentem præsumitur potius ob contumaciam, quàm quia non foueat iustam causam.ideo tunc non agit de euictio. vt hic,
2 & in l.si ideo.ff.de euictio.† Opp.tex. dicit, quòd post perfectam &c. & alibi dicitur, quòd venditio est perfecta, quando res est tradita,vt ff.de actio.emp.l.si quis alienam, ergo hic innuere videtur,quòd demum re tradita periculum sit emptoris,& non ante,quod est falsum:vt l.necessario.§.j.ff.eod. Solu. vt vult.j.glo.videlicet,quòd uenditio dicitur perfecta,quo ad rei acquisitionem per rei traditionem, vt in contra. sed etiam ante, quo ad dissolutio.dicitur perfecta, vt s̄. quando li. ab emp. dis.l.j.Sed de his hic non loquitur,sed de perfectione alio respectu,puta periculi & incommodi ipsius rei.Et hic attende,quòd licèt gl.dicat,quod conditionalis est perfecta, ne ab ea posset abiri, tamen quantum ad periculum gloss.hic non declarat,sed ego dicam.j.eodem l.cum
3 speciem,vbi cadit.† Oppo. 2. quod non omne commodum spectet ad emptorem, vt dicit hæc litera. vnde videtur obstare.ff.de actio.empti. l. Iulia. §.fina.cum l.sequen.Solu.vt glos. 2. quia aut quæritur de commodo adueniēte post emptionem,& istud spectat ad emptorem,vt hic.Aut de eo quod erat tempore emptionis,& tunc distingue prædium urbanum a rustico.nam quędam veniunt in uenditione vnius, quæ non in alterius,ut d.l.Iul.§.fin. cum l.sequen. vsque ad l.ueteres, & in l.si venditor. in princip.& §.firmus,& in illis ll.huius secundi habes exempla. Sed si quęris exempla commodi postea aduenientis,gloss. hic ponit 6.exempla,sed primum de alluuione non est sic simpliciter expeditum. Ideo dic,q interdum fundus uenditur ad mensuram, & pro qualibet mensura precium est conuentum & tunc commodum alluuionis obuenientis ante mensuram cedit uenditori.ff. de contrahen.emptio.l.quod sæpe.§.in his & d. l.Iulia.§.si Titius.secundum unam lectu. Aut uenditur ad mensuram sed pro qualibet mensura precium non est conuentum,sed pro toto prędio,quod est tot mensurarum,conuentum est vnum precium.& tūc commodum alluuionis est emptoris,vt d.§.in his,& d. §. si Titius. secundum aliam lec. Aut uenditur simpliciter non facta mentione de aliqua mensura,& tunc etiam est emptoris.ff.eo.l.id q, & hoc etiam tenet Bar.in d.§.si Titius. Alia exempla gl.stant bene. Sed adde, & aliud,puta si rei æstimatio creuit siue ex aliqua causa extrinseca,ut s̄.de rei vendica.l.si volunta.siue ex aliqua extrinseca,vt quia seruitus rei cessauit,unde plus nunc valet.ff. cod.l.habitationem.in prin.de pœna autem ex compromisso,q̄ venditor ante traditionem est consecutus,vidi dubitari. sed dic illa venditoris,& non emptoris commodo cedere, quia illa non ex re prouenit,sed ex contēptu.ff.de bo.autorita.iudic. poss.l.prætor ait.§. quod de fructibus.Ideo non est emptori restituenda, vt ff.de hæreditate vendit.l.venditor ex hæredi. §. sed hic in re singulari, & ff.ad legem Falcidiam.l.hæres.Opponitur tertio, quod incōmodum non statim spectet ad emptorem,vt ff.eod.l.si vēdita. & no. in eo.titu.l.necessario.Solu.confitendo vt in glo.2.in fine.de alio dicam.j.eo.l.cum speciem, vbi glossa aliqua dicit de notatis in d.
4 l.necessario. † Oppo. 4.q venditor non teneatur,de euictione,ut infra pro quibus cau. ser.pro prem. lib.accip.per totum,& inf.de ędi.actio.l.si apud.Solutio q ibi, quando ex causa sequenti paratur causa euictio. non quando ex causa antecedenti, ut quia animal vēditum tempore venditionis est alienum,vel alteri obligatum,vel vitiosum,vt in glo.antepenultim. Oppo. 5.quod licèt emptor non denunciauit,tamen de euictio.agat l. si victum. §. finali ff. de eui. Solutio quòd ibi quando insidiis uenditoris denunciatio impedita fuit,unde pro facta habetur. Oppo. 6.ad idem de l. Herennius.ff. de euictio.Solutio,quòd ibi per pactum fuit remissa necessitas denunciandi, quod not. quia remitti potest, ut ibi. Oppon. 7.quòd etiam si sit denunciatum,non teneatur de euict. ff.de euict.l.si dictum.§.si ex compromisso.Solu. quod ibi sententia est lata ex compromisso ab arbitro, quæ propriè non est sentētia,ut s̄.de arbi.l.j.& etiam pars est in culpa se compromittendo. Et adde, quod ibi not. & ideo dixit Bar.quòd illud habet locum in compromisso uoluntario, non necessario, quia tunc non est emptor in culpa. Item illius arbitri sententia est sententia,quia loco iudicis succedit,vt supra de iudi.l.penultim.Quod fatetur Bal. si uenditor ad eligendum arbitrum fuit citatus, quia sua interest. argumen.ff.de in diem adiecti.l. necesse. &, quia ab arbitro dependet status quæstionis.ideo in eius electione debet multa pru
5 dentia interuenire.† Quæro ab extra,an sit necesse, vt scienti denuncietur.gl.prima.ff.de euictio.l.emptor fundi.tenet, qđ non,licèt dicat cautius esse,vt denuncietur,argu.ff. de adul.l.denunciasse.& tam antiqui,quàm Dyn.& Cy.tenuerunt, quod demū non est necessaria:quia certus non est certiorandus. ff.de actio. empt. l.j.in fi.& extra,de reg.iur.c.eum qui certus,& ibi per Dy. sed Io. And.in addi.super Spe. de emp.& ven.§.fin.quasi admiratiue dicit istā opi. nō bonam ex eo, quia ll.simplicem denunciationem non requirunt, quia cum tunc finis denunciationis sit solum certiorare,certus non est amplius certiorandus. sed vbi eius finis nō stet in certiora.sola,sed in reqsitione,vt aliquid agat, tunc scienti denunciatio,& requisitio secundum formam scriptam est facienda,vt l.denunciasse.ff.de adul.ita est in proposito, quia ll. volunt, vt ueniat causam defensurus,seu ut adsit eius defensioni,ut patet hic in litera,& j.de euic.l.si parētes,& ff.de procu. l.qui absentē, & de iudic.l.vēditor,& de euict.l.si rem quam,igitur sciens est requirendus.Istam opin.est postea secutus Bart. facit,quòd no.in l. nomen.infra, quæ res pign. ob.po. Superuenit Baldus, & dicit, quod si uenditor sciuit ab alio, q̄ ab emptore, tunc talis scientia non sufficit,ut teneat̄ de euic.nisi emptor esset minor, vel ecclesia,quibus mora committitur irregularis, ut supra.quibus causis re.in integr.non est ne.l.in minorum.Vel nisi venditor habeat instrumenta, per quæ emptor potest vincere causam, & non notificat ea emptori.ar.ff.de act.emp.l.Iul.§.idē Iul.& l.Titius.Vel nisi sciens vēdidit rem alienam,& tunc non conueniret tam ratione euict.quàm ratione doli,vt ff.de actio. empti. l. seruus quem §. si sciens.Vbi autem sciuit ab emptore, tunc esto,quod nō sit requisitus, ut ueniat defensurus causam, nihilominus dicit uēditorem teneri de euict. quia in denunciatione non requiritur conclusio, sed simplex denunciatio sufficit, ut patet in muliere simpliciter denūciante se prægnantē esse,vt ff.de lib.agnos.l.prima §.primo. Ad hunc enim finem debet fieri denūciatio.ideo posito hoc antecedenti,sequitur consequens necessarium.l.illud.ff.de actio.hęredi. Sinautem denunciatio fieret cum requisitione supradicta, fatetur cautius esse & rem indubitatam esse. Et attende,quia nō est uis an requirat̄ simpliciter,ut adsit defensurus causam,non adiecto, si uelis, uel cum, aut quando,uelis,ut probatur ex no. per
6 glossam ff. de actio emptio. l.emptorem §.primo. † Quæro quo tēpore deberet fieri ista denunciatio. Dic omni tempore, dum modo non nimis prope sententiam, ut fl. de euiction. l. si rem quam.§. finali, & ibi glossa, quæ intelligit tali tempore, quòd probationes fieri possint, subaudi,& exceptio.oppon. per uenditorem,

torem,& idem no.in l.emptor.j.de euic. Quæro.5. qđ si in causa principali non denunciauit, sed vult denunciare in causa appellationis.Dicit glo.in d.l.si rem.q potest,dum modo omnia integra sint actori.ar.in l.3.ff.de opti.lega.& pro hoc accedat. ff.de actio. emp.l. si in lege.§. colonus, & quod no. Cy.in l. si ea.j.qui accu.
7 non pos.† Quæro.4.quid si res non euincatur [a] ratione dominij,
a sed possessionis. Dic q periculum est vēditoris,sed bene est verū q contra eum non agitur, quasi res seu possessio sit euicta, ideo ad duplū non tenet̄ euict.nomine,etiam si sit promissum,sed agitur ex empto ad interesse,quasi re nō tradita.vt l.ratio.in princ.ff. de actio.emp.& ibi gl.& hac ratione in hoc interesse non veniūt sumptus litis, imo, & si per instrumentum uēditor promisit reficere sumptus litis, qa talis permissio intelligitur facta re euicta rōne proprietatis vt no.in l.venditores.ff.de verb. obl.sequitur q re euicta ratione nudæ possessionis tales sumptus ex promissione non debentur secundum Bar.in d.l.ratio. Et ideo cautela est, vt emptor stipuletur de euic.tā proprietatis, quàm possessionis,
8 & de sumptu vtriusq; litis.† Quæro.5. emptor pepigit cum vendi
b tore,ne teneatur de euictione,an ualet pactum? [b] rñ. Bald. q sic propter regulam l.si quis in conscribendo.s̄.de pac. præterquā in tribus casibus,primus est si vēditor fuit in dolo, vt ff.de act.emp. l.j.in fin. & l. tenetur.§.fin.& l.emptorem.§.idem,& §.denique. & §.qui autem,in fin.Verum in isto casu oportet,q in libello fiat mētio de hoc dolo,alias libellus non concluderet, vt §.denique. secūdus est si venditor, vel eius hæres euincat. vt d.l.emptorem, §.qui autem. Ex his duobus casibus agitur ex empto ad interesse.Tertius est,si alius euincit, & isto casu ad solum precium agit̄, vt d.§.qui autem. non.n.tale pactum excludit, quominus re euicta agatur ad precium vt ibi. nisi sit expressum, q de precio non teneatur,vt notabiliter dicit gl.in d.§.qui autem,vt ibi per Bar.Itē nisi respectu certæ causæ dixerit se nolle teneri de euictione, qa tunc illa secuta non tenetur ad precium, ut legitur & not. ff. de
9 euic.l.qui libertatis,quod no.secundum Bal. † Sed vltimo quæro cum glo. fi. quare sententia lata contra absentem nō finit ipsum agere de euic.respon.gl.quia ob eius contumaciam præsumitur lata,non quia non foueat bonam causam.Sed hic attende, quia si omnia egit vsque ad tempus ferendæ sentētiæ, licèt citatus ad sententiam audiendā non venit, dico eum non prohiberi agere de euic.Et ideo hunc tex. & similes de anteriori absentia intelligo,præterquam si defensio causæ videtur omissa & ita videt̄ mihi de mente tex. in l.si ideo.ff.de euict.Et aliter dicere est irrationabile & probatur hoc in tex.ff.de inoffi.test.l.qui repudiantis.§. fi.licèt glo.ibi sentiat contra & destruat illum tex. Bar.de Sali.

ADDITIONES.

a Quid si res non euincatur. Adde Soci.cons.119.inci.in causa tacita.uersi.postremo defendi potest eum se.in 2.parte,ubi hoc idem allegat & tenet.
b † An ualet pactum.Tu uide de hoc quæsito ultra ea,quæ no.hic Bal.nu. 9. & 10.utrobique in apo.ad ipsum Bal.in l. si dubitatur j.de eui.& Bar.in l.emptor.§.j.ff.de act. empr.

LEX II.

1 *Vnum quot modis vendi possit.*
2 *Venditio an sit imperfecta ante traditionem.*
3 *Clauium traditio quid operetur.*

Cum conuenit. Primo, cum uinum venditur ad mensuram & per mensuras appreciatur.Secundo cum venditur vt corpus. Tertio prædicta extendit.Secūda ibi cum autem.Tertia ibi, hæc omnia: Vini ad mēsuram uenditi periculum contingens ante mensurationem non morosam spectat ad venditorem.Venditi vero vt corpus,vel spe
a cies periculum est emptoris,[a] quod obtinet in oleo frumento &
1 cæteris similibus.h.d.† No.quod vinū potest vendi vt quantitas, & vt corpus.sic,& pecunia pōt legari, vt quantitas & vt corpus, vt ff.de leg.j. l. si certos. Item not. q post moram ab emptore in mensurādo commissam periculum est emptoris,& sic mora trahit ad se periculum. Item no.q vini venditi in specie venditio est statim perfecta,ut hic,& no.s̄.eo.l.j.in glo. j. Item no. q clauibus pęnoris traditis,vinum habetur pro tradito. concor.l.clauibus.ff. de ꝯhen. empt. & hoc quando venditur in specie, ut hic non ad mensuram,ut hic in prin.Item no.q de liquaminibus ad arida,vt est frumentū,fit extensio,vbi est eadē rō & omnimoda similitu-
2 do.† Op.j.q ante traditionē vēditio non sit imperfecta,ut s̄.l.proxi.Sol.vt in gl.2.q hic est speciale,sed hæc solu.recipit declarationē a sequenti glo.ideo dubitat̄, quo ad quid imperfecta dicatur. Et quidā dixerunt, q imperfecta est quo ad periculum tm̄, non quo ad ꝯuen.nec substantiā obligationis. Alii, q est imperfecta ēt quo ad obligationē,quasi insit tacita conditio,si mēsuret. prima placet,qa tūc mora non ꝯmittet̄, quam iste tex.dicit ꝯmitti, & conditio mēsuræ inest respectu periculi,non respectu substan-
3 tiæ obligationis.† Op.2.q clauiū traditio sit necessaria,vt ff.de ꝯhen.emp.l.q sæpe.§.in his.Solu q quo ad periculū illud est verū, & tunc ad maiorem exagerat. verba ista ponuntur hic,sed traditā esse probat rē, & hoc inducit clauiū traditio.vt hic, & l. clauibus,de ꝯhen.emptio.quod dico uerum,nisi uinū in specie venditur.Sed ubi ad mensurā, nō propterea ante mensurā intelligitur traditū mensuraliter,vt est conuētū.vt ff.eo.l.j §. sed si nō sunt,& §.si dolū. Vlterius gl.remittit de ista materia ad no.ff.eo.l.j,i prin. quæ pro maiori parte gl repetit j.tit.j.l.sicut.Et ego ibi dicā,licèt melius stetisset hic.Sed ab extra.q̄ro,qđ in agro ad mēsurā vēdi-
b to,[b] & pone qđ in eo erāt fructus uirētes, & quasi maturi. De cōmodis dixi,s̄.l.j. de incōmodis, & periculis qñ simpl̄r est vēditus pro vno p̄cio,totū ēt si sit affirmatū esse tot iugerū, placet mihi, q dr̄ j.eo.l.pen.Sed qñ p̄cium est distributum p mēsurā seu p iugera,ut pro quolibet iugere.x.libras, & añ mensurā fructus eius quasi maturi perierūt tēpestate,& sic p̄diū est p iugere diminutū in una libra,an periculū hoc spectat ad emptorē, vel vēditorē.Et vr̄,qđ ad vēditorē,qa sicut ꝯmodū alluuionis isto casu spectat,vt i l.p̄cedēti dixi.ita,& hic incōmodū,vt i regula,s̄m naturā, de re. iu. In ꝯriū facit, qa si p̄ciū fuisset auctū incōmodū fuisset emptoris:ita hoc incōmodū domini.& hoc puto uerius.Nec ob p̄ce.rō, qa in ea.sp̄ē ꝯmodi, & incōmodi dēt augmētari,nō de diuersa. argum.l.naturaliter.§.nihil,de acqu.pos. & ideo sicut ꝯmodū alluuionis spectat isto casu ad uenditorē,ita detrimētum fundi procedens ex impetu fluminis,ut ff.eo.l.si in uenditi.§.primo.Saly.

ADDITIONES.

a Emptoris.Adde tex.& ibi Bar.in l.quod sæpe.§.in his,de cōtrahen.emp. quæ concludit,q in his, quæ uenduntur, ut species periculum pertinet ad emptorem,in illis uero rebus,quæ uenduntur & consistunt pondere numero uel mensura,periculum spectat ad uenditorem, quia quantitas perire non potest l.incendium s̄.si cer.pe.& per Bal.in ru.s̄.eo.ult.col.& in l.si ea.l.j.de usu.& Bar.in l.j.in j.op.j de iure emphiteu.
b ¶Vendito.Vide Pau.de Castr.hic.

LEX III.

1 *Dolus venditoris quando noceat, & num.seq.*

Dolum. Expone autoris.i.venditoris.Quæro cum glo.de exēplis huius l.respon.ut in ea.Sed attēde, quia dixit Nic.de Ma.q dolus vēditoris non nocet emptori circa.6. q̄
1 emptor ex ꝯctu dēt consequi. † Primū est circa ac.nā licèt dolus venditoris in ꝯhendo interuenerit, propter quod ꝯctus pōt dici nullus.l.eleganter.ff.de dolo. tamen emptori uolenti ꝯctum tenere non nocet iste dolus, ideo actio ex empto ei competit, ut no.in d.l.eleganter, & s̄.de rescin. ven.l.si dolo. Et si emptor differt approbare,vel improbare, compelli potest ad alterum eorū
a eligendū.[a] l.Iuli.§.si quis colludente.ff.de actio. empti. quod no. qa hoc modo potest agere ille, cuius dolus dedit cām ꝯctui, qđ
2 non est alibi.† Secūdū est circa rei traditionē,nam dolus autoris nō nocet,quominus eā facere teneat̄,ēt si res sit furtiua, ut ff.de
3 ꝯhen.emptio.l.si in emp.§.item si emptor:& dic,vt ibi.†Tertium circa p̄cij deceptionē,si dolo fecit,ut rē pluris venderet,nō nocet emptori,quin agat,ne decipiatur,vt ff.de actio.emp.l.Iul.§. si ven
4 dit.† Quartum circa dominii acquisitionē vel vsucapiendi conditionē.nam dolus uenditoris non impedit, quominus,si dñs est,p traditionem transferat̄ dominiū in emptorem,vt d.l.elegāter. in prin.& qua ratione ipse tunc transfert dominiū, eadē rōne si res est aliena,transfert̄ vsucapiendi condi.nō obstante dolo in ꝯctu, seu in ꝯhendo commisso,nisi habuisset scientiam rei alienæ, qa tunc hodie noceret in usucapiendi condi. ut j. de præscrip. lon. temp. auth. malęfidei. Itē nisi res esset furtiua. & inusucapilis,ut insti.de vsuc.§.furtiuæ,& hoc vult gl.nostra in uersi.item intelli-
5 ge.his igit̄ circūscriptis debet intelligi.l.ista.† Quintū circa rei viciositatē,id est circa vitiosam rei cessationē.nam propter rei uitiū tenet̄ dolosus vēditor emptori ēt ad interesse extra rem.ff.de act.
6 emp.l.Iul.in prin.& ff.eo.l.si viua.& in gl.nostra in prin.†Sextum est circa euic.actionis, nā venditoris dolus nō impedit, emptorē agere de eui.imo qñq; ēt ante rē euictā fac.ipsum agere, vt ff. de ac.emp.l.seruus quem.§.fin.quinimo pactum,ne agat de euic.impedit valere,vt in eo.ti.l.tenetur.§.fi.de quo latius dixi.s̄.eo.l.j.

ADDITIO.

a Compelli potest ad alterum eorum eligendum.Adde Bar.in l.& eleganter ff. de do.Bal.in l.1.s̄.plus.ua.quod agitur.glo.in l.a diuo pio.& ibi no. Ale. in apostil.ad Bar.ff.de re iudi.& in l.cum lex.ff.de fideiuss.Bar.in l.Iulianus §.si quis colludente.ff.de act.emp.& in l.bona fides.eo.titu.

LEX IIII.

Cum inter. Perfecta emptione ad emptorem spectat periculum rei uenditæ, nisi mora uendi-
a toris præcesserit.[a] hoc dicit.Nota, quòd mora trahit ad se periculum.Quæro,quid si contractus fuisset celebratus in scriptis.Dic, q idem si erat perfectus, quia scriptura prima erat cōpleta, aliàs non esset idem,ut l.contractus.s̄.de fi.instru.

ADDITIO.

a Præcesserit.Emptor dominii translatione. An, & quando facit fructus suos, si uenditor est in mora,& quando uenditor dicatur in mora & quid de æqtate uide do.Soci.consi.170.inci.in præsenti consultatione.uersi.ex qua cōclusione,cum uersi.20.& se.item uersic.secundum principale fundamentū, cum uersicu.se.in 2.parte.

LEX V.

1 *Periculum rei uenditæ quando ad venditorem, & quando ad emptorem spectet, & nu.seq.*

Cū speciē. Si emptio est pura,periculum incēdii spectat ad emptorem,hoc dicit, ibi ignis. dic sine tui culpa contingentis,ut ff.eod.l.si uendita. ideo quantum ad venditorem casui fortuito ascribitur,& plene de incēdiis. dixi

ſ.de pi.ac.l.q̃ fortuitis.No.ꝙ in venditione conditionali periculū
interim veniēs ſpectat ad vēditorē. Cōtra qđ op.gl. de l.neceſſa-
rio.§ qđ ſi pendente.ff.eo.Sol.qđ periculū peremp.interim veniē
tis ſpectat ad vēditorē,vt hic.Et eſt rō,qa poſtea licèt veniat con-
ditio,emptio nō hēt ſua eſſentialia, qa rem non reperit, ſup qua
fundeē,& cui poſſit proportionari aliqua obligatio precij.In pe-
riculo aūt deteriorationis diſtinguiē,quia aut conditio deficit, &
ſpectat ad venditorē,Aut extitit & ſpectat ad emptorē,vt in con
2 tra.† Op.2.ab extra,ꝙ periculum interitus ſpectet ad emptorem.
ff.eo.l.ſi vendi.Sol. ꝙ illud,quando per pactum hoc conuentum
fuit,non aliàs.vt hic. Sed dicet prouectus, quomodo poteſt pa-
ctum hoc operari,quia aut conditio non uenit,& tunc ſpectaſſe
non videtur,quia venditio non procedit. Aut euenit: & tunc cū
reperiat tunc rem non extare,non poteſt locum habere, vt ſ.di-
xi.Sol. quidam uoluerunt huius timore intelligere.d.l. in vendi-
tione.in periculo deteriorationis,qđ literæ illi nō applaudet, qui
nimo ſine pacto cōditi.eueniente ad emptorem ſpectaret,vt d.§.
quod ſi pendente. Alii dicunt, ꝙ poſt euentum condi. debet illa
l.intelligi,& ꝙ dicitur, res non extat.Reſpon.ꝙ conditio retrotra
hitur in tempus,quo res extabat.l.portio.& l. qui balneum.ff.qui
pot.in pig.ha.Sed mihi non placet,quia tūc retrotrahitur, qñ res
extat,q̃ eſt de ſubſtantia vendi.ſed quando extare deſijt,ꝯuentio
expirat,vt d.§.ꝙ ſi pendente,& rōnem ſ. aſſignaui, niſi pactū ex-
pirare non ſinat.Ideo dico, quod pactū ꝑiculi interim ſuſcipiē-
di hunc hēt effectū, ꝙ re perempta ſtatim venditio habeaē, acſi
pura fuiſſet, & precium ſoluatur,vt hic latius declaraui ſ. de pac.
3 l.petens.in 6.q.ubi uide.† Op.3.ꝙ etiam in uenditione pura peri
culū nō ſit emptoris,vt l.illud.ff.eo.Sol. ꝙ ibi vēditor fuit in mo-
ra tradendi.hic ſecus, vt in ſeq.gl.latius tñ dic, vt d.l.illud. Opp.4.
de l.ſi vendita.ff.eo.Sol.ꝙ ibi incendium culpa uenditoris, iō te-
netur hic ſine culpa.Op.5.ꝙ ſpectet ad venditorem.l.1.ſ. cōmo.
& ff.eo.l.in vēditione. So.vt in gl. videlicet ꝙ pactū ibi hoc ope-
4 raē.per qđ periculū in ſe ſuſcipit.† Op. 6.qđ in pura periculū ſpe-
ctet ad dare debentē,& ſic ad venditorem, ff.de ꝯhen.emp.l.ſi in
empto.§.fi. & l. Stichum aut Pamphylum.ff. de ſol. Glo.j.ſuper
verbo ſpecie.Sol.hoc ꝯ.videlicet,qđ hic qñ ſpecies certa debeē.
Secus ſi incerta,quod poteſt dupl'r euenire.Vel qa ſi venditio ſit
alternatiua,uel quia in gñe ſit facta venditio, nā genus tunc peri
5 re non pōt.l.incendiū.ſ.ſi cer.pet.ubi plenius dixi.† Oppo. ab ex-
tra,ꝙ re perempta alter alteri non teneatur.ff. de ꝯhen. empt.l.ſi
debitor.§.uer.ſimile.Sol. quod ibi quantitas rei naſcendę fuit vē-
dita, & ſi tota non nata, pro ea parte non tenet uenditio, habet
enim in ſe cōditionē,ſi naſcetur hęc ſpecies certa iam exiſtens &
in quantitate rei iā exiſtētis,dic ut proxi.dixi,niſi ſit res,q̃ debeat
menſurari,vel deguſtari,quia tunc dic,ut ſ.eo.l.2. Bar.de Sali.

LEX VI.

1 *Debitor ante moram re perempta liberatur.*
2 *Emptor a precio nō liberatur,venditore per rei interitū liberato.& nu.ſeq.*
6 *Emptio an dicatur perfecta,ſi res ſignata fuerit,& nu.ſequen.*

Mortis. Si perit ancilla ſine venditoris culpa,vel mora &
ſine præterito latenti eius vitio, periculum ſpe-
ctat ad emptorem , ideo compellitur ad precij ſolutionem.h. d.
1 No. ꝙ mora trahit ad ſe periculum. † Item no. ꝙ interitu ſpeciei
debitor ante moram liberantur,& an ipſo iure vel ope exceptio
nis?Dic,ut in gl.& ſimiliter,an ſit facienda differentia,an eodem
modo fuiſſet peremptura pœnes emptorem , vel non, dic vt in
gl.& latius dixi in l.incendium,& latiſſime in repe.l.ꝙ te.ff.ſi cer.
2 peta.† No.etiam,ꝙ liberato uenditore per interitum, nō propte
rea liberatur emptor a precio. Contra quod facit,quod imo vno
liberato,alter liberetur.ff.de accep.l.fiñ. ſol.interdum ꝯctus tolli
tur,& tunc uterq; liberatur,ut ibi. quia ex parte tantum non pōt
tolli.Interdum obligatio ex vnius parte tollitur per interitum vel
ſolutionem,& tunc ex parte alterius remanet obligatio, vt quia
non reperitur cauſa tollendæ obligationis illius ff.de pac.l.ſi ꝯue
3 nerit.†Op.2.ad idem de l.bona fi.ff.de actio.emp.Sol.hic,qñ libe
ratur de iure communi ꝑ interitum rei, q̃ amplius non pōt tradi.
ibi qñ liberatur aliquo beneficio ſpāli, licèt ex diſpoſitione lega-
li,non.n.tunc eſſet conueniens,ut rem,& precium tunc haberet,
4 vt l.j.de ſer.exp. † Et faciunt prædicta ad qō.ſi ex forma ſtatuti vē
a ditor,qui non ſoluit gabellam,a non pōt petere ꝑcium, vt empto
ri rem petenti poſſit uēditor obijcere de precio non ſoluto, non
obſtante ſtatuto.Cōtrarium tñ tenet Bar.in d.l.bo.fi. ar.l.noſtrę,
quia aliud eſt damnificari ꝑꝑ culpam,vt hic,& in q.propoſita,&
aliud eſt beneficium ſuperuenire uni ſine culpa alterius, ut d. l.
bo.fi.ſed Bal.tenet ꝯ Bar.hic dicens in caſu ꝑdicto vēditorē poſſe
obijcere de precio non ſoluto,qa per ſtatutum non tollitur ęqui
tas naturalis,quę dictat,ꝙ quis non debet habere rem & preciū:
& quia agens ad rem non offerens precium uidetur implicare ꝯ-
dictionem, potes addere, & tertio,quia quædam deneganē agē-
do,quæ non excipiendo,vt ff.de in ius uocan.l.libertus, & l.fi. de
bo.l.ber. l. qui cum maior.§.libertus . Non obſta. hæc l. quia hic
rem non habet. Statutum ergo locum habet, quando uenditor
rem tradidiſſet,quia tunc precium petere non poſſet. vel ſi non
tradidiſſet,rem offeret,& precium peteret,quia tunc opponi poſ
ſet de gabella non ſoluta. Et hoc tene cordi propter bannitos, q
ſi vendant,licèt non poſſint precium petere, quia non debēt au-
diri ex diſpoſitione ſtatuti,tamen non tenentur rem tradere,ni-
5 ſi precium eis ſoluatur.† No.tertio,ꝙ ſi res pereat ex uitio ante-
cedēte vēditionē non perit periculo emptoris,ſed vēditoris.Con
tra quod oppo.glo.de.l. ea quæ.ff.de ꝯhenda emptione.Solutio,
vt glo.quia ibi uitiū erat manifeſtum,hic latēs , & occultum.Op.
extra,quod etiam ex uitio ſequenti periculum ſit vēditoris ff. de
contrahen.emptio.l.fiſtulas.§.frumenta.So. quod ibi pactum vē
ditoris facit eſſe periculum,& ibi tex.quia ibi habes,qđ pactū fa-
cit teneri de periculo inſolito,non de ſolito, quod eſt ſummè no.
6 † Quæro iuxta illud verbum , traditionem, poſitum in textu,an
poſtq̃ rem ſignauit,habeatur pro tradita,vel emptio habeatur ꝑ
b perfecta . [b] Dic aut ſignauit ante emptionem perfectam quo ad
conuen. Exemplum cum tu velles emere vnum vas vini,vel olei
de pluribus,quæ habebam in pęnore,cum omnia & alterū ipſo-
rum ego eſſem venditurus,& tu ſignaſti vnum,illud empturus a
me,& res eſt clara,ꝙ ante emptionem non habetur pro tradito,
ſed emptione ſecuta,an habeatur pro tradito,dubitari poſſet,ſed
dico,quod non . Aut poſt emptionem emptor ſignauit,& tunc,
aut poteſt præſumi alia cauſa ſigna.quàm animus tradēdi, & tūc
pro tradita non habetur,& maxime ſi erat menſuranda,vel pon-
deranda.ff.eo.l.j.§.ſi dolum.Aut alia preſumptio, q̃ animus tradē
di non poteſt haberi , & tunc per ſigna pro traditis habentur. ff.
eo.l.quod ſi neque.§. fi. in fi. ſecundum Bald. hic ſuper rubrica.
7 Et ex hoc infert, ꝙ ſi uendidi tibi decem arbores pēdentes in ne
more, & tu cum ſecuri ſignaſti eas, iſtud ſignaculum habet uim
traditionis,& idem ſi vendidi tibi aliquos porcos de grege,& tu
ſignaſti,uideor tibi tradidiſſe. Quòd mihi placet, ſi in pñtia mea
vel procuratoris mei tu feciſti,aliàs non. argumen.l. hoc ſi res.ff.
de rei vendicatio.& ita intellige.l ꝙ ſi neque.ſ.allegata.& eſt ra
tio in promptu,quia traditio accipit ſignificatum a dare deben-
te,& non a debente recipere.Item quia quando uenditor nō eſt
præſens, potius emptor videtur ſignare gratia recognitionis, &
euitandæ deceptionis,quam alia cauſa.

ADDITIONES.

a ¶Venditor,qui non ſoluit gabellam.Adde ultra ea,quæ no.hic Bal.nu.3. uer.
item inducatur,& ꝙ ibi no.Barb.in apo.ad ipſum.in apo.in eo.uerſi.Bar.in
l.bonafides.ff.depo.
b Pro perfecta . Sed quid ſi uenditor promiſit facere emptori chartam ad ſen-
ſum ſapientis in limine contractus,ſiue in ipſo cōtractu,an anteq̃ fiat char.
ſecundum ſenſum ſapientis,dicatur contractus perfectus,dic, ꝙ non, ut ꝑ
d.So.conſ.169.inci.circa primum conſultationis articulum.uerſi. confirmo
per ea,quæ.in ſecunda parte.

¶De actionibus empti.& vendi. Tit. XLIX.

¶Continua rubricam,vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Venditor ad precium aget,ſed rem venditam non vendicabit.*

1 ADuerſus. † Venditor ad precium non
ſolutum poteſt agere, non rē
traditam uendicare.h.d. Oppo.ꝙ imo poſſit uē-
dicare, quia dominium non eſt in emptorem ꝑ
traditionem tranſlatum ut inſtitut.de rerum di-
uiſio.§.uenditæ.Solu.ꝙ illud uerum,quando fi-
des non eſt habita de precio.hic quando eſt habita, vt in gloſſ.in
qua ſupple,& talis eſt uenditor,qui fidem habere potuit, non a-
lias,ut ff.de offici.procur.Ceſa.l.j.& ff.de iure fiſci.l.procur.Quæ
ro,quando venditor non eſt dominus,an fide non habita de pre
cio poterit intentare publi.dic quod non,quia illa eſt tranſlata in
emptorem,ut ff.de publ.l.de precio,quod no.

LEX II.

1 *Compenſatio erronea eſt inualida.*
2 *Fructus a ſolo ſeparati non ueniunt in venditione fundi.*

Venditi. Primo conſulit quærenti, ut agat ad reſiduum
precij non ſoluti. Secundo declarat compen-
ſa. quam admiſit de reſiduo ei non obeſſe, tanquam facta erro-
neè.Tertio nouum dubium circa fructus remouet.Secunda ibi,
nec quòd.Tertia ibi :fructus quoque. Reſiduum precij poteſt pe
ti, non obſtante erronea compenſatione , & emptor occupans
fructus ante uenditionem perceptos, quia ad eum non perti-
1 nent,reſtituere tenetur. hoc dicit.† No. quòd erronea compen-
ſatio non ualet, quia ſi de ea obijciatur.repli. eliditur . vt hic & l.
2 ſi cum te.ff. de pact. & exemplum pone ut in gloſſ. † Not.etiam,
a quod fructus a ſeparati a ſolo non ueniunt ī uēditione fundi,licèt
adhuc ſint in fundo.Itē nota,qđ tradita poſſeſſione fundi, non in-
telligiē tradita poſſeſſio fructuū ſeparatorū a fundo nō ꝯtingen-
tiū ipſum emptorē.Op.ꝯ ſecundā partem, ꝙ non ſolum in bo.fi.
iudiciis ſed etiam ſtricti iuris locum habeat : vt ff. de uerborum
obli.l.quis cum aliter . Solu. confitendo & hic ſubaudi maximè
vt in

ADDITIO.

a Quod fructus.Adde Soc.conſi.170.inci.in præſenti conſultatione. uerſi.ſed
præmiſſis non obſtantibus,in 2.parte, ubi hoc idem tenet & alleg.

3 vt in glo.† Opp.contra tertiam partem, quod fructus eo.iudicio
non petantur,cum non veniant in ꝯtractum.& ſic ac.deſcendēte
ex eo ꝯctu peti non poſſunt. arg.l.licèt.§.ea.ff.de procu. Sol.vt in
glo.& j.ſol.eſt vera,ſi vi adhibita non fecit, vbi autem vi adhibita
fecit, vltima eſt vera,vt detur actio vi bo.rap. & tunc expone eo-
dem iudicio in genere,non in ſpecie,vt dicit Pla.

LEX III.

1 *Arrarum nomine ſi quid detur,actione perſonali repetitur.*

1 Ex arrali. †Datum arrarum nomine repetitur perſona-
li actio.h.d.ſecundum vnam lect. Contra quā
oppo.quòd imò rei vendica. quia per traditionem non tranſtulit
dominium , ideo datur actio ad reſtituendum . vt de contrahen.
emp.l.ex empto.§.is qui vina.& §.equo. Solu.vt glo.quia aut do-
minium arræ fuit tranſlatum , & tunc ſola perſonalis actio com-
petit, ſcilicet condictio ſine cauſa ad reddendum ſi hoc non fuit
actum.vel perſonalis præſcript.verb.ſi hoc fuit conuentum . Aut
non fuit tranſlatū,& tunc rei vendicatio poteſt competere, quia
dominus remanſit, & cum toto hoc perſonalis actio ex empto.
vt in contra.vel præſcr.ver.ex pacto de reſtituendo . vt hic,& d.§.
is qui vina. In dubio præſumi videtur dominium trāſlatum, aliàs
dictæ condic.non darentur.Item pro hoc.j̄.de ſpon.l.fi.in verbo
redditis. Non enim dicit reſtitutis, ſed redditis , quod idem eſt ,
quod retro datis,& dare accipientis eſt facere.vt inſti.de act.§.ſic
itaque,& hoc forte vult lex iſta,quæ dat perſonalem act. Contra
rium ſentit iſta glo.in princip.dum quærit, an ſi venditor recedit
à poſſeſſione arrarum , poſſit illas vendicare ratione dominij. Et
dicit ꝙ non, ſed ſolum contradicere ratione poſſeſſionis,& idem
ſentit hic in fi.& ſic dominium in dubio non videtur tranſlatum.
Forte dicendum,aut arræ conſiſtunt in quantitate,& tunc vide-
rum dominium tranſtuliſſe. Aut in ſpecie,& tunc ſecus. Vel aut
eſt vſus verbo trado, & tunc dicatur tranſtuliſſe. Aut eſt vſus do.
& tunc non dicatur tranſtuliſſe. Alia dicta in glo.vide per te.

LEX IIII.

1 *Venditor,an poſſit iure compelli ad rem tradendam.*
2 *Intereſſe quotuplex ſit.*
3 *Emptor agens ad rem emptam,quomodo libellum formabit.*
4 *Emptor,ſi agens ad rem nullo alio petitio litem fuerit conteſta.an reus poſtea offerens liberetur.& nu.ſeq.*

Si traditio. Venditor moroſus in rei traditione, tene-
tūr ad intereſſe emptoris declarandum ar-
bitrio iudicis de cauſa cognoſcen. h.d.No.ꝙ in obligationibus fa
a cti poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe,[a] & non ante,con
cor.ff.de verb.oblig.l.inſulam,& l.ſtipulatio.non diuid.§.Celſus.
1 Eſt enim in obligatione factum paruā rem tradi.†Quæro primo
b an venditor poſſit iure compelli præcisè ad rem tradendum . [b]
Ma.fuit in opin.quid ſic, ſi habet rei facultatem , & rationes ſunt
iſtæ,quia ad rei traditionem eſt obligatus.l.ex empto. in princ.ff.
eod.ſed aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.ff. ſi cert.
pet.l.2.§.1.ergo, &c. Secundo, quòd dolum committit non ſer-
uando contractum , quem implere poteſt : ſed iudex non debet
pati dolum committi in contractibus ſaltem bon.fid.vt ſ.l. proxi.
& ſ.de reſcin. vendi.l. ſi dolo . ergo.&c. Tertio pro caſu in ſimili
allegatur.ff.de rei vendi.l.qui reſtituere,& j̄.de fideicom.lib.l.fin.
Contra. tenet Bald. Ioan.Azo.& Hug. & pro ſe inducunt iſtam
l.& l.qui tibi.ſ.de hære. vel act.ven. & ſ.de fi.inſtru.l. contractus,
quæ faciunt hoc modo,quia non tradens tenetur ad intereſſe,&
per cōſequens ad duo alternatiuè,ſed in alternati. eſt electio de-
bentis,vt l.plerumq;.ff.de iure do.ergo,&c.& ſpecialiter ad hæc,
ad alterum teneatur, induxerunt.l.ex empto.§.etiam.ff.eod. Sed
fortius facit, quia ei qui tenetur ad factum.l.permittit, quòd ſol-
uat intereſſe.vt d.l.ſi inſulam,& d.§.Celſus.ſed l.beneficium ne-
mini eſt auferendum.l.facultas.j̄.de iur.fiſc.lib. 10. Item,quia do-
lum non committit, qui ſibi conceſſa vtitur poteſtate. l. qui ſub
prætextu.ſ.de ſac.ſan.eccl.Ad l.qui reſtituere reſpondebāt, quòd
ibi perit quod ſuum eſt. Et ad l.fin.j̄.de fi.li. Reſpondet,quòd ibi
ſpeciale fauore libertatis. Quid dicemus?attende,quia Accur.te-
nuit oppo.Mar.inſti.de emp.& ven.§.precium,& ff.eo.l.j. in prin.
de iure dicit veram opin.Bul.Ioan.& Azo.licèt aliam fateatur æ-
quiorem Iac.de Ra. Pet.& Cy. ſequuntur opi.Mar.per primo al-
lega.Et ad l.plerumque.reſpondet,quòd loquatur in alternatiua
hominis : nos in alternatiua.l.cuius electio eſt creditoris . vt ff. de
pac.l.reſcriptum.Addunt alij,quia eſt electio actionum,& ſic eſt
creditoris,non debitoris.l.quod in hęredem.§.eligere.ff.de tribu.
hanc etiam opi.tenet Bar.in d.l.j.Et mouetur iſta ratione princi-
paliter,quia in obligatione rem tradi ex contractu empt.factum
merum non eſt in obligatione, ſed factū continens in ſe ius,quia
per traditionem trāſfertur dominium, vel vſucapiendi conditio.
vnde hæc obligatio capit medium inter obligationes dandi , &
obligationes meri facti . Nam in obligationibus meri facti non
poteſt quis præciſe compelli ad factum , vt legibus. ſ.alleg. & in
obligationibus dandi quis pōt præciſe compelli ad dandum.vt l.
vbi autem.§.fin.ff.de verb.obli.Iſta igitur obligatio rem tradi ex
contractu empti,& venditi,quamdiu habet facultatem rei tradē-
dæ , participat cum obligationibus dandi propter tranſlationem
dominij, igitur præcisè poteſt compelli, & ſi facultatem non ha-
bet,tunc ſolum tenetur ad intereſſe,vt in obligationibus facti . vt
in d.l.ſtipulationes non diui.§.Celſus,& aliter non reſpon.ad cō-
tra.Ego hanc opi.teneo ex eo,quia hæc obligatio non eſt alterna
tiua à princ.ſed ſucceſſiue ex poſtfacto parua,ſi res non tradatur.
vt d.§.ex empto.§.etiam,& hic cum ſi. Et hæc obligatio ad inte-
reſſe eſt inducta in odium venditoris moroſi, & in fauorem em-
ptoris contractum implentis,vel ad implendum non deficientis.
In eius ergo læſionem non debet hoc fauorabile retorqueri.nec
odioſum in fauorem eius,in cuius odium inducitur,interprætari.
l.quod fauore.ſ.de leg.Et ex iſta ratione ſunt ſublatæ omnes tres
rationes pro parte aduerſa factæ.Et ſi dicas,quare in alijs obliga-
tionibus meri facti quis non poteſt præcisè compelli ad factum .
vt d.l.ſtipulationes non diui.§.Celſus. Reſpondeo, vt ſ.per Barto.
quia merum factum continent,vel aliter,quia continent factum
ſucceſſiuum,vt ædificare domum, vel palatium : ad quod ſi quis
præcisè compelleretur,eſſet inducere quandam ſpeciem ſeruitu
tis,cum in labore,& facto perſonali conſiſtant. Fallit in ſcriptore
propter publicam vtilitatem,vt no.ff.de no ope.nun.l. ſtipulatio.
§.ſiue.In caſu noſtro nullum factum ſucceſſiuum cōtinetur:imò
inſtantaneum, nec in labore perſonæ conſiſtit, & ideo in eo ſpe-
cies aliqua ſeruitutis non cadit, & hoc in facto extraiudiciali . In
2 iudiciali dic,vt no.ff.de procura.l.ſed & hæ.§.defendere.† Quæro
2.cum gl.quod intereſſe veniat in hac actione,& quia titulus quę
ſtio.præſupponit plures ſpecies intereſſe.Eſt ſciendum,quòd gl.
noſtræ tenuerunt,ꝙ triplex eſt intereſſe.ſ.conuentum,& illud in
caſu noſtro eſt precium conuentum. Item commune quantum
communiter cuiuſlibet intereſſe.Item ſingulare.ſ.ipſius petentis,
vt hic no.in l.j.j̄.de ſen.quæ pro eo.licèt quidam aliter tenuerunt,
vt ibi per doct.Suppoſita igitur opi.glo.Reſpon.ad quæſtio,quòd
libellus,in quo petitur intereſſe,continet omnia tria prædicta,&
per ipſum conſequi debet,quanti plurimi intereſt:dummodo ſit
intereſſe rei,vel circa rem,& de natura rei, non extra rem,& ex-
tra naturam rei.ff.eo.l.ſimul.§.cum per vēditorem . licèt quidam
dixerint , ꝙ venit etiam intereſſe extra rem ex mora , ſed malè :
quia nihil tacitè venit,niſi quod eſt de natura rei, vel contractus.
Quæro 3.cum glo.conſtat, ꝙ emptori agenti ad rei traditionem
c obijcitur exceptio precij non ſoluti,& econtra.[c] quid ſi vnus non
confidit de alio.reſpon.quidam,ꝙ fit ſequeſtratio,quod gloſſ.re-
probat,& dicit ꝙ primo agens debet offerre.ff.de act.empt.l.Iul.
§.offerri,& ar.ff.de ædil.edic.l.ędiles etiam.§.fi.Sed attende,quia
ex hoc nos clari non reddimur . an hæc oblatio debet fieri in li-
bello.an ſufficit demum poſtea,ſi ei opponatur. Cui reſpondeo,
quòd oblatio non eſt de ſubſtantia libelli: ideo poteſt omitti.ſed
quandocumque opponatur de precio non ſoluto, debet offerri,
& ita debet intelligi.§.offerri.& ita ſentit gl.iſta,ſi bene pondere-
tur.Quod eſſe verum probo ex eo,quia ex conſenſu nata eſt ob-
ligatio,& actio,& ſic ex ea poteſt agi,licèt agens ex parte ſua cō-
tractum non impleuerit,ꝙ ſi ſecus dicatur , cōtractus nominatus
non differt ab innominato.vt j̄.de re. permut.l.ex placito , quod
eſt contra.l.iuris gen.in prin.ff.de pac.Sed tunc dubium eſt ſi pe-
tatur,vt ſoluat,& emptor venditorem habet ſuſpectum,quid fien
dum?Et dixit Iac.de Ra.& Cy.quòd ſufficit iudici tradere,vel ca-
uere de ſoluendo ſtatim re ſibi tradita.ar. d. l. ædiles etiam.§.fi.&
3 l.ſeq.† Quæro extra gl.iſtam , quomodo formabitur libellus per
emptorem.Reſpon.quòd multi mode.nam poteſt petere rem ſi-
bi tradi.& ſi diceret,ꝙ petit vt det, & tradat, non vitiaretur libel-
lus : quia ſecundum contractus naturam eſt intelligendus. ff. de
vſu.l.ſi ſtipulatus. venditor autem poterit excipere de precio nō
ſoluto. Item poteſt petere rem tradi,aut intereſſe præſtari.& tūc
confert electionem venditori.l.plerunque.in fi.ff.de iure do.non
prohibetur electionem ſibi competentem aduerſario cōcedere.
arg.ſ.de pac.l.ſi quis in conſcribendo. Item poteſt petere rem,&
intereſſe, vel cum intereſſe:quia intelligitur de intereſſe,quod po
teſt peti vna cum principali : puta de intereſſe fructuum, merce-
dum,vel penſionum.ar.ff.eo.l.Lucius Titius. Sed dubitatur in ca
ſu,quo rem tradi duntaxat petijt,an pendente lite poterit petere
intereſſe.Dicunt doct.ꝙ aut vult petere intereſſe,vt acceſſorium:
puta intereſſe fructuum,& obuentionum,ſeu penſionum,& di-
cunt,ꝙ pōt,& iudicis officio.l.ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædil.
edict.Aut vult petere intereſſe rei dotalis,& tunc debet conditio
naliter petere,puta ſi non velit,vel non poſſit rem tradere,debet
petere eum ꝯdemnari ad intereſſe , & tunc iudex ſi videt eum in
caſu ꝯdemnationis , interrogabit eum an velit,& poſſit rē trade-
re,& ſi dicat, quod non,condemnabit in intereſſe, & ad hoc fa-
cit,quod no.glo.ff.eo.l.j.poteſt etiam iudex condemnare alterna
tiuè ad rem tradendam,vel intereſſe,acſi ſic fuiſſet actum.à prin.
Nec ob.lit.conte.puta non ſolet condi. litem conteſtantis facere
deteriorem.l.non ſolet.ff.de re.iur.Quęro quinto qualiter hoc in
tereſſe

ADDITIONES.

a Ad intereſſe.Adde do.Soc.conſ.99.inci.in cā eximij.circa prin.4. col.in j.par.
b † Ad rem tradendum.De iſto quæſito ſcilicet,an venditor poſſit præcisè cogi
ad rei traditionem.Tu vide de hoc vltra ea quæ hic no.Bal.nu.1.eund.Bald.
infra.de ſenten. quæ pro eo,quod intereſt.
c Et econtra.Sed qualiter,quo remedio venditori ſuccurratur cōtra exceptio-
nem rei non liberè traditæ oppoſitā per emptorē,vide per d.Soc.conſ.208.
inc.viſis actis,& actitatus.ver.2.defenſio eſſe pōt,quia cum ver.ſeq.in 2.par.

tereſſe probabitur. Et dixit Nic.de Mat.quod non ſolum ex probationibus certis,ſed etiam cõiecturis, & hoc per iſtum text.hoc etiam tenet hic Bar.dicens,q licèt per partem non probetur intereſſe clarè:iudex tñ ex ſuo arbitrio habet illud arbitrari ex poteſtate ſibi per hanc legem data, q fatetur hic Bal. in actio.arbitrariis,& bonæfidei:ſed in alijs actio.dicit intereſſe concludenter debere probari,vt no.in l.fin.ff.de præto.ſtipu. Or attende venditor moroſus tenetur quanti res plurimi valuit à tempore moræ. l. vinum.ff.ſi cer.pe.tanti valet quantum communiter haberi poteſt: vt l.precia.ff.ad leg.fálc.& emptor petit hoc intereſſe:& per conſequens habet probare hanc communem æſtimationem. ſi igitur non probat concludenter,iudex poterit ſecundum dicta ſuperiorum doct.ſe informare: & communem æſtimationem arbitrari, & ſic arbitratur intereſſe quod not.ad ea, quæ dixi §.de re-
4 ſcindenda ven. l. 2.in 19. quæſtione ad finem.† Quæro 6.emptor petit rem ſibi tradi, nihilo alio petito,& litem eſt cõteſtatus.reus poſtea ei rem offert,an veniat abſoluendus.reſpondeo,aut offertur deteriorata,& non venit abſoluendus:vt l.3.§.ſi reddita.ff.cõmoda. Aut offertur non deteriorata : & tunc aut extra iudicium, b & non venit abſoluendus:quia non habetur pro ſoluta, licèt forte purget moram, quò ad interitum ope exceptionis.l.interdum. §.fin.ff.de verborum obligationi. Si in alio non interſit,vt in ſeq. membro. Aut offertur in iudicio, & tunc ſi in pluri non intereſt emptoris, quàm in re ipſa, tunc quia habetur pro ſoluta: vt l. ſi reus.ff.de procu.& l.ſi rem.§.fi.ff.de pigno.actio.ipſe venit abſoluendus ab obſervatione iudicij.vt inſti.de perpe. & temp.ac.§.fi. Aut in pluri intereſt ſua,quia in fructibus, & obuentionibus,uel in alio intereſſe legitimo, & tunc non uenit abſoluendus, quia non purgat moram,niſi cum totali intereſſe offeratur, vt no.glo. in l.item mille.in prin.ff.de conſti.pecu.& in l.qui Romę.in prin. ff.de verb.obli. & plenè dixi in materia purgationis moræ.in l.ſemel mora.ff.ſol.ma.quam poſtea tranſcripſi. in Hſi pacto.§. de pa-
5 ctis.†Quæro ſeptimo,a quid ſi quia res non eſt tradita,actum fuit
a ad intereſſe,& poſt lit.conte. res offertur,an teneat abſoluendus.
b Nic.de Mat.dixit moram non purgari b per regulam traditam in l.ſi inſulam.ff.de verb.obli.& pro hoc accedat. ff. de penu leg.l.j. Alij dixerunt, q ſi pluris non intereſt emptoris, quàm in habitatione rei,tunc mora purgetur:quia tũc id,quod ſoluitur, includit in ſe id,quod petitur argu.ff.de pig.l.ſi fundus.§.ſi plures, & quia purgatio morę nititur æquitate.ff.de ver.ob.l.ſi ita quis.§ Sæia.in fi. & l.ſi ſeruum.§.ſequitur. Sinautem in pluri intereſt, tunc purgatio non admittatur, & ita ſi hodie rem habere non intereſt,vt d.l.ſi inſulam.vel in pacto ſucceſſiuo:hic inſtantaneo. Bald.tenet opin.Nic.de Mata. Ad §.ſi pluris.dic,q ſpeciale eſt in hypotheca, quia eius ſubſtantia depẽdet à principali debito.quo ſublato nulla virtus hypothecæ poteſt ſubſiſtere, & hoc teneo in themate noſtro, in quo ſupponitur venditorem in mora ante lit.conteſt. Si autem per lit.conte.mora committeretur,quæ ante commiſſa non erat, tunc uſque ad ſententiam purgatio admittitur.arg.eorum,quæ no.glo.in l.ſiue apud acta,& in l.ſi maior.§.de tranſact.
6 & ita intelligo glo.in l.eo.† Quæro octauo,emptor rem petijt:litem eſt ſuper re petita conteſtatus:reus poſtea offert ei intereſſe totale,& in iudicio : an poſſit,& loquor in caſu quo habet facultatem rei tradendæ : ut res habeat dubium,& etiam loquor ſuppoſita opin. illa pro vera,quæ fuit Ioan.Azo.Bul.& Hug. vt non poſſit præcisè compelli ad rem,quàm tamen in 1.q.non tenui.Et dico,quòd eſt de mente glo.in l.j.ff.eo.quod ſic,dum dicit,quòd ſi appellatum fuit à ſententia ſuper rei traditione lata, poteſt intereſſe offerri,quia appellatio extinguit pronunciatum, & tamẽ lis fuerat ſuper re in principali cauſa conteſtata.Sed quia illa glo.poteſt alium intellectum habere.ideo quemcunq; intellectum demus , dico in themate noſtro, quòd ſi venditor fuit in mora rem tradendi ante lit.conteſta. q poſt lit.conteſtã.ſuper ipſa , non habet facultatem ſoluendi intereſſe.ſecus ſi non prius fuit in mora, ſed duntaxat per lit.conteſt.quia tunc incipit ſibi facultas compere ſoluendi intereſſe , & ideo vſque ad ſententiam poteſt illud offerre,vel etiam poſtea,ſi a ſententia ſit appellatum,ut in gl.illa, & moueor per l.in deciſione præcedentis.q.alleg.

ADDITIONES.

a †Quæro 7.Adde ultra ea,quæ hic no.Bal.nu.7.ver.7.quæro. quod no.Bart.in l.j.ver.quærit gl.ff.eo. & in l.inſulam.verſi.venio ad ſecundam partem.ff.de uer.ob.de quo etiã per Guil.de Cug.in l. & ſi poſt tres.in fi. ff.ſi quis cautio.
b Moram non purgari.Adde Soc.conſi.219.inci.in cauſa tracta.uerſi. ſecundus effectus eſt.in 2.part.ubi hoc idem allegat, & inducit.

LEX V.

1 *Mora ſine interpellatione committitur, & duplex reperitur.*
2 *Vſuræ quæ de ciuili iure , & etiam canonico ſunt permiſſæ.*

a Curabit. Emptor, qui fructus rei emptæ percipit tenetur ad uſuras precij nõ ſoluti.a hoc dicit.† No.
1 quòd mora quandoque ſine interpellatione committitur re ipſa, & appellatur per docto.mora irregularis. Item not.quòd duplex mora irregularis poteſt ſimul concurrere , una ratione fructuum perceptorum,alia minoris ætatis fatiore. Et ſic not.quod
b minori b committitur mora re ipſa , concor.l.in minorum. ſupra
2 in quibus cau.in integrum reſtit.non eſt neceſſaria.† Item ſcias, quòd uſuræ iſtæ,quæ à iure ciuili ſunt permiſſæ, ne quis locupletetur cũ aliena iactura , ſunt de iure canonico c ceſſã permiſſæ vſque ad probabile intereſſe, vt no.in l.2.& l.cum allegas §. de vſu. & hic in glo. Quæro, quid ſi res non eſt tradita emptori, emptor agit, vt res ſibi cum fructibus tradatur , an tunc & ipſe precium cũ vſuris ſoluere tenebitur.Quidam dicunt, q non. ſed gloſſ.determinat,q ſic tam hic,quam in l.fructus.j. eod. Sed pone quod emptor partem precij ſoluit.venditor vero rem retinuit,q ſibi licuit,donec integrum precium fuerit ſolutum,vt l.Iulianus.§. offerri.ff.eod.poſtea emptor reliquam partem precij ſoluit, an fructus omnes interim perceptos petere poterit:dic quod non , ſed demum pro rata precij prius ſoluti.tex.eſt no.ff.de fun.dot.l.fina. §.fina.& ita tenet Barto.in dicto §.offerri.quod nota.

ADDITIONES.

a ¶Non ſoluti.Sed quid, ſi emptor qui ratione moræ tenetur ad vſuras , & a principio promittit certum quid ſingulis annis , donec ſolutum fuerit , nulla data dilatione ad ſoluendum,an contractus ſit licitus,? ſed d.Soc. conſil.176.incip.præſentis conſultationis.verſi.4.difficultas.in 2.parte. & an ali quo modo emptor teneatur ad vſuras,vide per d.Soc.conſi.209. incip.non potuiſſent.per totum.in 1.parte.
Quod minori.An mora irregularis re ipſa abſq; alia interpellatione contrahatur cum eccleſia,minori,uel ſimili perſona,vide d.Soc.conſi.174.inc.propoſito fallor.in ver.& per prædicta.in 2.parte.
c †De iure canonico.Adde ad propoſitum eorum, quæ hic dicuntur,ultra Bal. hic,quod dicit gl.fing.ſecundum Bal.in l.peter.s.in repe.d.l.§.de pac.

LEX VI.

1 *Actio ex vendito competit ex pacto legis commiſſorię.& num.2.*
3 *Actio ex eo.contractu,ex conuentione tacita, & expreſſa competit.*

a Venditi. a Actio ex vendito competit ad precium , non
1 ad reſcindendum contractum , niſi reſciſio ex conuentione ſumat originem.h.d. † Nota quod ex pacto.l.cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem cõpetit actio ex vendito , vt hic iuncta prima gloſſ. Item not. quod ex pacto incontinenti appoſito naſcitur actio.vt hic. & l.in bonæfidei. §.de pac. † Quærit gl. quid ſi non reſciditur ex conuentione , ſed ex alia cauſa. Et reſpon. quod etiam tunc habet locum actio ex eo contractu. vt in l.ſecunda.§.de reſcinden.vendi.& ff.eo.l. ex empto. §. ſi quis originem.Sed caue,quia Petrus dicit, quod actio ex contractu non competit ad id,quod non eſt deductum in contractu. ideo dicit iudicis officium competere. vt dixi in dicta l. ſecunda. Sed tene
3 glo.vt ibi dixi. † Et, vt plenius habeas,dic,quod ſicut ex conuentione expreſſa , vt hic : ita ex tacita competit actio ex eo contractu.& omnia tacite in contractu bonæfidei dicuntur ineſſe, quæ veniunt,vel ex ſenſu contrario contrahentium.ff.eo.l. ex empto. §. ſicut virginem. Nam argum.a contrario ſenſu locum habet in contractibus.vt ff.de pac.dota.l.inter ſocerum.§. cum inter. Sine ex conſuetudine.vt ff.de ędil.edicto.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua. & idem ſi ex l.prouidentia.vt dicta l.ſecunda. Et eſt ratio,quia ſi id,quod ex conſuetudine ineſt, dicitur actum,eodem modo, qđ ex l.prouidentia.quia conſuetudo habet vim legis.vt ff. de legi.l. diuturna,& idem dicit hic Bald.licet per alia verba.

ADDITIO.

a Venditi.Adde d.Soc.conſi.253.in c.in cauſa domini ſo. ver. 4. eadem concluſio.in 2.parte.quod actio ex uendito datur ex contractu informato ad retradendum, & reſoluendum : ſed ſi competit actio ex empto ad retradẽdum, talis actio non ſolum datur ad merum factum,ſed etiam ad dandum,& contrahentem facultatem tradendi,ut præcisè tradat.

LEX VII.

Si ſeruos. Venditor ſibi non præiudicat, ſi ignoranter propriam pecuniam nomine precij recipiat. hoc dicit. Glo.ergo fin.oppo.de l.4.§.proinde.ff. manda. Solu.vt in gloſſ.Quærit prima gloſſ. quid ſi venditor ſcienter recipit.dicit gl. qđ tũc emptor liberat, qa vẽditor vr illos prius emptori donate,& poſtea ab eo recepiſſe.arg.l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.qđ eſt no.

LEX VIII.

1 *Traditio non probatur ex ſolutione vectigalis.*
2 *Iudex emptori agendi mandabit,vt precium ſoluat.*
3 *Poſſeſſio vacua an requiratur ad dominium transferendum.*

Si pater. Primo prẽmittit quoddam dictum.ſecũdo tollit obiectum . tertio infert ad quæſitum. quarto remouetur nouum dubium.ſecunda ibi neque. tertia ibi,quapropter.quarta ibi,& ſi te. Ante rei traditionem aliquod ius reale nõ transfertur in emptorem : nec ſolutio vectigalis probat traditionem ; ideo rem non poteſt vendicare ; ſed ex empto,vt res tradatur poteſt agere. precium tamen compellitur ſoluere. hoc dicit.
1 † Not.quod ex ſolutione vectigalis non probatur traditio, nec in poſſeſſionem inductio. & intelligi poteſt vectigal,id eſt gabella,quæ hodie per ſtatuta terrarum ſoluitur.uel vectigal, id eſt pẽſio cenſus, vel canon ratione afflictus contractus emphyteutici, uel liuellarij. Quid autem ſi collectam ſoluit pro prædio, dic,
a quod nec etiam ex hoc probatur traditio.l. finali.ſupra ſine cenſu,uel reli.Nec obſt.prædictis.infra de dona.l.cenſualis.quia licet quandoque præſumatur donatio,ut ibi : non propterea inductio in poſſeſſionem probatur,ut hic.Item nota.quod licet hæres vniuerſalis poſſit poſſeſſionem rerum hereditariarum apprehendere ſua authoritate,etiam ſi alij ſint debitæ: non tamẽ emptor ſeu ſingularis ſucceſſor,quia de manu hæredis debet recipere.vt hic. & not.Innoc.extra de teſta.ca.cum ex officijs. Item not. ex litte-

ra nihil eſſe trãſlatum,&c.q ſnĩa profertur verbis negatiuis.Et vt euidẽtius loquar,pondera q hic emptor agebat rei vendi.vel publiciana,& ſic petebat ſe dñm, vel quaſi ratione publi.declarari, & iudex pronunciando nihil tranſlatũ,dr pronuntiare eum dñm non eſſe.vel quaſi , & per iſtum modum ſnĩa eſt ꝓformis libello. Vnde no.q pronunciando ſuper añcedenti neceſſario,dr pronũciaſſe ſuper ꝓſequenti neceſſario ex añcedenti inferẽdo,& tenet ſnĩa.Ex quo ſequitur aliud, qđ ſufficit ꝓſecutiuè , & neceſſario ſup
2 principali petito ,pnũciatũ eſſe:ſicut eꝫ dicimus.vt dixi in l.i.§. de
a or.iud.†Itẽ ſcias,q Bal.dicit per illum tex.hic in fi.qđ ſi iudex a vi der p̃cium nõ ſolutũ, ex ſuo officio põt mãdare emptori agenti, qđ ſoluat p̃ciũ,licèt ad eũ non ſit actũ.& dicit hoc euenire ga eſt qd ꝓnexum actioni, & inducit.j.de cen.l.cũ eorum. Ego dico,q iſte tex.dẽt intelligi ſm illos.puta ſi de p̃cio non ſoluto ſit ſuppoſitũ, & non aſt.ar.ff.de da.infe.l.4.§. hoc aũt iudiciũ,& ar.eotũ,q̃
3 dixi ſm doc.§.eo.l.traditio.3.q.†Quæro,an ad tranſlationem dominij ſit neceſſaria vacua poſſeſſio.Et dicit glo.quod non per l.ſi fundum.ff.de fun.do.& bene dicit. Sed ad trãſlationem quaſi dominij iure publicianæ poſſeſſio vacua eſt quãdoq; neceſſaria, & quandoque non.vt de his plene dixi in l.cum res.§.de proba.

ADDITIO.

a ¶Quòd ſi iudex.No.quòd iudex poteſt mandare emptori agenti,vt precium ſoluat.de quo vide tex.in c.conſtitutus.extra.de reli.do.& ibi plene do.Anto.nide Bal.ultra ea quæ hic no.in l.filiæ,& ibi Roma.C. de colla.& in l.iul. §.offerri.ff.de act empt.

LEX IX.

1 *Venditor ignorans quando teneatur.*
2 *Actio ex empto quanto minoris ſuiſſet empturus , an differat ab actione, quanto minoris res eſt.*

Si minor. Si venditor afferat emptori minus pro tributo deberi,q̃ debeatur,tenetur illi ignoranti quantominus emiſſet,non ſi ſciens fuiſſet.h.d.No.q ſcienti non opitulatur mendacium aduerſarij. ꝑor.§.de tranſla.l.cum donationis. Item no.q capitatio hic tributum nuncupatur,ſed impropriè. vt dixi l.omnes.§.ſi cen.vel reli. Item not.q ex parte venditoris hic
1 non diſtinguitur ſcientia ab ignorantia. † Contra hoc vltimũ op. q vẽditor ignorans non teneatur.vt ff.eo.l.Iul.§.j.Op. 2.quod ignorans non teneatur,etiam ſi prædixit.vt l. Labeo.ff. de ꝓhen.empt. Sol.quod ad totale intereſſe ignorans qui affirmat veſtimẽta noua eſſe non tenetur, ſed quanti minoris emptorus fuiſſet , & hoc actione ex empto,vt ibi no.gl.& ſic in ignorante cõcor. cum iſta. autem ſimiliter non diſcordat. nam ſicut ibi tenetur ad totale intereſſe,ſic & hic, ſi pluris interfuiſſet emptoris, quàm quanti minoris fuiſſet emptorus, & hoc eſt, quod vult dicere iſta gl.ſed nõ pluris hic interſunt , & ideo in plus non tenetur. Item ſcias, quod hæc verba, quãti minoris fuiſſet emptorus,hunc habent ſenſum, vt ſi pro nihilo ſeu nullo modo fuiſſet emptorus , totum preciũ , quod ſoluit,repetat: quia quod nihil eſt minus eſt. ff.de tribu.l.illud.§. minus,& ita intelligitur, quando ſine fraude vendidit.l.j.ĩ. de di.act.quæ vult q precium reſtituat,& eſt tex.ĩ.de ædil.edic.l.
